Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAGICARVM DISQVISITIONVM

TOMVS SECVNDVS,

IN QVO AGITVR

DE MALEFICIO, VANA OBSERVATIONE, DIVINATIONE, & CONIECTATIONE.

Auctore MARTINO DELRIO

Societatis IESV *Presbytero.*

LOVANII,
Ex Officina GERARDI RIVII.
ANNO M. DC.
Cum Gratia & Priuilegio.

SERENISSIMO PRINCIPI

ERNESTO, ARCHIEP. COLONIENSI, S. R. I. ELECTORI,

Episcopo Leodiensi, &c. MARTINVS DELRIVS Societatis IESV Presbyter.

SI Primus DISQVISITIONVM MAGICARVM Tomus C. T. placuit, ERNESTE PRINCEPS, vt audio; spero non minorem gratiæ locũ huic Secundo fore. Vincit multiplici varietate, curiositate, vtilitate. Vnam ille MAGIAE speciem continebat, tres iste complectitur: in eum cõieci, quæ de nefarijs MALEFICIIS, quæ de inanibus OBSERVATIONIBVS, quæ de infinitis fermè DIVINATIONVM generibus, Historici, Poetæ, Philosophi, Iurisconsulti, Theologi suggessêrunt, non incommodè digesta in ordinem quàm hucusque commodiorẽ. Inuenient, ni fallor, cuiuslibet ordinis & conditionis homines, quod illos iuuare, si attentè legerint, non parùm queat; & se adiutos, tibi, PRINCEPS SERENISS. gratius agẽt, cuius hæc auspicijs videbunt in lucem prodijsse. LOVANII, IDIB. SEPTEMB. cIↃ.IↃ.xcIx.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVCTOR CANDIDIS LECTORIBVS S.

NE quod Alcumenæ in fabulis, quæ maritum ab adultero nequiuit discernere; id vobis hoc in opere contingat verendum intelligo; quia ex Catalogo Auctumnalium Nundinarũ Francofurtensium, video non defuisse quendã Vrsellensem typographũ, qui vix nato primo Tomo, alium parat subijcere: Amphitruonem Amphitruoni, vel Sosiam Sosiæ: qui ne quid turbelæ, vel laruarum edat,

Nunc internosse vt vos possitis faciliùs; sicut illis in petaso pinnulæ, & torulus inerat aureus: sic vobis adulterina, à germanis dignoscendi cerea signa dabo. GERARDO RIVIO, probo, & industrio, & Catholico Viro, editionẽ permisi, eiquemet corrigendæ adfui. Vrsellensem illum, nec noui, nec cuius sit fidei habeo exploratum. Non placet, quod ex indice colligo, de solâ inscriptione partem nõ exiguam sustulisse, quæ me *Sacerdotem Societatis Iesv* testabatur. Quid illi hîc displicuit, an salutare nomen? an institutum Societatis? an ordo Sacerdotij? an omnia? mihi quibus hæc displicent, placere non possunt. Qui de sex verbulis, vel quinque, tria tollunt, quid facient Tomis tribus? Dicam breuiter, facilibus huius vitæ; quàm vel Catholici nomine & opinione, vel sacro Sacerdotij ordine, vel religiosæ vitæ in-

stituto, cui quadruplici voto astrictus sum, iacturam tolerem: hæc mihi adimi non possunt, non debent inaudito. Quibus illa inuidiosa vel odiosa, cum ijs nullam mihi amicitiam esse cupio: ab his vituperari malo, quàm laudari. Deinceps meorum scriptorum, si tanti putabitis vt ematis vel legatis, has notas habete. Quibus inscriptio MARTINI DELRII SOCIETATIS IESV PRESBYTERI, & addita initiò ORDINIS PERMISSIO, & CATHOLICORVM CENSORVM APPROBATIO, cum PRINCIPALI PRIVILEGIO, & in operis totius calce subiecta PROFESSIO decens S. R. E. filium; illas editiones pro meis habeo, agnosco: quibus hæc signa desunt eas repudio, abdico, eiuro. meæ non sunt illæ, alienæ, spuriæ, adulterinæ sunt. Velim vos eas nec meas credere, nec pro meis emere, tollerêue. Valete, & stelliones, falsarios, impostores huius æui cauete.

Εἰς Μαρτίνῳ Δελρίῳ νεο-
χάρακτον Μαγείαν
Μελῴδριον.

Κεφαλαλγίῃ τυπεῖσα
Υς καρκίνῳς λατύσσει
Ποταιμηγενὲς λόχευμα.
Ἐχεος πιοῦσα δ' ἰὸν
Ορείγανον χελώνη.
Πεπαρμένη βέλεσσι
Αἰξ δικτάμῳ φύτευμα
Ελατήριον ματεύει
Τὶ δ' οὐς βίβλικε δαίμων
Ἐχισ-ε κάρκινός-ε,
Βλαβερόντε πῆμα θνητῶν;
Πάρεσ-ε, δεῦτε πάντες.
Υπὸ δαιμόνων σφάλεντες
Οσσοι κελαινοχρώτων
Αλάλησθε θνητὸ, ὅσσοι
Λιποχρίσ-ῳ Μαγείης
Μανίης τ' ἔχεσθε ὄισ-ρῳ.
Απισ-ίης καὶ' ἄπαρ
Οσσοι καθήκαλ' ἰόν.
Τέχνης-ε θαυμάπωτα
Φύσεως ὅσοι ἀγνοίῃ
Βεβόλησθε, δεῦτε πάντες,
Κατὰ χεῖρα ΔΕΛΡΙΟΙΟ
Λάζυσθε βίβλον, ἥδὲ
Σοφὸν ἐκπόνημα, μᾶλλον
Σοφίης λόχευμα δ' αὐτῆς
Λάζυσθε, κ' πίεσθε
Οδυνηφάτης γὰρ ἔνδον
Σελίδας κρυπτάσκει. Αἶσχος
Πέλει λόγῳ ἄμοιρα

IN MARTINI DELRII
nouiter excusam Magiam
Odarium.

CAput icta sus dolore
Fluuiatilem obteritque,
Exestque sæpè cancrum.
Et ante viperinâ
Testudo tabe pota
Mundam vorat conilem.
Iaculis onusta capra
Virtute præpotentis
Dictamni opem sibi fert.
Quos icit ipse dæmon;
Siue ille cancer, siue
Serpens, nocensue pestis;
Quid agant? adeste cuncti.
Huc dæmonum tenebris
Illuse quisquis erras:
Defertione quisquis
CHRISTI furis, Magiæ
Maniæque captus œstro:
Tabescis & qui amaro
Felle INFIDELITATIS
Huc, quisquis insciens &
NATVRÆ & artis eius;
DELRI liber sagacis
Mox in manum inseratur.
DELRI liber, SOPHIÆ
Germanus ille fœtus,
Animo imbibatur altè.
Nam paginæ recondunt
Animi medelam. Egentes
Ratione nosse morbi

Νόσου κάθαρμα γνῶναι.
Λίσσαλῦες ΘΕΟΙΟ
Αμάρυγμα δ' ἄνδρα, τοὔσου
Ιαμα μὴ λαβέσθαι
Σοφῆς φρενὸς, τεκούσης,
Φίλες χερὸς πορούσης.
Βίβλον, ἥδε ΔΕΛΡΙΟΙΟ
Προπωδηγέτις σφαλέντων.
Βίβλος, ευρυχαλὴς δὲ
Θεόκρατός ἐστι δῶρον.
Αλαθίνης ἰφτὰ
Λάζυσθε τήνδε βίβλον.
Περίεργα ἔργα ὅσσοις
Φύσεως δαῆναι ἠδὺ,
Οσσοι δίκη μέμηλε,
Οσσοι μέμηλε ΘΕΙΟΝ,
Λάζυσθε ΔΕΛΡΙΟΙΟ
Σοφὸν ἐκπόνημα βίβλον.

Purgamina: æuiternæ
De MENTIS igne cusum
Hominem, sibi medelam
Animo sagace promtam,
Manuque latam amicâ,
Abiudicare, turpe est.
Hoc DELRII volumen
Cœli euolutum ab arce
Per inuia in viam dux
Erronibus patescit.
Hoc in manum volumen
Date VERI & ÆQVI amantes.
Penitusque quid recondat
NATVRA, cui voluptas
Est nosse; IVRA quisquis,
Verumque NVMEN optas
Date in manum volumen
A DELRIO euolutum.

IN

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN EANDEM ALIVD.

SEV multa certo pollicere Apolline
Ventura, seu minare multa credulis,
Siue exta spectes, astra Cælo seu notes;
Impostor es, mendax, superbus, improbus,
Fatêre. verus iste te prodit liber,
Mentita veris corrigit, fallacias,
Commenta, tricas, fraude consutos dolos,
Præsente cuncta dissuit victrix DEO
Vis ingenI potentis, & constans labos.
Atque istud audes impius conuellere?
Impostor es, mendax, superbus, improbus,
Fatêre. verus iste te prodit liber.
Veri peritus auctor, inuictus malis,
Magicisque laruis, nominis notum decus
DELRIO, facta dicta verat omnia.
Spectata virtus, certa stat scriptis fides.
Fatêre. verus iste te prodit liber,
Seu multa certo pollicere Apolline
Ventura, seu minare multa credulis
Impostor es, mendax, superbus, improbus.

OS OCVLVS SIS IGNARO

SVMMARIA LIBRI QVINTI,
SIVE DE OFFICIO IVDICVM.

RAtio scriptionis.

Sect. 1. An in hoc crimine seruandus ordo et processus ordinarius?

A De naturâ criminis & eius grauitate. Iudex adhibendâ circumstantias hoc crimen aggrauantes.
B Quando iudex liceat pœnam legis excedere ex indicandam grauitatem huius criminis.
C Quando iudex liceat pœnam mitigare vel mitigare. An sit sententia in crimine maleficij liceat pœnam mitigare, exemplo hæresis.
D Quid semper iudex ante oculos debeat habere. Non attentur iudex ad antiquum ordinem iurisdictionis ad receptum suæ regionis.

Sect. 2. Quomodo in hoc crimine inquisitio instituenda?

Quod ista & quotuplex. conditiones requisite vt sit valida. Quomodo debeat constare de corpore delicti. quo pacto necesse vt præcedat accusatio. Quod debeat esse certa, specifica, & clara. quando necesse tempus ad cubet. Quæ indicia debeant eam præcedere. Quando sit necessarium famam præcedere. Quando absolutus semel de eodem crimine quis fuit, vel grauem optimuit, vel pœnâ nô condigna punitus, quid iudici faciendum. Quando tranquillitas impediat inquisitionem. Qui Principes potuit gratiam delicti concedere. Quibus cessum hoc Principi liceat facere. An maleficio Princeps posuit gratiâ concedere. Exempla Caroli V. imp. & Caroli IX. Franc. Regis. An inualida gratia confessa inhibeat otione iudicium an primû denuntiat. praxis quædam DD. explicata.
Qui competentes in hoc crimine iudices. Requisitorum fides, quanta in hoc crimine sit potestas. Quinto temporis spacio in hoc crimine inquisitio excludatur siue quæ hic præscriptio possit opponi. An contra absentem possit institui inquisitio.

Sect. 3. De optimis indicijs, ex quibus tuto iudex potest procedere.

Ad quos effectus indiciorum requirãtur clariora indicia. Quid singulæ indiciorũ species operentur. Iudex quomodo possit arbitrarique locus, quæ gratia, quæ grauissima sint. An generalis aliquando sine indicijs formari possit inquisitio. Quando sufficiat leuia indicia quæ requisita ad torturam. K
De indicio per testes. de nominatione factâ per socium criminis. hæc exigenda à iudice nec potest ea omittere. Inuigêda iudici per contestarium restitutio damnorum. An denominationi socij credendum iudici. quãtam & quando idem adhibere teneatur. L
Zimancę sententia reiecta, cõmunis defensa. Quando iniungendus iterum tortura nominans, vt ratificet dictum suum. De mulierũm & fœminarum testimonijs. Nõ licere de socijs in iudicio suo rogare. Quomodo interrogandus nominans de circumstantijs, & de diffamatione. Denominans debet esse constans & perseuerans. De iureiurando quod nominans tenetur præstare. Quæ indicia requisita ad torturam, plene tractatum quæ sufficiant. præsertim de fama. conchata pugna DD, De fugâ. de amicitia. M
de collocutione. de superstitione, & repertis instrumentis. & similibus vrgentissimis. de confessione extraiudiciali. Conditiones requisitæ vt vnum ex talibus indicijs cũ nominatione complicis sufficiat ad torturam. Explicatæ quædam communes opiniones & praxes discussæ. Qualis debeat esse fama vt valeat pro indicio. Quæ sit vis bonæ famæ. quæ sit vis malæ famæ. Quam difficilè sit famam exactè probare. quæ ad hoc sint requisita. primum de famâ in specie, deinde de famâ in genere. Quale debeat esse indicium fugæ vt valeat ad torturam, vel ad pœnæ condemnationem. traduntur aliquæ regulæ. Quale debeat esse indicium minatum, vt sit sufficiens. Discrimen inter minas & iactantiam. Quid considerandum in æquiuocis & ambiguis minis. Ex indicijs remotis nunquam licet procedere ad condemnationem. P Q

Sect. 4. De alijs indicijs minus vrgentibus & minus certis.

De non impediente maleficium. Conciliãtur dissidia DD. & quæ hinc obligatio restituendi nascatur. De patrocinante maleficis, exemplum N. cuiusdam Belgæ. De detensoribus, fautoribus, occultatoribus. Quando deferendi sint, an seruandus ordo R

Universidad de Deusto
Biblioteca

fraternæ charitatis. quando incurratur obligatio restituendi. Indicium ex mendacio rei, ex variatione ex vacillatione, titubatione & vultus mutatione. Si visus cum instrumento maleficij in loco &c. Explicatur sententia communis,& reijcitur sententia volentium hoc indicium sufficere ad cõdemnationem. Indicium conuersationis. Indicium postulatæ inquisitionis, & nimiæ sollicitudinis. item sponte denuncians cũ non teneatur. de indicio inuenti in domo cuiuscunque. Item inuenti in via prope domũ.

T Item de indicio vicinitatis, vel inuentionis in loco. item de transeunte per viam illam. Item de eo *cui bona*; siue qui causam habebat cur illud factum vellet. Item de eo qui ad clamorem inhabitantium vel vicinorũ visus ex domo fugere. Indicium cadaueris sanguinantis.

V Indicium malæ physiognomiæ, despectus in terram, mali nominis. Locus Directorij inquisitorum. Indiciũ ex mala patria, vel parentibus prauis. Indicium taciturnitatis. Indicium iurandi, blasphemãdi, exsecrandi, scurrilia loquendi, vel aliter peccandi consuetudo. Indicium, non posse lacrymari. Indicium ex mutatione crebrã domicilij. Indicium, ex singularitate in pietatis vel religiositatis ostentatione. De indicio eradicati chrismatis, & de stigmate, multa de hoc stigmate imprimi solito.

Sect. 5. De denunciatione & testibus.

Y Eædem testificationes & probationes recipiuntur quæ in hæresi. Receptio testium à quibus facienda? item quando facienda. ratificatio item,& publicatio. testes non sunt nominandi. Cogi possunt quilibet ad testimonium. De testibus auritis, locus Chrysostomi. Quæ exceptio hic valeat contra testes. Quibus modis testes cogi possint? Ex multiplicatione testium & depositionũ quas fecere complices vel personæ aliter infames nunquam licet venire ad condemnationem.

Z Ex debilium & dubiorum indiciorum multiplicatione non potest nasci vnum indiciũ indubitatum. Quid quando post sententiã latam complices testi nomiũ suum retractat, iudici faciendum? Nunquam post latam sententiam iudex patiatur partes siue denominatos ad denominantem accedere. Quid faciendũ iudici quando testes variant. Huius criminis & hæreseos praxis & ratio eadem. In hæresi, cui standũ primæ an secundæ depositioni. Simãcæ quædã sententia discussa.

Sect. 6. De accusatione.

Accusatio quid. hodie in eius locum successit querela. Quæ personæ hic admittantur ad accusandum. Soli repelluntur infames capitales. an & excommunicatione maiori? Quomodo proponenda accusatio. De pænã calumniatorum.

Sect. 7. De apprehensione & carcere.

Quando cuilibet licitum capere malefic. explic. l. vlt. C. de malef. & mathem. Quibus loco, & tempore capi possunt. In quibus compingi possunt carcerem, etiã per breui morituræ quando hoc sit verũ. Quales probationes seu informationes præcedere, priusquam capi possint. Sententiarum varietas, & explicatio Gomezi. De nominatione testis inimici. An reus ceat capere ad solam extrajudicialem nationem. An relaxandi sub cautione iusforia vel iuratoria. An maleficus ecclesia & ab ea possint extrahi. & quisito Episcopo. Bulla Gregor. de re. Quis iudicare debeat de te. Quid consequatur ad insultum tionem. An peccet fugiens ex quo sto? Postquam reus captus quæ obseruanda. Notantur superstitiosi 1. vt sublimes toliãtur, ne terram 2. detractis vestibus, induere interula. 3. ne iudex patiatur se nudam manus & brachij junctorum ducendas coram iudice, obuerso fellunturr rationes quædam Danæi delm. cur nequeant iudici nocere uitatem. Discutitur an sit verum indicibus post captiuitatem nocere lere. Historia Stabulensis de ore Petri Orani. Cautelæ quædã legitimo uand e cum incarceratis. Cur ex eripiat captas diabolus. Grillandi Exempl. magi Põpeiopolitani iudicis se inungentis, & abutẽtis. iudicum in talibus experimentis

Sect. 8. De Accusatione.

Sect. 9. De Quæstione, seu Tortura.

Quæ interrogationes licitæ sint. dine? Non nisi necessariò

torquendum. an in Paschalibus liceat torquere? de submissè dicendis nominibus teneor. An licet interrogare num velit subire probationem ferri candentis? an relaxandi ad inferiorem custodiam sub cautione? Gomezi superstitiosus modus.

Sect. 10. De alijs mediis veritatẽ perscrutãdi.

Contra Bodinum, non licet iudici dolo, falsis promissis, mendacioque veritatẽ à reo expiscari. Licere mentiri, est hæresis Marsilij erroris. Iudici licet vti æquiuocatione & ambigua promissione liberationis. Multa à pœnis dicta discussa. Quæ vis confessionis sic extortæ. Quando iudex ex ea cõdemnans mortaliter peccet. Quædam aliæ cautelæ excussæ. Historia rei quæ accidit prope Argentinam. De experimentis sumẽdis reprehenditur factum quorundam.

De confrontatione.

Sect. 11. De confessionibus.

Ex quali confessione reus possit damnari. Ex quali non possit. Confesso & convicto semper adhuc dandus terminus ad se defendendum. De confessione per signa surdi & muti. De eo qui maleficium confessus, negat se mala intentione fecisse.

Sect. 12. De abiuratione criminis.

De suspicionum diuisione & generibus, quomodo differant suspicio, opinio, & præsumptio. Iudicis arbitrium in his, quale. Exempla suspicionum huiusmodi. quando quis propter abiurationem factam dicatur esse relapsus. Quomodo facienda abiuratio. Quando cogatur iudex admittere ad pœnitentiam præmissâ abiuratione. Quando & quomodo reus possit adigi ad abiurandum. Quando ab Ecclesia ad pœnitentiam receptum, laicus iudex adhuc possit capere & punire. c. ad abolendam. & in præsenti verò, de hæret. An iudex ecclesiasticus teneatur tũc eũ eripere. Variæ formulæ abiurationũ.

Sect 13. De purgatione Canonica.

Quid sit. Quando deferenda. Simancæ sententia perpensa & cribrata. Iudiciũ siue arbitrium iudicis hoc totum habet sibi commissum. Qui cogendi, qui non admittendi ad eam. Quid operetur negatio eius, quid defectus. Sollemnia & ritus.

Sect. 14. De Absolutione.

Quando reus possit absolui. Absolutio diffinitiua, quid. Absolutio ab obseruatione seu instantia iudicij quid. Quando hæc habeat vim illius. quomodo cognoscatur an sit ab obseruatione iudicij an verò sit definitiua sententia. De praxi quotidiana non absoluẽdi nisi ab obseruatione iudicij ostenditur vnde orta, & quæritur quando ea vtẽs iudex excusetur, quando non. Non satis punitus in vna carta potest in altera iterum puniri, & quo pacto? Distinctio Marantæ superflua. Formula absolutionis.

Sect. 15. De sortilegiorum qualificatione, siue quæ sint hæreticalia, quæ non.

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

PP Quæ sint sortilegia hæretica. distinctio inter hæretica & hæreticalia. Clari, Farinacij & Iuristarú quorundam hac in re lapsus. aliud est hæresis, aliud factum hæreticum, aliud factum sapiens hæresim declarata singula suis exemplis. Qualitas criminis eius qui invocat dæmonem ad fcfendum vel faciendum id quod est in dæmonis potestate. Discutitur controuersia inter Barbatiam & alios Iurisconsultos. Quando ad inquisitores fidei pertineat de huiusmodi iudicare? Quæ sint sortilegia hæresim sapientia. De Sacramenta sacramentalia, reliquias vel alias res benedictas miscentibus. De baptizantibus imagines, vel pueros rebaptizantibus. De miscentibus res non sacras super quibus dicta est missa. & hic de Sacerdote hoc faciente. De inuocantibus dæmonem per modum sacrificij vel adorationis. de aliquid à dæmone petentibus.

Sect. 16. De pœnâ & supplicio maleficorum.

QQ Lamię, venefici, malefici, sagæ nomina in hoc tractatu pro isdem sumenda. VVierus, Godelm. & alij Nominales reprehensi. De pœna sortilegiorum quę hæresim sapiunt. Quid in foro conscientię. Quid in foro fori secundum canones. quid de laicis. quid de
RR clericis. Peccata Sacerdotum hac in re. 1 si arae spolient, lumina exstinguant &c. vt noceant. 2 missas defunctorum pro viuentibus celebrant. Grillandi error. 3 Imagines Sanctorum conculcantes aut deijcientes. 4 celebrantes super rebus prefanis. 5 abutentes vasis & vestibus sacris. 6. Missę admiscentes orationes non prescriptas in Missali officio. Pœnę communes omnibus, clericis laicisque. De docentibus, discentibus, consulentibus. De amatoria prębentibus. De Serpentum incantatoribus. De astrologis, chiromanticis, & reliquis diuinatoribus De prębentibus poculum abortionis. Episcopi an possint conuictos, morte dignos, etiam
TT pœnitentes, tradere brachio sęculari Qui sortilegi tradendi brachio sęc. Formulę condemnationis. Pœna sortilegorum morte minor. & quorum. Qui aliquem occidunt morte multandi An etiã Lamię siue striges quę nullum occiderint cõburendę sint? Fundamenta negantium dissecta ordine. In atrocioribus etiam conatum puniendus. Secus nectus quando idonea causa pœnę remittendę. Delicta sagarũ non sunt insomnia. Credendum earum confessionibus. Auctores Theologi, iuristæ, medici & philosophi agnoscentes pactum dęmonis & Lamiarum.

Auctores qui affirmant Lamias ęgre nibus communicari. Auctores qui affirmant ab ijs excitari tempestates. Auctores affirmantes translationem corporalem de loco ad locum. Nauarrus explicatus. Quid interfit inter abnegationem in Petri, & omnium peccatorum, & abnegationem Lamiarum. Lamias eo quod Lamię sint occidendas probatur. Ex iure diuino. explicatur locus Exo. 22. v. 19. Ex lege Ecclesiastica. Lege sæculi scripta & non scripta. Pœnitentiones. breuiter ostenditur remanere in atrocitas ipsius sceleris, cõparatione grauissimorum aliorum. Locus Exo. 22. v. 18. batur etiam à causis propter quas fuit morte damnati. Explicata Carolina. stitutio. Defensa ignis pœna. Vtrũ iudex ceat pœnam pro lubito suo minuere quando peccetur remissione.

Sect. 17. de libris Maleficis.

Quomodo & quibus prohibiti, & aliquando deferendi. Non absoluendi, quiremouendi. Quæ pœnæ retinentium. Epilogus in quatales, liceat legere. Cui cõperat dare vel legendi. Quid de auctoribus seu scriptoribus eorum

Sect 18. De Eucharistiâ moriturisprębita

Consuetudo multorum locorum, non quando tolerabilis. Nauarri sententia explicata. iure communi receptũ vt peccatum tur. Cautelæ quædam circa hoc. Vnctio extrema sio nunquam deneganda. Vnctio extrema non danda damnatis.

Sect vlt. An corpus sepeliendum?

Quid de ijs qui in carcere se occidunt. quomodo intelligendum quod crimina criminum pœna morte exstinguantur. tra communem. Quomodo peccent qui ma vel instrumenta necis reo suppeditant quibus se interimat. De ijs qui mortuum fiue culpa sua ante sententiam. Ius quo mortuorum agendi quot annorum spatio prescribatur.

FINIS.

MARTINI DELRII
DISQVISITIONVM MAGICARVM
LIBER TERTIVS.
QVI EST
DE MALEFICIO, ET DE VANA OBSERVATIONE.

A Dimitto posteriùs istud, quoniam pauca & minùs difficilia de illo nobis occurrunt dicenda.

PARS PRIOR DE MALEFICIO.

QVÆSTIO I.
Quid & quotuplex maleficium?

A NON disputo, *an sit?* id suppono. qui negant; eos Sacræ litteræ, Iuris vtriusque sanctiones, Historici, poëtæ, communis consensus, & sęculorum omnium memoria damnat. Nullũ Magiæ genus ampliùs cacodæmonem oblectat. quia (vt ait Synesius) calamitates mortalium conuiuia sunt malorum dæmonum. Sumimus autem *maleficij* nomen non pro damno, seu peccato quouis: sed pro signo effectiue magico atque superstitioso; quo, qui vtitur, *maleficus* α; qui vero lædit, *maleficiatus* appellatur β. Describi sic potest; *Maleficium est magiæ species, quâ quis ope dæmonis alteri damnum parat.* Dixi, *speciem magiæ*, vt ad huiusmodi damna vocis latitudinem coërceam. Addidi; *ope dæmonis*; si enim pactum & fœdus cum dæmone desit, nihil res ad hanc tractationem pertineat, non magis quàm homicidium ferro patratum, vel raptus virginis, vel furtum, aut latrocinium. *Diuidi maleficium* potest adspectu *finis*, vel aspectu *efficientis*. *Efficientem* causam hîc non voco Deum permittentem, neque dæmonem perficientem, neque prauam male-

α Rubr. Cod. de malefic. & mathemat.
β extra de frigid. & maleficia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fici consentientis & cooperantis liberam voluntatem. hæc enim tria semper in omni maleficio concurrunt. nec enim capillus de capite cadere potest, sine Dei permissu: nec dæmon plus damni potest inferre, quam Deus permittit; nec vult, id quod permittitur, patrare, nisi maleficus in maleficium consentiat. Quod manifestum est facere sacrilegâ imitatione Dei Opt. Max. qui sacramentorum ministerio salutem vt cõferat, ministri voluntatem requirit. Requiri hanc malefici intentionem docet, quòd contactum vel pulueres strigum vtdeamus tantum nocere illis, quibus nocere voluerunt, quod multis exemplis Nicol. Remigius confirmauit γ, & reuocertum est de maleficijs, quæ composita non sunt ex naturalibus venenis. Sed voco efficientes causas, instrumenta materiamque nocendi, quæ ad nocumentum immediatè concurrunt. Huiusmodi efficientia sunt varia.

γ *lib. 1. dæmonolat. c. 3. & lib. 2. c. 8. & 9.*

Primò nocent pulueribus quibusdam minutis, in cibum potumúe infusis, vel nudo corpori affricatis, vel in vestes diffusis: horum, qui necant atri; qui morbum tantum adferunt, cinericei, vel interdum ruffi coloris sunt. contrà, quo puluere malum tollunt, & medicinam faciunt, is plurimum albus est. Vis tamen ista, non ex pulueris colore, vel alijs qualitatibus manat; sed tota pendet à pacto cum dæmone inito. colores tantum deseruiunt declarandæ conuentorum fidei & ne sagæ decipiantur, quid (vt dici solet) pro quo præbeo do. Hoc inde colligitur, quia nonnunquam qui color albus vni medicinam facit, is in alterius strigis potestate lethalis est, & cinericeus penes vnam morbos, penes aliam lethum adfert, quinetiam vni & eidem sagæ aliquando necem infert, aliquando sanat à morbo δ, prout dæmoni signum lubet commutare. Putarim huiusmodi pulueribus cibos infectos à Simone Mago, apud Anast. q. in S.S. 23.

A horum exempla pete à Nic. Remig. lib. 1. c. 2. & li. 2. c. 7. & 8.

δ *vide Remigium d. c. 8.*

2. Maleficium patrant herbis, festucis, alijsque id genus friuolis in humum proiectis, quæ supergredientibus (quibus tamen malefica voluerit) ægritudinis vel necis certissima causa sunt ε.

ε *vide Remigium d. c. 8.*

3. Vtuntur vnguentis albis, vel subruffis, instar bituminis, in quibus interlucent permixtæ metalli micæ, & simul luteæ candicantesque guttæ: si vnguentum hoc igni inijcias, fulgorem, strepitum, nidoremque edit, cui similem res alia nulla. hoc nonnullæ semper habent manus illitas, ne qua nocendi elabatur occasio. lethale, si demulcendo vel summas vestes attigerint ζ.

ζ *vide Remigium. lib. 1. c. 3.*

4. Solo habitu afflatúue inficiunt, sic solent esse causa puerperis abortiendi summo cum vitæ periculo, vt exemplis cõprobant Nic. Remig. » Sprengerus, & Loyherius, & hoc dæmones posse Psellus olim docuerat *lib. de dæmon.*

» *lib. 2. c. 7. Sprenger. in malleo. Loyherius libr. 2. de spect. c. 5.*

5. Grauissima damna inferunt solis verbis, vnde *Lucanus* θ.

» *Mens hausti nullâ saniè polluta veneni*
» *Excantata perit.* Virgilius;
» *Miscuerunt que herbas & non innoxia verba.*

θ *Lucan. lib. 6. Virgil. 3. Georg. Naso 9 Metamor. Senec. Medeâ*

Nempe quæ docuit dæmon. vnde *Ouidius* vocat *Hecateia:*

» *Protinus horrendis infamia pabula succis*
» *Conterit, & tritus Hecateia carmina miscet.*

Seneca; multis venenis enumeratis, de Medeâ;

» *Addit venenis verba non istis minus*
» *Metuenda.*

lis minis, vel increpatione; imò & laude. creditum id non gẽ-tilibus modò, qui Baccare frontem cingebant, vt hoc malo obuiarent; sed & ætati nostræ probatum experientiâ ι; quod & ego fateor, sed addo hæc omnia non virtute verborum, sed operâ diaboli ad signum concurrentis perfici.

ι *docet Remig. lib. 3. c. 3*

6. Nec rebus sacris parcunt, vt quę aspergillum pulueribus contigerat, & sic aspergens aliam aquâ benedictâ, miseram confecit, apud Remig. *lib. 1. cap. 2.*

Denique quædam grassantur apertiùs, quę per dęmonem strangulari vel pręcipitari alium curant, vel puerulos noctu iniectâ culcitâ prefocant κ; vel acu post aurem infixâ necant vt apud Sprengerum illa obstetrix Heluetia; vel è cunis rapiunt, & lancinant, aut in vsum vnguentorum, vt alias docui, vel in cibum sibi gratissimum, vnde Glossarium vetus *Strigæ*

κ *vide Remigium d. c. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

λαιστρυγονες: ductâ voce à Lęstrygonibus Homeri Odyss. κ anthropophagis: sic etiam legimus Euchetas & Gnosticos, qui magiâ vtebantur infames fuisse infanticidiorum; à quibus, in Catholicos hanc Nationes calumniam deriuarunt. Interdum puerulis virulenti quidpiam instillant, vnde moriantur vel statim, vel tabe paulatim. interdum & sanguinem exsugunt. hinc orta vetus opinio de Fresaiâ vel Strige auiculâ, de quâ Q. Serenus;

Præterea si fortè premit Strix atra puellos
Virosa immulgens exertis vbera labris.

Et alia opinio ab Ouidio comprobata his versibus;

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis:
Carpere dicuntur lactentia corpora rostris,
Et plenum poto sanguine guttur habent.

Meminit & Festus Pompeius. Talis illa Gelo, si præstigiola non fuit, quę incassum Mauritio in crepundijs mortem molita λ.

λ Nicephor. lib. 18. c. 9.

Altera restat diuisio *à fine* petita; secundum quam omne *maleficium* vel est *somnificum*, vel *amatorium*, vel *hostile*.

QVÆSTIO II.

De maleficio somnifico.

SIc voco, quando aliquem potione vel malo carmine & prælatâ manu suspendioso abscisâ, & ad singulos digitos affixâ candelulâ accensâ, vel aliquando ipsis digitis prodigiosè ardentibus & à flamma non absumptis integris manentibus, aut aliter profundo mergunt somno, vt interea vel intactos rapiant, aut necent, vel furto quid subtrahant, vel stupro adulterióue contaminent; faciunt hoc interdum magi, & venefici; potest naturalibus venenis soporiferis; recentia exempla contigerunt μ Pet. Binsfeld. & Nicolaus Remigius, & patet exemplo quod narratur in vitâ D. Bernardi; nam ibi totannis ardentem maritum incubus vxoris fefellit, quod eo dormiente factum oportuit. Pleraque magiæ secreta sparsim Virgil. ag-

μ Binsfeld. de confess. malef. p. 1. concluss. 5. Remigius lib. 1. c. 4. Vita D. Bern. li. 2. c. 6.

tigit, in his & istud *Aeneid. 6.* de Cerbero & Cumæâ:

» *Cui vates horrere videns iam colla colubris,*
» *Melle soporatam, & medicatis frugibus offam*
» *Obijcit: ille fame rabidâ tria guttura pandens*
» *Corripit obiectam, atque immania terga resoluit*
» *Fusus humi totoque ingens extenditur antro.*
» *Occupat Aeneas aditum custode sepulto.*

Sic & Ouid. *7. Metamorph.* de Medæâ;

» *Peruigilem superest herbis sopire draconem,*
» *Qui cristâ linguisque tribus præsignis, & vncis*
» *Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ:*
» *Hunc postquam sparsit Lethæi gramine suci,*
» *Verbaque ter dixit placidos facientia somnos;*
» *Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro*
» *Heros Aesonius potitur,*

Eadem imitati *in Medeâ* Seneca, & *in Argonauticis* Valerius Flaccus. Sed de hoc maleficio nulla difficultas.

QVÆSTIO III.

De amatorio maleficio.

A Sic vocant quicquid dicitur, fit, daturue eo fine vt in amorẽ quis, Veneriſque furias pertrahatur. plurima huiusmodi phyltra veteres nobis commemorarunt, Theocr. & Virgil. *in Pharmaceut. Iyngem*, quã Lãgius ait à Germanis vocari, **Wintals/Wallerothe/Ruerdrommel**; Latini *Frutillã* vocant: *Sippen*, Aristoteles ν; *ranæ* quoddã oscillũ, Plinius ο; alia multa *Hippomanes*, laudãt idem Theoc. Virg. Propertius; *Remorã*, & vetus poëta Lęuius apud Apuleium *Apolog. 1.* & Lucianus *in Dial. Bacchid. & Melittæ*: & ex recentioribus Marsil. Ficin. *l. 13. Theol. Platonis*, Põponatius *de Incant. c. 8.* & Cælius Calcagninus *integro opere, de Amatoriâ Magia*. Veteribus his videtur cõmunis error, etiam nolentes huiusmodi phyltris in amorẽ pellici posse; quem errorẽ mox discutiemus. Priùs videamus maleficia hoc in genere nostri æui; quæ nobis, omniũ optimè & exactissimè, Grill. scripto prodidit π. Amatoria (inquit) sortilegia

ν *libr. 2. de hist. animal. c. 14. & l. 9. c. 17.*
ο *lib. 8. c. 42. & libr. 32. c. 4. plures citat Tiraquel. 13. lege connubiali.*
π *de sortileg. q. 3. a. nu. 15 & q. 5. a. n. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tilegia,vel fiunt intra corpus,vel extra corpus (*ſ. maleficiati.*)
In corpore communiter fieri ſolent per cibum, vel potum
Et in his frequenter admiſcent (quod vix ſolent in hoſtiâ
vel ſomnifero maleficio) Sacramenta Catholicæ Eccleſiæ,
vt hoſtiam conſecratam; vel nondum conſecratam, ſed cir-
cunſcriptam notis & litteris ſanguineis: ſuper qua dici curant
quandoque vnam, duas, tres, quinque vel plures miſſas; qui-
bus celebratis, tradunt hoſtiam ipſam, nõ integram prout eſt,
ſed in puluerem redactam valdè ſubtiliter, perſonæ maleſi
ciandę, quã aſſumere faciunt in cibo, ſicut in meneſtrâ, vel in
potu: eodem modo faciunt cum calaminthâ immixtâ aliis
ſpeciebus, & traditâ, vt ſupra in cibo vel potu, ex quo dicunt
illam eſſe naturæ attractiuæ, & quod poterit cor & volunta-
tem abſorbentis trahere ad amorem perſonæ tradentis. Sed
omnes ſunt nugæ & dæmonis fallaciæ &c.] *& poſtea*, Bis ante
ter habui in facto Sortilegos, qui, huic Sortilegio ſiue maleſi
cio incumbentes, hoſtiam immiſcuerant. vnum videlicet ac
ricum religioſum; qui hoſtiam ipſam ſacratiſſimam accipie
bat, cuius partem ipſe ſceleratiſſimus, qui cupiebat amari, ſu-
ſumſerat, dicendo quædam verba ſatis turpia atque nefanda,
quæ hîc referre non expedit; reliquam verò partem hoſtiæ
miſerat ad ipſam mulierem, non in formâ hoſtiæ, ſed minutis
tim contritam & in puluerem redactam, ſumendam in cibo
aut potu. Iterum habui aliũ, qui hoſtiam nondum ſacratam
acceperat, & ſuper illam circumcircà, cum ſanguine annularis
digiti, nonnulla verba ſatis turpia deſcripſerat, deinde ipſam
hoſtiam ſuper altari depoſuerat, hoc eſt ſuper nudo lapide
conſecrato, ſub linteamine tamen altaris abſconditam, & a
quodam Sacerdote rotundæ conſcientiæ ſuper illâ quando
que miſſas celebrari fecerat, certis orationibus ad eius propo
ſitum ſuperadditis, deinde hoſtiam ipſam ſumſerat, quæ ta
men non erat expreſsè conſecrata; cuius partem alteram pre
ſe aſſumpſerat, alteram verò partem perſonæ maleficiandæ
tradiderat, redactam in puluerem vt proximè dixi; aſſerentes
vterque ipſorum, qui hoſtiam ipſam aſſumpſerant, indiſſolu-
bili

§ 1. *ſi quis aliquid.* §. *qui abortionis.* D. *de pœn. l.* 3. §. *hæc adiectio.* D. *ad leg. Corn. de ſicar.*

ª *Grillan. d. q.* 3. *num.* 18. *in fin.*

τ *gloſſ. in c. accuſatus.* §. *ſane, de hæret. in* 6.

» bili amoris vinculo adinuicem ſe colligandos. nihilominùs
» nullum effectum apparentem vidi, nec percepi. Nec ſunt ad-
» huc duo anni elapſi, quod alium ſimilem caſum audiui, Ro-
» mæ accidiſſe, de quadam impudicâ muliere; in cuius cophi-
» nis repertæ fuere duæ hoſtiæ, ſuper quibus ambabus erãt de-
» ſcripta quædam verba ſanguinea &c. quas ipſa tenebat, vt aſ-
» ſeruit, ad effectum tradendi cuidam alteri mulieri, ad inſtan-
» tiam viri, qui eiuſdem mulieris amore concupiſcebat. Aliàs
» quoque nondum eſt annus elapſus, quod duæ impudicę mu-
» lieres Romæ, quas vidi, & audiui; quæ acceperãt oleum bap-
» tiſmatis, quo inunxerant ſibi labia, dicentes hæc verba (fides
» abrenuncio tibi &c.) & cum labijs illis ſic inunctis oſculatæ
» fuerant viros quoſdam, cauſsâ captandi amorem ab ipſis, vt
» ipſæ aſſerebant. Nihilominùs demum omne experimentum
» fallax fuit, & ſuorum exceſſuum condignas vidi luere pœnas.
» Aliud exemplum à triennio & citrà in eadem Vrbe contige-
» rat: quod quædam turpiſſima mulier acceperat; particulam
» cutis illius, qua infans indutus egreditur de vtero matris, quã-
» primùm venit in lucem, illamque ſimiliter ſuper lapide nudo
» ſacrato abſconderat, & ſuper illâ plures miſſas numero quin-
» que celebrari fecerat, cutemque prædictam poſtea aſſumſe-
» rat, & baptizauerat ſub nomine perſonæ maleficiandæ, cum
» aquâ baptiſmatis & cærimonijs conſuetis, deinde eandem in
» puluerem redegit, ad effectum tradendi perſonæ malefician-
» dę: tamen interim capta fuit, nec perficere potuit ſortilegiũ,
» ſed congruas ſceleris ſui luit pœnas.] Hęc ille, qui addere po-
tuit, adeò nefarios etiam eſſe huiuſmodi ſortilegos; vt & fe-
minę viris ſua menſtrua, & viri (quorum vtrumque vix pudi-
cę aures tolerant) ſemen in cibum potumque alijs permixta,
& certis verbis condita, prębeant; vt multorum conſtat con-
feſſionibus; ſtercora quoque & alia huiuſmodi excrementa,
vt Sprengerus tradidit. Proſequitur deinde Grillandus dicta
» ſua, inquiens; Extra corpus autem ſiue extra inteſtina fiunt
» maleficia amatoria per aliquas mixturas compoſitas ex herba-
» rum foliis vel radicibus, metallis, reptilibus terrę: plumis inte-

ſtinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

stinis membrisue,auium,piscium, vel animalium; aliarumue
similium rerum naturalium [adde, maximè expetere r, vel
capillos vel vnguium præsegmina,vel fasciam, vel quid aliud
vestimenti quod solitum tangere corpus maleficiandi; aut si
nihil huiusmodi queant nancisci,vel epistolam,vel quid aliud
de illius domo] & tunc adhibent certas ligaturas,quibus hæc
inuoluta consuunt in chlamyde vel tunicâ maleficiandi, vt
abscondunt sub capite lecti, vel inter plumas, vel materatis,
super quæ ipse dormit, aut sub limine ostij, vel alterius loci,
super quo ipse maleficiandus vir transiturus,aut mulier transi-
tura sit.] Hæc ille partim *d.q.3.a.nu.15.partim q.5.num.3.* vbi
etiam addit sacrilegia quædam istorum. Ipsi (inquit) fortile-
gi admiscent sæpiùs in istis aquam benedictam,scilicet fontis
Baptismatis, aut communis amphoræ existentis in Ecclesia,
aut oleum sanctum Baptismatis,Chrismatis aut Extremæ vn-
ctionis,ramos oliuarum benedictarum,ramos palmarum,ce-
delas benedictas,sacros agnosdei,thura benedicta, cereos pa-
chales & his similia. Quandoque autem capiunt aliqua ex re-
liquijs Sanctorum Martyrum, si habere possunt; scilicet par-
ticulas ossium, capillorum, vel vestium. Alij autem capiunt
frustula quædam indumentorum sacerdotalium,aliorumque
panniculorum benedictorum;quibus sacra mysteria vestan-
tur celebranturque,sicut camisiæ,purificatorij,corporalis,tu-
nicellę,manipuli,amictus,stolę candidę,lapidis sacrati,mappę
altaris,patinę,sudarij,calicis,& similia,& ista omnia, vel alio-
rum partem admiscere solent in fortilegijs amatorijs, adhibe-
tis eorum nefandissimis precibus & Diabolicis verbis, ad re-
pes libidinis actus tot Sacramentorum, & aliorum sacrorum
perpetrantes abusum.] Mox subdit tertium quoddam genus
fortilegij amatorij, his verbis; Quidam ex his qui sunt expe-
ę professionis; deferunt quandoque imagines quasdam ad
loca sacrificiorum,terrâ,vel cerâ,aut gemmarum,seu alia qua-
uis mixturâ confectas,illasque baptisant priùs nomine per-
nę maleficiandę, sub deuotione & inuocatione Diaboli, cum
eisdem cęrimonijs,quibus vti solent nostri sacerdotes in ba-

r *Grillan.q.3.nu.13.*

» baptismate:& adijciũt quędã verba turpia & nefanda: quibus
» imaginib.quandoq; aperiũt pectora,& ipsarũ corda ingẽti ca-
» lore ignita reddũt;aut tantũ detinẽt, quod liquefiant, putãtes
» quod eodẽ modo cor hominis maleficiãdi similiter aduratur,
» seu mollificetur,& obediẽs reddatur ad votum sortilegi vel a-
» mãtis] Io.Salisberiẽs.*li.1.c.11.* Vultricoli sunt,qui,ad effectus
» hominum immutandos, in molliori materiâ, cerâ, vel fortè
» limo,eorum quos peruertere nituntur effigies exprimũt, cu-
» ius illusionis in Pharmaceutriâ Virgilius meminit:

» *Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit*
» *Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.* Naso quoq;
» in libro Heroidum, *Deuouet absentes, simulacraq; cerea fingit,*
Et miserum tenues in iecur vrget acus. Sic ille,locũ
Ouid.ad maleficiũ amatoriũ referens, quẽ ego potiùs retule-
lerim ad hostile.Hoc maleficium paulò post ostendã fuisse ve-
tustissimũ,Græcis Latinisq; probè cognitũ,à Chaldęis accep-
tũ.Vt plurimũ vtuntur pergameno virgineâ; quã cõficiunt ex
cute pueri recẽs nati,& ante baptismũ mortui, vel abortiui,in-
scriptâ caracterib.& verbis magicis,cuius mirã potentiã atque
efficientiã nugãtur magi recẽtiores u,& exemplũ suggerit Le-
loyher.& Vtchãtur & olim funibus quibusdã & ligaminib.de
quibus nos postea.Grill.præterea rationẽ inuestigat,cur ad a-
matoria dũtaxat,aboutãtur,reb.sacratis? & multis respõdet,qui
volet eũ legat.Hodierno tẽpore,etiã ad hostile veneficiũ,buf-
fones baptizãt, & eis (quod horresco cogitãs) venerabilẽ Eu-
charistiã exhibent deglutiendã. Sic nimirũ quotidie deterior
fit mũdus,& homines in grauiora hoc sæculi fine scelera præ-
cipitãtur.de amatorio phyltro miraculũ narrat,publicâ fide &
multorũ sæculorũ cõtinuâ attestatione cõfirmatissimũ, Tho.
Bosius,Oratorij presbyter;cuius opera, quã hæreticis odiosa,
tã Catholicis vtilis fuit;is ergo de Notis ecclesiæ x; Nonũ mi-
raculũ(inquit) cõtigit Aufidi in Piceno. Siquidẽ anno 1273.
» quędã mulier,eũ sumsisset ore eucharistiã,nõ deglutijt,sed ser-
» uatã secũ detulit,vt illâ vteretur ad amorẽ mariti cõciliãdũ sibi
» per veneficia.Quãobrẽ,sic malis artib.edocta,super prunas in
» singulâ repositã proiecit;quo facto (mirabile dictu) cæpit Eu-

u *Picatrix, Abanus, & Agrippa. & lib.1.de spectris.c.5.*

x *lib.14.c.7*

Universidad de Deusto
Biblioteca

charistia apertissimè in carnē cōuersa sanguinē latè emittere, ita vt prunas exstinxerit, neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit inijciendo cinerem, puluerem ceramque apponendo. Tum nouo euentu attonita, linteo tegulam cum carne diuinitus & sanguine inuoluens, stabuli propinqui stercore infodit. Latuit res annos septem, quamuis aliquot mirabilia euenerint, quæ vndenam nascerentur, alios quidem latebat, malieres non ita, facti ac sceleris sui conscias. Ijs exactis, illa tandem aperuit rem gestam sacerdoti; qui, cùm se cò contulisset, repperit intactam carnem sanguinemque recentem, linteumque læsum. Miraculum patefactum cunctisque diuulgatū, commouet adhuc post annos tercentū & sexdecim. Visitur caro, visitur sanguis vitreis ampullis inclusus, ad tantæ rei memoriam sempiternam, neque post tanta temporū spacia quam ex ijs est corruptum aut tabefactum.] En quo pacto Deus tam manifesto miraculo nefarium mulierculæ sortilegium inhibuerit. Sed nunc videamus, quæ vis huius fortilegij amatorij.

SECTIO II.

Deo primo; hisce phyltris voluntas nullius cogi potest, quem non vult, amandum: sed bene potest imaginatio perturbari, humores concitari, & totum corpus interius exterius accendi; adeò vt quis, dęmone varijs tentationum artibus interiùs certāte, œstro quodam libidinis vexetur, & sic vehementer trahatur ad desiderium carnalis copulæ cum aliquo, quod si tum temporis maleficus amator accedat, & arcubus, quibus solent mulierculæ capi, eam instanter vrgeat, facile vt in nassam prędа cadat.] Atque hæc est ratio & modus, quo per ista diabolus solet decipere: vulgus autem nequit discernere inter actiones volūtatis, & motus cōcupiscentiæ, inter tusque portionis inferioris. Vnde non oportet credere ea, quæue causantur coactionē voluntatis. verè enim nolēdo nolunt, & vellent abstinere, sed volunt peccatum committere.

Hæc sententia communis est Iurisconsultorū ✝ & Theologorum. α probatur primùm l. eorum C. de malef. & Mathemat. vbi Constantin. Imper. ait, *aut pudicos animos ad libidinem deflexisse intelligantur*: non (ait) *coēgisse*, sed ait *deflexisse*: ideò, si lex Rhemnia vigeret, Wierus hīc non effugeret frontis inustionem, nimis quam manifestò Imperatoriam sanctionē calumniatus.

Secundò probatur ratione, quia multa sunt pharmaca, quæ vim habent naturalem turbandi humores, irritandi semen, excalefaciendi totum corpus: &, si nullæ res tales inuenirentur, posset dæmon rebus, quibus vellet, vti; tanquam signis cōuentis, & deinde iuxta pactum ipse per se & turbationem, & flatum, & prurītum, & calorem in corpus inducere, simulque lenitiam, & perfonę certæ importunam suggestionem imaginationi, quasi valdè dignæ amari, obijcere; & sic in huius amorem inflectere posset; sed volentem tantùm. Nam in voluntatem, propter arbitrij humani libertatem nulla dæmoni iurisdictio, nulla actio competit: quę omnia superiore libro probauimus, q. 24.

Tertiò probatur exemplis, vt Marci Antonij Triumuiri apud Plutarch. α & alterius, de quo Cleodemus apud Lucianum; vt Marci hæretici & Magi, apud D. Irenæum; puellæ adductæ ad S. Hilarionem, apud D. Hieron. Iustinæ & Cipriani Magi, apud Nazianzenum & Nicephorum, (de quo consule Pamel. in vitā D. Cipriani) vt etiam hęretici cuiusdam apud D. Epiphan. qui, quod paullo antè exempli narrationem, dixerat à Mago coactas mulierculas, id intelligendum, de vehementi persuasione & forti inclinatione, non de necessitatis absolutę coactione. Item probatur Historiā Basilij Pseudomonachi & iuuēculę monialis, de quā D. Greg. Magnus egit; item Sceleri Sethi de quo Nicetas. legite illa accuratè, & inuenietis iniectam propensionem, sed defuisse necessitatem parendi.

Quartò probatur auctoritate SS. Patrum, vt omittā Epiph. Irenæum & duos Grego. iā citatos: probatur auctoritate D. Hieronymi, dum docet quosdā dæmones amoribus & amatorijs ludicris deseruire β; & alibi maleficia contendit vim habere, vt

α D. Tho. & S. Bonau. & Palud. in 4. d. 34. Sprenger. Mallei. p. 1. q. 7. Castrij li. 1. de iust. hæret. pun. c. 15. Mich. Medin. li. 2. de rectâ in Deū fid. Ang. Silu. Rosell. Tum. Caieta. Graffius, & alij Summistæ, Binsfel. in d. l. eorum q. 1. Angl. & alij omnes quod sciam.

α Plutar. in vitâ M. Anton. Lucia. in Philopseude. Irenæ. l. 1. c. 9. D. Hier. in vitâ S. Hilarion. Greg. Nazianz. oratione 19. in laud. Cipria. & Nicepho. lib. 5. cap. 27. Epiph. lib. 1. tom. 2. contr. hæres. Ebionita D. Greg. lib. 1. Dial. c. 4. Nicet. lib. 4. histor.

β libr. 3. in epistol. ad Ephes. c. 6.

amemus quæ odisse deberemus,& detestemur quæ nos amare
7 Super c. 3. Nahum. decuisset γ. Cassianus quoque; Incētores, ait, libidinū atq; lu-
A Cassian. coll. 7. c. 31. xuriæ quosdam spiritus esse propheta cōmemorat; *Spiritus, in-*
Osee 4. v. 12. quiens, *fornicationis decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo.*] Do-
nō quæro an rectè explicet dictū Oseæ, sed quid senserit ipse,
id apertè testatum affero.

Denique probatur SS. locis esse aliqua huiusmodi malefi-
cia. Nahum. 3. v. 4. *Propter multitudinē fornicationum meretricis*
Speciosæ & gratæ, & habentis maleficia: quod de his rectè nostri
Fra. Ribera fuit interpretatus. Apud Baruch in epist. Ieremiæ,
nisi fallor, mentio habetur maleficij amatorij concremationis,
8 Baruch. 6. v. 42. verba sunt ista ε ; αἱ δὲ γυναῖκες περιθέμεναι σχοινία ἐν τοῖς
ἐγκάθηνται, θυμιῶσαι τὰ πίτυρα. ὅταν δέ τις αὐτῶν ἑφελκυσθεῖσα
ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ, τὴν πλησίον ἑαυτῆς
ὅτι οὐκ ἠξίωται, ὥσπερ καὶ αὐτὴ, οὐτε τὸ σχοινίον αὐτῆς διῤῥη-
Quæ vulgatus sic vertit; Mulieres autē circumdatæ funibus se-
vijs sedent, succēdentes ossa oliuarum. cùm autem aliqua
ipsis, attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo; proximæ
suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque
funis eius diruptus sit.] Qui locus insignis, adhuc dēsis obs-
detur tenebris, ignorantiâ antiquitatis. vnam eius partē, quæ
de funiculis est, nobis Herodotus clarissimè exponit. Idem ve-
habet versio Latina (Græco nunc exemplari careo) *in hæc ver-*
ba: vna ijsdem Babylonijs lex est, omnibus modis exsecranda.
Nēpe omnibus mulieribus indigenis cōmune est, semel in vi-
tâ ad Veneris tēplum desidentibus, cū externis viris coitus
tudinem habere. Ceterū cum plerēque sint diuitijs tumidæ,
quæ sui copiā facere recusent, hæ vehiculis cameratis sub-
ctæ, pro tēplo consistunt, relictâ interim à tergo magna fami-
litij turba. Plerēque etiā hunc in modū faciunt. ad tēplum Ve-
neris sedent, nodis, corollisque tēpora reuinctæ, & quibus dum
aliæ seorsum abeunt, aliæ regrediuntur. Nam diuerticula va-
decunque sic funiculis distincta aditū præbēt externis ad ip-
lieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porro cum se-
mel illic consederint, non prius domū regrediuntur, quā hos-

pitum aliquis, pecuniam mulieri in sinum iniecerit, & cū eā-
» dē à fano seorsum abductâ rem habuerit. Hospitē autē illū, qui
» pecuniam obtulit, dicere oportet: tanti ego tibi Deam Mylit-
» tam imploro. Mylittā enim Assyrij Venerem appellāt. At verò
» pecuniam illā, quantulacunque sit, non est fas reijcere, siqui-
» dem in sacrū conuertitur vsum. Neque mulieri etiā permitti-
» tur hospitem aliquē repudiare; sed quicūque is est, qui pecu-
» niam obiecerit primùm, hunc illa sequitur citrā delectum. Po-
» stremò vbi iam congressa fuerit cū externo mulier, Deâ expia-
» tâ, domum reuertitur. Iam, quæ formâ sunt elegantiore, citiùs
» (vt par est) expediuntur: quæ verò deformes, diutius cogūtur
» desidere pro templo, antequam legi faciant satis. Fitque in-
» terdum vt vno atque altero anno aut etiam triēnio atque diu-
» tiùs expectare oporteat miseras. Alicubi, nempe in Cypro, si-
» milis quædā lex est.] Hactenus Herodotus, ex cuius narratio-
ne facilè intelligas, quibus funiculis circumdatæ dicantur;
& quis funis disruptus, nempè is qui semitam ad illam facie-
bat; nam discedens hunc disrumpebat, vel hospes, vel ipsa fe-
mina: sed & illud intelligitur; vltimo loco, cùm obijcit fu-
nem non disruptum, deformitatē exprobrari, quod eas morta-
lium nullus cubili dignetur. Quare retracto, quæ olim hac de
re publicè Louanij dictaui, ea referens ad nodos, & ligamina
» amatoria, de quibus egere veteres poëtæ. Virgilius *Eglog. 8.*
» *Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore*
» *Licia circumdo, terque hæc altaria circum*
» *Effigiem duco,* nempe amati simu-
» lacrum, ligabant conceptis verbis, vt apud eundem:
» *Nectè tribus nodis ternos Amarylli colores,*
» *Nectè Amarylli modò, & Veneris, dic, vincula nectо.*
Valerius, in Ciri, addit & aliud, in sinum despuere ter;
» *Terque nouena ligat triplici distincta colore*
» *Fila; ter in gremium mecum, inquit, despue Virgo,*
» *Despue ter Virgo, numero Deus impare gaudet.*
Nemesianus Ecgl. 4.
» *Hæc eadem nobis, quæ Versicoloria fila,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et mille ignotas Mychale circumtulit artes.

Erant hæc fila vt plurimum lanea, & rhombo torquebantur, vel deuoluebantur ab orbe vel glomo: Propertius *lib. 3.*

Improba non vicit me moribus illa, sed herbis:
Staminea rhombi ducitur ille rotâ.
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et lecta è sectis anguibus ossa trahunt;
Et strigis inuentæ per busta iacentia plumæ,
Cinctaque funesto lanea vitta viro.

Hoc est vitta lanea suspendiosi: quod & ipsum magicũ. *Et lib.*

Deficiunt magico torti iub carmine rhombi.

De trina despuitione Tibullus, *Eleg. 2.*

Hæc mihi composuit cantus quis fallere possis.
Ter cane, ter dictis dispue carminibus.

Sed ad rem, magicum mysterium cuius meminit Ieremias, & à quo populum Dei dehortatur, est adoletio τῶν πιτύρων, de cuius vocis significatione non omnino res certa, nam ceteri vertunt *furfures*, noster verò *ossa oliuarum*, inter quæ quid melius & fideliùs versum, certiùs definiri posset, si Hebræa illa epistola exstaret, nunc de Græcæ vocis significatione dicta fio pendet. Puto non vnam esse significationem huius vocis. Hesychius, πίτυρα τὰ τῶν σίτων ἢ κριτῶν φλοιά: & sanè huiusmodi tritici vel hordei furfures, siue pelliculas, quæ molendo secernuntur (sic etiam Dioscorides & Theophrastus vsurpant) succendi solitos in veneficio amatorio plerique existimant, & nituntur loco Theocriti *Eydill. 2.* τὸν θυσῶ τὰ πίτυρα, vbi Scholiastes θυσῶ exponit περικαύσω, igne absumam. Vix crediderim furfures solitos adoleri, (qui parum ad hoc idonei) sed benè farinam in molâ, de qua tamen paullò ante iam locutus erat Theocritus, nec necesse habebat repetere. quare malo πίτυρα illic exponere, vt hîc facit noster. Nam de eodem maleficij genere locutum poëtam illic, & hîc prophetam, eo procliuior sum, quòd eodem eidyll. fatetur Theocrit. amatoria illa maleficia Græcos à Babylonijs didicisse. Sicut ergo laurum vrebant veteres & bitumen; & statuas ex argillâ

argillâ vel cerâ; (de lauro Virgilius;

» *Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum;*

Bituminis, ni fallor meminit Horatius, sed locus non occurrit, de statuis argillaceis & cereis;

» *Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit,*
Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.)

Sic etiam puto solitos adurere ossa oliuarum, hoc est minutas oliuas, & duriores ceteris, ac penè osseas: quæ est vocis Græcæ altera, minus nota significatio, apud Athenæum ζ, ex Callimacho & Philæmone; pro quodam minuto ac viliore & coloris furfuracei oliuarum genere, quod πίτυρον vocarunt. Vnde & fraces ac magmata oliuarum Hesychio videntur dicta, ἐπίτυρα, dum scribit; ἐπίτυρα ἐκπιάσματα ἐλαίων. vbi forrenda solita Græcorum compositio. ἐπίτυρον edulium nouit » Athenæus, & Varro *lib. 6. de lin. Lat.* Apud Plautum, si vnum » epityrum edam apud illum esuriens insanè benè. Epityrum » vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia, quam Italia vsa] sic Varro. Locus Plauti est in Mili. glorio. nẽpe fiebat ex pityrodi oliuâ confrictâ, meminere & Cato & Columella, lib. de re rusticâ, conficiendi modum indicantes & Græcanicas magnæ Græciæ vibes, id conficere solitas: forte etiam vocem ἐπίτυρα sic contrahebant vulgò, dicentes ἐπίτυρα. Sed cur noster vertit, *ossa oliuarum?* certum est Hebræos, quæ in qualibet re fortiora & duriora sunt, ea vocare *ossa*, vt ossa obsidium חנית עצמות chonach atsmoth »: scitum etiam, hanc oliuam minutam plus ossis, quam carnis edulis præbere. constat quoque Hebræâ phrasi, genitiuum fixum habere vim mobilis recti; & ideo, *ossa oliuarum*, accipi posse pro osseis oliuis: sicut in Molaicis scriptis θ, *asinus ossis*, ponitur pro asino osseo. Quare suspicor hoc loco à Ieremiâ scriptum fuisse *atsmoth* Zethim, quod ad verbum significat *ossa oliuarum*, & Græcos interpretes gnaros significationis, quam diximus, vertisse τὰ πίτυρα. Nonne verosimillimum est Babylonias, quæ Magicis nugis erant addictissimæ, veritas ne diu illic excubare cogerentur,

[*lib. 2. Comitaij Sophist.*

» *Psal. 53. v. 9.*

θ *Genes. 49. v. 13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur, se à sortilegijs huiusmodi nõ abstinuisse; maximè quas nec diuitiæ, nec forma, nec genus commendabant: quærebãt ergo istæ bliteæ ac diobolares vndecumque lenocinium, & Pityrides oliuas, quæ vilioris præcij, insumebant flammis. Et quam vesanæ flammam alebant inclusam, longè aptius atque expressius osium, quàm furfurum, adustione contestabãtur: simul enim sic querebantur de duritie ac rigore hospitum, & aduentorum, quos illarum nulla miseratio tangebat: ideo non solas oliuarum carnes, siue cutim (nam in his oliuis cutis potius quàm caro) sed solidas oliuas cũ nucleis osseis adolebant, nimirum duritiam illam sibi inuisam hoc pacto mollituræ, & corda ferrea amore liquaturæ. Si *furfures* vertas, perit elegans ista mysterij magici analogia. Verisimile est cum ista vrerent, addidisse, quod sollemne reperio; sic se ossa hospitum vrere, vel, in hospite suo hæc se adolere; vel precari vt sic hospites earum amore torrerentur; quæ omnia Virgilius & Theocritus posuere. Demum sic adusta & in cineres redacta spargebant in ventum iacta trans caput. Theocritus;

Ἄλφιτά τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται, αὖτε σὺ πάσσε.

Virgilius;

Farinæ primùm igne liquescunt, sed disperge.
Fer cineres Amaryllidis foràs, riuoque fluenti
Transque caput iace.

Sed hæc satis vel nimis, de loci Baruchi explicatione; quæ si probetur, benè erit; sin, meliora expecto.

Sit secunda conclusio quæstionis, hęc phyltra & mentí & corpori vt plurimùm valde noxia sunt.] Nota minùs esse noxia, quæ non dantur intus sumenda, quia si per nudas incantationes facta, vt plurimum solum nocent menti; si per illigationes aut contactum extrinsecum, etiam corpori solent nocere, si habeant venena mala admixta, quod in his non frequens: si verò dentur in potum & cibum, solent vt plurimùm valetudinem vehementer debilitare, & de statu mentis deijcere. quia eorum ingredientia solent esse admodum periculosa: vt flos res menstrui, sperma (vt patet ex vetustis libris Pœnitentialibus) cerebrum felis vel asinini pulli, vterus hyenę, virga lupi, remora,

ossa rubetæ, scinci, & præ cæteris (quod vocãt) Hippomanes, quod est triplex, ne quis fallatur; vnũ cuius mẽtio apud Theocritum *in Pharmaceut.* tradit esse plantulam quandã Arcadiæ: alterum, quod vt canit Tibullus,

» *Virus cupidæ stillat ab inguine equæ.* & Propertius.
» *Hippomanes fœtæ semina legit equæ.*

Qualis est suum apria: tertium, pellicula quæ reuellitur à frontę pulli equini recens editi, cuius odor equas in furorem rediget; de quo Aristoteles[1], Plinius, Columella, Virg. & alij. Quã hoc noxium sit docet interitus Caligulæ, qui mortuus cum ei Cesonia hoc potandum porrexisset, vt narrant Ioseph. [x] & Sueton. & Iuuenal. eo respexit; *Vt auunculus ille Neronis;*

» *Cui totam tremuli frontem Cesonia pulli*
» *Infudit.*

[1] *Aristo. lib. 6. hist. anim. c. 18. Plinius lib. 8. c. 42. Columel. lib. 6. Virgil. in Georg.*
[x] *lib. 11. antiquit. Suet. in Calig.*

De cunctis autem phyltris Ouidius prudentissimè;

» *Nec data profuerint pallentia phyltra puellis,*
» *Phyltra nocent animis, vimque furoris habent.*

Eusebius [λ] testatur his Lucretium poẽtã primò dementatum deinde furoris impatientiâ seipsum interemisse. de Lucullo prodidit Plutarchus, his eum primò actum in furorẽ, mox etiã interemptum. de quodam similia narrat Aristoteles. Virgo illa incantata à Basilio (vt ait D. Gregor.) febricitare incæpit, & vehementer anxiari, magnisque vocibus cũ stridore clamare. Modo moritura sum, nisi Basilius monachus veniat, & ipse mihi per suæ curationis studiũm salutem reddat.] en verba mẽtę captæ, & corpore languentis. Illa vero, de qua D. Hieronym. scribit, postquã amator, magicis artibus instructus, ab Æsculapij sacerdotibus, redijt, & subter limen domus puellę tormentã quędam verborum & portẽtosas figuras sculptas in æris Cypritiã toxico amatorio necatis, lego apud Sprenger. de Fsider. duce Austriæ, electo rege Romanorũ quẽ Lud. Bauarus vicit,

λ *Euseb. in Chro. Plutar. in Lucul. Arist. in Mag. Moral. D. Greg. d. c. 4. Hiero in vitã D. Hilarion. Sprenger. p. 1. q. 7 Cuspinian. in Ludouico Bauaro, Ant. Panhormita lib. 4. de gest. Alfonsi Pet. Leloyher. lib. de spect. 1. c. 5*

auctor est Cuspinianus; de Stephano quodam equite Neapolitano, Anton. Panhormita; de puellâ, cui amator membranulam inscriptam in sinum iecerat, & narrationem, & iudicii nobis proponit Pet. Leloyherius: quare cùm tam noxia soleant esse philtra meritò Athenienses Temniam sagam mortuo eo qui acceperat τ, ignouerunt; prudentissimeque iuraturi sumus fusius *lib. 5. Sect. 16.* nunc breuiter. Si præsens amatorium quid, non adhibuit magicam superstitionem, nec mors secuta fuit; pœnâ relegationis & damnationis interdum olim puniebatur ο; hodie iudicis arbitrio extraordinariè punitur ϖ. Quod si mors fuerit secuta, quam vt plurimum sequi tradidit Hippolytus de Marsil. insignis Criminum iudiciorum tractator ρ, tum, si ob malum finem præbitus philtrum (vtpote causa aborsus, vel illiciti amoris) siue non adhibitæ sint artes magicæ siue non, mortis reus constituitur ex communi sententiâ iuris interpp. arg. d. §. qui abortionis quod & olim prudentum opinione receptum Iul. Paulus tradidit σ: neque id acerbum debuit videri Antonio Gubernato τ: dignus enim planè supplicio malus adeò animus, tam improbissimo, per summum periculum & pessimum exemplum studens. Quod si non dedit ob malum finem, sed beneficium (vtputa ad arcendam feminæ sterilitatem, ad conciliandum mariti animum à se immeritò alienatum,) tunc si accessit ars magica, adhuc punienda est audacia lethali supplicio, capitale est enim his vti artibus υ: si verò non adhibuit quicquam magicum, sed naturalibus vsa fuit, quę putabat non noxia, extra ordinem mitiùs punienda est, citra φ mortem. Hæc vera, si desit hæresis suspicio; hac accedente, quid dicendum, videbitur *d. sect. 16.*

Humanam vindictam præuenit aliquando diuina vltio. Siffridus presbyter in Chronico suo, narrat anno 1260. accidisse, vt adolescens quidam in Misniâ, vt suis potiretur amoribus, à Mago in locum ædium desertum deduceretur; cui cùm spectrum

μ *Demosth. contra Aristogitonem.*
τ *Aristot. libr. 1. Magn. Mor. c. 17.*
ο *d. §. qui abortionis.*
ϖ *Menoch. de arbit. iud. cas. 358. Bins. fel. in d. l. eorum q. 3.*
ρ *in l. eiusde D. ad leg. Cor. de sicar.*
σ *li. 5. recep. sent. tit. ad leg. Corn. de sicar.*
τ *li. 1. quæst. iur. c. 16. n. 1.*
υ *l. nemo aruspicem, & ibi DD. C. de malef. & matth. & sic intellige Menoch. de arbit. cas. 388. n. 5.*
φ *arg. l. 3. §. ex Senatusc. D. ad legem Corn. de sicar. & ibi Bart. & Menoch. d. cas. 358. n. 7.*

» spectrum, puellæ illius quam amabat imagine, per malefici in-
» cantationes se obtulisset, amator ille perditus, manum ei por-
» rigens, à malo dæmone parietibus allidítur, & miserabilem in
» modum necatur; qui eius quoque cadauer tanto in Magum
» impetu proiecit, vt semianimis longo tempore iacuerit.]

I nunc, & animam committe ignibus dolofo hoc pulueris magici mantello contectis. Nónne potiùs audiendus Phocylides, qui cecinit, omninò fugiendas amatorias incantationes & phyltras: idque verum, etiam quoad coniuges. quia etiamsi conciliarent amorem (quod nunquam vel rarò contingit) tamen semper, vt minimùm, reddunt debilem, attonitum, & mentis emotæ: quemadmodum piscibus (acuta & apta est Plutarchi χ similitudo) accidit, qui non retibus vel hamis, sed medicamentis capiuntur.

χ *in coniugalib. admonitionibus.*

SECTIO III.

REstat de remedijs videamus. & constat, ex dictis, inutilia esse antidota contra philtra, & remedia illa Gentilium, quæ per incantationes aut lustrationes quasdam fiebãt; quæ Christianis etiam prorsus illicita sunt. Virgilius 4 Æneid.

G

» *Hæc se carminibus promittit soluere mentes*
» *Quas velit, ast alijs duras immittere curas.*

verè dicit promittere, nec enim præstabat. Tibullus lib. 1.

» *Quid credam? nempe hac eadem se dixit amores*
» *Cantibus aut herbis soluere posse meos.*
» *Et me lustrauit tedis, & nocte serenâ*
» *Concidit ad magicos hostia pulla Deos.*
» *Non vt totus abesset amor, sed mutuus esset,*
» *Orabam: nec te posse carere velim.*

Putabant enim his lustrationibus alterutrum euenire, vel vt a more liberarentur, vel votis potirentur. Nemesianus, inducit pastorem querentem hæc omnia sibi in cassum cecidisse;

» *Quid prodest quod me peregrini mater Amyntæ*
» *Ter vitta, ter fronde sacrâ, ter thure vaporo*
» *Lustrarit, cineresque auersa effudit in amnem,*
» *Incendens viuo crepitantes sulphure lauros;*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cùm sic in Meröen totis miser ignibus arsi?

Vittas intellige funesti viri, vt dictum superius. Omisit & aquæ aspersionem, de qua Propert. lib. 3. loquens de amore:

Quod mihi non patrij poterant auertere amici,
Eluere aut Vasto Thessala saga mari.

Hanc secuti opinionẽ gentiliũ vidẽtur, non Eunapius modò, *in vitâ Edesij*, de illâ quam magus Philometor in amoré pellexerat, magus verò Maximus amore soluit; & Plin. sed & Pomponat. homo malè Christianus. Opus est in antidotis distinctione. 1. si naturalia tantùm sunt medicamenta, maniâ purgantia, & ardorem libidinis temperãtia (vt agnus castus & huiusmodi) dummodo noxia non sint valetudini, licebit eis vti. 2. si verò dubitetur num insit illis vis naturalis, an verò sint merè superstitiosa remedia; tunc ijs abstinendum. tale quod de Scythicâ seu Promethæâ herbâ refert Propertius; quod de inspersо corpori puluere in quo se mula volutauerit, vel sanguinâ bibitâ, vel rubetâ in corio pecoris recentis alligatâ, & de virga lupi Plinius ✝ & Pomponat. tradidere. 3. si moraliter improba sunt remedia, planè vitanda & vetita sunt, tale remedium Cratetis apud Laertium, scilicet sui suspendium; talia Rasis ac Paulli Ægynetæ licentiosa balnea, tripudia, commessationes, & quæ sequi solent deteriora: tale etiam illud Pausiнæ, quo vsus M. Antonin. philosophus; qui gladiatorem eius adulterum occidi iussit, & illâ incedere inter caput & collũ a- Quartò si sit admixta superstitio, tunc pertinent ad vanam observantiam, de qua 2. p. huius lib. agendum; si verò dæmoniaca Magiam, de quo dictum lib. 2. Quintò optima sunt remedia Christiana, rũ quæ contra cuncta maleficia vim habent Ecclesiastica, de quibus agendum lib. vlt. tum etiam quędam moralia, quibus castigatur & concupiscentia domatur; vt opera pœnitentiæ, humi cubationes, cilicia, flagella, ieiunia: his interdum etiam sub mortali, si magna necessitas, homines vti tenẽtur; vt & alia quæ partim in omittendo, partim in committendo posita. In omittendo, vt vitare conspectum rei amatæ, & ocium, & alia libidinis

✝ *Plin. libr. 28. 32. & 39. Pomponat. lib. de incantat. Laert. lib. 6.*

a *Capitolin. & Suidas.*

libidinis irritamenta, de quibus optimè Helinãdus disseruit. Vis exstinguere libidinem? (ait) amoue ligna de igne si stridet incendium. ligna innnmerabilia sunt, potissima autem;

» *Ocia, segnities, somnus, caro, femina, vinum,*
» *Prosperitas, ludus, carmina, forma, puer.*

Deprimo est illud SS. *in desiderijs est omnis ociosus.* & Ouidij,

» *Ocia si tollas, periere cupidinis arcus,*
» *Despectæq; iacent & sine luce faces.*

De 2. dicit Martialis,

» *Queritur, Aegysthus quare sit factus adulter?*
» *In promptu causa est. desidiosus erat.*

De 3. canit Dionysius Cato, in distych. Moral.

» *Plus vigila semper, nec somno deditus esto.*
» *Nam diuturna quies vitijs alimenta ministrat.*

De 4. ait Apostolus: *Bonum est non manducare carnes.*

De 5. ait Helinand. mulier dicitur à molliendo, vt & malleus. quia sicut faber per malleum mollit ferrum: sic diabolus per mulierem mollit & malleat vniuersam terram. D. Hieron. Ferreas mentes libido domat. Claudianus;

» *Ferrea lasciuis mollescunt corda sagittis.*

De 6. Apostol. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Virg.

» *Et Venus in vinis, ignis in igne furit.*

De 7. Ouidius;

» *Luxuriant animi rebus plerumque secundis.*

Salomon in Prouer. *Prosperitas stultorũ eos perdet.* D. Augustinus; Secundæ res Sapientum animos fatigant: plus obfuerũt Salomoni, quàm profuerit ipsa sapientia. contra aduersitas aliquando retrahit à peccatis. Ideò ait Dominus Oseæ 2. *Sepiui aures tuas spinis, vt semitas tuas non inuenires, & post amatores tuos non curreres.* Spinæ sunt, aduersa.

De 8. ludi nomine iocum intelligit omnem. mæstitia enim libidini repugnat, teste poëta.

» *Non solet in mæstos illa venire thoros.*

De 9. carminis nomine omne melos musicũ cõprehenditur, siue voce, siue instrumẽtis fiat. Esa. *Cythara, & lyra, & tympanũ,*

a *habes apud D. Antonin. li. 6. hist. Sum tit 13. c. 6. §. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tibia, & vinum, in conuiuijs vestris: hinc, *& opus Dei non respiciris*. addit Helinand. Difficile inuenitur aliquis leuis vocis & grauis vitæ: quippe cùm vocis leuitas cantum desideret, vitæ grauitas planctum.

De 10. est illud, & illud:

Rara est concordia formæ atque pudicitiæ.
Lis est cum formâ magna pudicitiæ.

De 11. ait Helinandus; Quantum enim periculi sexus adfert in muliere, tantum ætas in puero. periculosa est ætas puer ri, periculosior societas, periculosissima verò familiaritas. Vtde legitur in vitis patrum; Non habendam familiaritatem cũ feminâ, puero, vel hæretico.] Hactenus ex Helinando Antoninus.

In faciendo consistunt, occupatio mentis in curis grauioribus, cogitatio mortis & inferni, lectio bonorũ librorum, preces ad Deum fusæ, implorata auxilia Beatorum, & Angelorũ, & maximè Beatissimæ Deiparæ Mariæ; quæ, vt castitatis amatissima, summopere desiderat homines hac spurci amoris labe liberare. Vtile quoq; frequẽter meditari, nõ externã illã & pecuniam cito speciem, quę fragilis, caduca, sæpe mendosa & fallacata, & falsis tantùm lenocinijs adumbrata; sed rimari cogitatione internam & profundiorem corporis constitutionẽ, quæ illa fuit, antequam nasceretur? stilla seminis spurci & coacti, quid nunc est? saccus stercorum. aufer cuticulæ pellicularem, quilinium niue contectum albet. soluantur niues: pax, quid illâ tetrius aut horribilius? quid cadaueri propius? hornaribus & oculis, clamabunt omnes, & diffugient. Niue fugacior est forma. non liquatur, sed vanescit. illam aqua excipit, hanc quid nisi deformitas & formido, qualis mormolycij? cui anima diffugerit, quid futura hæc siue Lais, siue Helena? esca vermium, cadauer putridum, fœtens, tabe dissoluendum, ex cuius spinæ medullâ serpens terribilis enascetur. Hoc amem, hoc depeream! Narrat Suydas de Hypatiâ Alexandrinâ, cum cùm consilio nequiret auditoris adamantis, importunam libidinis licitationem abrumpere; panniculos ei suos, fluore menstruo ma-

maculatos, obiecisse: Hoc (inquiés) est adolescens quod amas: nihil autẽ pulcrum. Appa & Gela Foroiulienses ducis Gisulfi filiæ, carnis putridæ sub mamillis positæ odore, suam defendere castitatem. Barbari enim naturâ ita fœtere Longobardorum mulieres opinati, intactas reliquere. (*Annal. Boior. lib. 3. & Ant. Bonfin. lib. 8. Rerum Hungaricar. Decad. 1.*) Sed & Th. Cantipratens. pium quendam virum, cùm cogitationes importunas, cuiusdam mulierculæ, formosæ dum viueret, animo abigere non posset; sepulcrum narrat eius aperuisse, & amplexum cadauer tabidum, faciem faciei eius contaminatæ tabe, vermibusque impositisse, & in hoc fœtore volutatum ore, donec fœtor & horror, omnem libidinis memoriam superasset. Quanto efficacius hoc illo ridiculo, & quod nisi præfatâ lectoris veniâ nequit referri, quod Hieron. Cardanus β prescribit; eum qui (sic ait) stercora recentia amicæ in suo potinat calceo, & calceum statim induat; amore liberandum. vtatur ille suo remedio, apagè has sordes. equidem tetro odore amorem cum fastidio commutandum crediderim, quamdiu fœtor durabit: post, nescio; nisi quis mentẽ similibus (quas dixi) cogitationibus muniat, armetque. His remedijs continentur, quæ ex Auicennâ Niderius posuit γ excepto sexto, quod ipsemet fatetur sæpè non proficere.

β *lib. 1. de varietat.*

γ *lib. vltim. Formicarij.*

QVÆSTIO IIII.

De Maleficio hostili.

HOstile vocatur, quicquid in bonis animi, corporis aut fortunæ damnum infert, aut aptum est inferre, aut idcirco adhibitum fuit à malefico vt inferret. primùm actu, secundùm potestate, tertiùm intentione huiusmodi est. quæ in his interueniunt, vt plurimùm sunt frigida, amara, noxia, & naturæ humanæ hominumque saluti contraria, ideo venena mala vocari vult α Grilland. contra quam in amatorio, in quo confert vt plurimum interuenire, res calidas, dulces, amœnas homini, & coadiuuantes naturalem calorem & potentiam luxuriandi, & ideo à lege hæc vocari bona vel non mala venena,

α *q. 3. n. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

na, quia non sunt instituta hominis necandi causſa ß: hęc per-
ß l.3.§.hæc dictio. D. ad leg. Corn. de sicar.
petuò vera non esſe, facile credent; qui præcedentem quęstio-
nem accuratè legerint. De præcipuis ergo hostilis maleficij
generibus nunc agamus, & quia prolixa atque varia disputa-
tio est, in suas sectiones eam partiamur.

SECTIO I.

De fascinatione.

DE Fascinationis etymo falsam arbitror opinionem illo-
rum, qui deducunt; à fando, quod incantationibus imbu-
catur. potius *fascino* formatur à Græco βασκάνω, mutatis duo-
bus litteris. βασκάνω significat inuidere, hoc est, teste Tullio,
nimium videre. nã qui inuident, ab inuidẽdo nequeũt oculos
suos auertere. Vbi nos habemus *Deuteron. 28. v. 56. invidebit*
γ l.locut. Hebraic.
fratri suo; ibi Græcè est, βασκάνει; quod D. Augustin. γ vertit, fascinabit; Chaldæus autem, habebit oculum nequam.

Fascinationis nomen tam latè patet, vt ad omnem ge-
δ Sap. 4 v. 12.
uem deceptionem porrigatur. sic ait sapiens δ; *Fascinatio nu-*
gacitatis obscurat bona. Græcè est βασκανία γὰρ φαυλότητος, id est
fascinum vile, nugax, & nihili: phrasi Hebræâ. hoc enim vo-
luit, nos à vilissimis & minimi precij quisquilijs terrenis, de-
præstringi & ludificari, vt ad vera bona cæcutiamus. Sic D.
ε ad Galat. 3. v. 1.
Paulus ε; *quis vos fascinauit, non obedire veritati?* hoc est, quis
vestram salutem & veram fidem vobis inuidens, adeò vos de-
mentauit, vt ad lucem clarissimam caligetis; & adeò subitò de-
feceritis ab eâ fide, quæ tam manifestè vobis tradita fuit, ac si
penicillo prædicationis ante cuiusque mentis oculos Chri-
stus pro vobis crucifixus foret? vera hæc locorum istorum sen-
tentia est. quare nihil probant pro vulgari delirio, de fascina-
tione propriè dictâ; quâ fieri putant, vt quis bellè valens, subi-
alterius inuido vel maligno adspectu, aut maliciosâ laude, ve-
hementer lædatur, pueri potissimum, agni quoque gallinæ &
pecora. cuius rei (vt in mendacio necesse est) varias atque
nonnullas pugnantes singuli causas comminiscuntur. Sunt
qui ad astrum natale fascinantis confugiunt: sed tunc omnes
Videtur Calvin. in c. 22. Exod. de fascinatione, cũ vulgo sensisse. Iiusque discipulus Bernard. Arctius apertius id sensit problema de Fascinat.

illã nati horâ fascinatores forent. Alij causantur inuidentiam
animi: hanc volunt in oculos erumpere, aërem inficere, & sic
se penetrare in eius, qui visus fuit, oculos propter rectitudinẽ
visuorum radiorum. hoc refutatum à nobis ẽ. *lib. 1. q. 4.* & inci-
dunt isti in Auicennæ delirium; qui vim animæ vnius effecti-
uam in corpus alterius tribuebat. Alij (vt Balduin. Ronsseus
epist 48.) spirituum putridorum ex oculis fluentium vitio id
tribuunt: sed hi supponunt visionem fieri emissione rei alicu-
ius in obiectum; quod cum Aristotele præcipui Peripatetici
negant. Si respondeant, Nihil emittere videntem eo quòd vi-
deat, sed spiritus istos erumpere ex oculorum partibus quæ
circa orbem circumiectæ; ad eum modum, quo nos ipsi fassi
sumus, lippitudinem adspectu propagari: Occurri facilè po-
test, sic tantùm nocere omnia contagiosa, vt lippitudinem, &
pestem; item venenata, vt scorpium & buffonem: sed nihil ho-
rum dici fascinare propriè loquendo, solum verò dici inficere.
Alij confugiunt ad temperiei & substantiæ dissimilitudinem:
sed inter res eiusdẽ speciei nequit tanta esse substantiæ pugna
atque dissimilitudo. non enim basiliscus basiliſco, non vipera
viperæ, sed hæc homini, ille ceteris animalibus, nocet. Nam vt
vnum animal alteri tam sit noxium, id ex vehementi antipa-
thiâ nasci necesse; hanc verò ex differentiâ specificâ, quam se-
quitur differentia temperamenti.

Sit ergo conclus. 1. Fascinatio propriè dicta (prout illam
» vulgò sumunt) est aliquid, non naturale, sed fabulosum super-
» stitiosumque. hanc conclus. optimè docent, Leonard. Vairus,
Laurent. Ananias, Francis. Valesius, & Iulius ζ Schalig. Pro-
batur auctoritate magni Basilij, qui spernit vt muliebrem nu-
gacitatem (*homil. de Invidia*). deinde quia (vt vidimus) natu-
ralis idonea causa nulla assignatur. tertiò, quia nec Hippocrat.
nec Galenus, nec vllus veterum medicorum (si Valesio credi-
mus) huius fascinationis, cùm fusissimè tamen egerint de cun-
ctis morborum differentijs & causis, meminerunt.
ζ *Vairus lib. 2. c. 3. de fascino. Anan. lib. 4. de nat. dæm. Vales. Sacræ philos. c. 68. Schalig. de subtil. exercit. 349.*

Secunda conclusio, Restat, fascinatio nascatur ex pacto; ita,
vt aspiciente maleficio vel laudante, Diabolus modis sibi no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis lædat eum quem dicimus fascinari.

Hęc est sententia D. Basilij ſ. quam copiosè & solidè probat Vairus d. lib. 3. cap. 1. Hinc iam sequitur fascini definitio, fascinum est pernicioſa qualitas, dæmonum arte illata, ob taciturn expressum hominis & dæmonis pactum. hanc malâ qualitatem Diabolus per aërem circumstantem diffundit; aërem infectum sibi proximum homo respirãdo, per cordis arterias, ad cor adtrahit, vnde labes & tabes mox toti corpori communicantur [a].

a Vide Vairũ lib. 2. de fascino. c. vlt.

Obijciuntur nobis nonnulla. primo auctoritas poëtarũ, vt,

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

item *Baccare frontem*

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

& contra hanc fascinationem in sinum despuebant. Theocrit.

ὡς μὴ βασκαίνῃ τρὶς ἐς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον

Vt non fascinet ter in meum expui sinum.

b lib. 1. eleg. 2. Solent quidam huc referre illud Albij Tibullij [b],

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumstetit arctà:

Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Prior illos versus refutat; qui docet, illum, de quo agit, vt insanum ac lymphatum cinctum fuisse coronâ puerorum & ceterorum, qui tamen ne quid ijs derrimẽti ab aspectu tantùm insani hominis contingeret, despuendo se sibi consulerent, detrabantur. huius superstitiosæ auersionis, vt consuetæ, testis est Theophrastus *lib. de Characterismo*, in superstitioſi descriptione. 2. obijciunt, auctoritatem Aristotelis in Problem. & Plinij, qui multa nobis remedia contra fascinationem inculcant: putant igitur esse aliquam naturalem. 3. SS. obijciunt, quæ

1 Ecclesiastici 31. v. 15. asserit, *nihil oculo nequius creatum esse* [1]. Sed ad 1. respondeo locutos esse ex vulgi opinione, vt solent poëtæ. Ad 2. ab his quædam tradi remedia sanandæ naturali contagioni, & morbis flatulentis, vt est ruta; de qua cùm loquitur Aristoteles, fatis disertè negat, morbum fascinationi tribuendum: vt etiam est Orchis Pliniana. hæc autem physica remedia, dum taxat probant, ijs sanari morbos aliquos naturales; quos imperitum vulgus

vulgus ex fascinatione natos putans, decipiatur. Tradit & alia quædam Plinius remedia, sed planè superstitiosa, vt (quod dixi) despuere in sinum, oscillum limatum portare, digitos turpiculum in morem intentare, & huiusmodi nugacissima alia; quæ vero morbo effugando planè constat inutilia. Ad 3. dico oculum nequissimum, quia concupiscentiæ & peccati fenestrã esse solet, malorumque animi affectuum index illecebrosus.

D Vnde igitur orta opinio illa de oculo vel laude fascinante? fortasis inde, quòd pueri, qui solito crassiores, nitidiores, pulchrioresque sunt, à feminis virisque occurrentibus solent attentius aspici, laudari, palpari, motitari, in vlnas & palmas accipi. Verissimum verò est dictum illud Hippocratis; habitum, qui ad summum bonitatis attigit, esse periculosum: & illud » Cornelij Celsi; Qui nitidiores solito sunt, suspecta sua bona » habere debent. Cùm ergo infantuli, ob naturalis habitus teneritudinem, cùm visi sunt optimè valere, sæpè ex inopinato in magnum aliquod vitæ discrimen incidunt; vulgus non intelligit causam tam repentinæ mutationis, &, quia hanc non intelligit, suspicioſum in malum, culpam in adspicientium atque laudantium oculos & verba conijcit: quos cum quotidie pueruli pulchelli & obesuli plurimos habeant; facilè anus aliqua rugosa & deformis in hoc numero reperitur. quod genus cùm sit tetrum, morosum, & odioſum, ei potiùs adscribitur noxa, quam ceteris. Hanc vulgi opinionem paullatim (quæ moralium curioſa leuitas est) etiam doctiores nonnulli superstitioſi sunt secuti. tandem ab infantulis ad agnos itum, in quibus causa non admodnm dissimilis. denique proserpẽs per audaciam ignorantia, ad equos, segetes, & alia fabulã produxit.

SECTIO II.

De maleficijs venenarijs.

E SEcundo se loco nobis offert *Veneficium*, propriè dictum. Wierus nullũ agnoscit huiusmodi, quia putat nisi vero ac naturali veneno fagas nocere non posse: nec ab eo longè abit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lerchemerus Luteranus. Sed huic magistrũ eius Lutherũ; illi, Venerãdum (vt solet vocare) præceptorẽ suum Agrippã, perfidos perfidis, possem obijcere, si qua tenebrionũ istorũ auctoritas foret. Sanè Lutherus nimis magnificat hac in re dęmonis potestatem. dicit eum in toto mundo regnare α. & mox regnũ istud quale sit, explicat his verbis; Sumus autẽ nos omnes corporibus & rebus subiecti Diabolo, & hospites sumus in mũdo cuius ipse Princeps & Deus est. Ideo panis quẽ edimus, potus quẽ bibimus, vestes quibus vtimur, imo aër, & totum quo viuimus in carne, sub ipsius imperio est] Hęc ille blasphemus. Ergo iã Princeps & Deus dęmõ illi; qui certè mũdi pars fuit. nos Deũ vnum cognoscimus, dæmonũ iudicẽ Principẽque, mundi vt conditorẽ ac rectorẽ, sic Dominũ Deumque. Ergo, eccepus & res omnes Lutheri Diabolo subiectæ? nos didicimus, nec in res Iobi, nec in corpus quicquã iuris dæmonẽ habuisse, nisi dissertis à Deo pro illâ vice verbis concessum. Ergo Lutheranis aër, & omnia quibus viuunt sub Diaboli imperio sunt. nos fatemur Domini esse oues & boues, & volatilia cæli, & fluuarũ feras, & ecte, & pisces, & quicquid creauit: nec horum quicquã ad dęmonẽ pertinere. Mea sunt omnia, dixit Dominus: excipit Luterus, quę in mũdo sunt omnia, & ea adiudicat Diabolo. Scio B. Ioanni dici *mundi principem Io. 12. v. 31. & 14. v. 30.* & à B. Paulo *principẽ & rectorem mundi Ephes. 6. v. 12.* & ab eodẽ *Deum sæculi huius*; sed imperitè Lutherus mundũ & sæculũ accepit de rebus quæ in mũdo exsistũt omnibus; quasi de solis malis hominibus per metonymiã dictũ; qui cũ mundo seruiant & sæculo, mũdi & seculi nomine nominantur, & quia seruos se & mãcipia diabolo dedicant, ipse princeps eorũ & rector, & quia cũ colunt, sic deus eorũ dicitur, sicuti & lucrum Deus est venter. hanc lectionem & interpretationẽ amplectitur Cyrillus & Ambrosius, *in D. Pauli epist.* & D. Aug. *l. 22. cont. Faustum c. 2 & 9.* & eã non improbant alij quidã patres; cõmuniter tamẽ ea dispunctio est, vt dicatur, *In quibus Deus, huius sæculi excæcauit mentes*; & sic Diabolus nõ vocatur Deus, sed quia est vnus & verus Deus, *sic malunt Irenæus lib. 3. cont. hær. cap. 8. & lib.*

α *Commen. in epistol. ad Galat. c. 3. in Germanico.*

4. lib. 4. c. 48. Tertullianus lib. 5. cont. Marcionem D. Chrysost. Theophilac. Oecumen. & Primas. in d. c. 4. Nullus verò patrũ sic Diabolum rerum ceterarum corporearũ, vel Principem, vel Deũ vocauit sicut dixit Lutherus; qui satis apertè in Marcionis & Manichæi errorem deflexit. Nec etiam Lâbertus Danæus Caluinianus β satis consideranter locutus; cùm dicit Diabolũ quicquid in his terris naturâ est corruptibile, corrumpere posse, nisi à Deo cõseruetur. dicere debuit, si Deus illi permittat. Nam si Deus conseruationem subtrahat, ipsum illud per se corrumpatur, non per dæmonem. Sed his omissis.

β *cap 3. de sortiar.*

Sit Concl. permittente Deo, maleficijs suis sagæ complures morbis grauissimis vel morte afficiunt.

Probatur hæc sententia primum auctoritate D. Augustini lib. 10. de ciuitate Dei, quod habes cap. nec mirum §. magi 26. q. 5. & serm. 207. de temp. & lib. de diuinat. dæm. c. 6. & Conc. Constantinopol. in Trullo can. 61.

2. Probatur iure Põtificio, d. c. nec mirũ. & cõst. Inno. VIII. Alex. VI. Hadr. VI. Leo. X. de malef. & incant. in 7. Decretal.

3. ex iure ciuili, l. multi C. de malef. & Mathem. l. eorũ C. eo. t. §. itẽ lex Cornelia. Inst. de pub. iud. Leonis Imp. Nou 65. Carolinâ constitutione: denique leges & praxis, Italię, Hispanię, Galliæ & German. hoc confirmant.

4. Historijs omniũ gentium, paucas tangã. Narrat Villamõtius scelerum omnium sceleratissimum quiddã, Venetijs maleficum fuisse, qui damnatorũ in Triremibus animas emebat promittens liberationem à tetrâ illâ seruitute pœnæ, & numerans decem aureos pro illorum animâ, quam chirographo proprio sanguine notato vendebant addicebantque dæmoni & malefico. mox ne retractare possent certo contactos veneno subitò necabat. Addit se interfuisse supplicio quod de isto sumebatur. [*lib. 1. Itinerarij c. 33.*] quis vnquam talia vel fando audiuit? narrat præterea And. Theuetus γ, in Africæ oppido Guzolâ, Elzanam quendã spacio duorũ annorũ malis artibus plusquam octingentos homines interfeciisse. Narrat Spreng. *in Mall. p. 2.* duas in Episcopatibus, Basileensi & Argentinensi,

γ *lib. 7. Cosmogr. c. 13.*

con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concrematas obstetrices; quia vna earum quadraginta, altera innumerabiles pueros recens in lucem editos necauissent, inditis clam in eorum capita grandibus aciculis. Scribit Ioan. Nider. *Formicarij lib. 5.* in territorio Bernensi quosdam maleficos vtriusque sexus suos proprios infantes occisos deuorasse, idemque factum ab alijs in ditione Lausanensi. Et I.C. quidam Francofurtensis *d*; Præterito anno (inquit) Comes quidam superioris Germaniæ octo veneficas, quæ CXL. interfecerant infantes, Vulcano tradidit. Anno LIII. captæ sunt Berlinæ duæ feminæ veneficæ, quæ glacicm ad perdendas fruges perficere conatæ sunt. Eæque mulieres rapuerunt furto alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum dissectum coxerunt. Factum est diuinitùs, vt mater quærens infantem, interueniret, ibique ollam & imposita amissi infantis membra videret. Captis itaque mulieribus & in tormentis examinatis, dixerunt: si processisset coctio, tunc futura fuisset ingens glacies, ita vt omnes fruges perderentur.] Scribit Cedanus *e*, circa annum Domini. 1536. Salassiæ circiter quadraginta viros ac feminas coniurasse, inter quos carnifex erat, vt cùm pestis antea seuisset, tunc verò iam miteſceret, vngumentum conficerent; quo, tangentes portarum coronidas, inducerentur: puluerem quoque confeciſſe, quem super vestes clam spargerent. Latuit aliquamdiu hæc res, sublatique multi. Sed cum cuiusdam, nomine Neri, fratrem atque vnicum filium sustuliſſent, vixque alij quàm domini domuum, mala perirent, simulque animaduertissent androgynam se in domos insinuantem, atque eos maximè perire, quorum domos ingrederetur; deprehensâ coniuratione omnes exquisitissimis tormentis necati sunt: fasi etiam decreuisse in pompâ celebri Diui cuiusdam, subsellijs peruncti vniuersos ciues occidere, paratasque ad hunc vsum supra viginti ollas. Tentarunt & alij Geneuæ post, dederuntque pœnas.]

d A Godelm. lib. 1. de Lamijs, c. 7.

e lib. 15. de varieta. rerū. cap. 80.

Grillandus *f* docet hæc contingere vel introsumtione, vel applicatione exteriore per contactum. Eorum quæ per introsumtionem fiunt agnoscit duos modos, nempe vnum per os

f 4. 3. & 5.

bum aut potum, quando venena (vt plurimum) in puluerem trita ijs immiscent: alterum agnoscit, qui fit per inunctionem, » quando maleficiandum (inquit *n*) siue masculus sit, siue fe- *n* d. q. 3 n. 29
» mina, dormientem, suis liquoribus, aquis, oleis, aut pinguedi-
» ne, siue alijs similibus vnctionibus plura & diuersa venena
» continentibus inungunt; quandoque fœmora, quandoque au-
» tem ventrem aut caput, guttur, pectus, costas, seu aliam partem
» corporis personæ maleficiandæ, quę sic dormiens nihil sentit,
» & est tanta vis & potentia illius vnctionis, quod paullatim du-
» rante calore ipsius dormientis, ingreditur intus carnes, & va-
» dit ad penetralia cordis viscerum maleficiati: vnde paulo post
» causantur ingentes dolores in corpore eius; cùm primùm sci-
» licet maleficium vel factura (vt dicunt) tangit intestina male-
» ficiati, illinc succedunt maximi vlulatus, & lamentationes tam
» crebræ.] Addi debet tertius modus per inhalationem. omniũ enim pessimum est veneficium istud. nec enim humoris vel crassioris materiæ vehiculo indiget, quibus faciliùs occurritur: sed ipsum tenuitate suâ, ore attractum citò ad cor se penetrat. Hæc causa cur agyrta ille insignis veneficus, in quadam Italiæ ciuitate, cum alio suo antagonistâ, de theriacæ cõtendens efficaciâ, vicerit. alter venenum illi liquidum, quod poterat efficacissimum, infuderat; cui sumptione antidoti mox obuiauit. Ipse contra alterius hiare iussi pixidulam ori apposuit, in qua buffo inerat viuus; cum semiclausâ & sæpiculè seresiaperta velociter pixidulâ, ingessit halitum virulentum, & breui momento hominem confecit. Scilicet hic Christiano populo dignus est ludus, & benè institutæ resp. quæ certamina huiusmodi permittunt. Ipsi etiam malefici interdum affiando vel inficiunt, vel necant. Narrat Sprengerus *g*, mulierē quandam inter Breisacum & Friburgum, cum vicinâ litigasse; mox cum noctu ante ostium domus aliquid ageret, ventum quendam calidum è domo fœminæ alterius ex oppositorum habitantis, in faciem ei insufflasse, vnde & subitò lepram contraxerit. In diœcesi eâdem & territorio Nigræ Siluæ, malefidam dum à lictore strui lignorum præparatæ imponeretur, ei dixisse;

g Mallei p. 2 q. 1. c. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisse; En tibi à me mercedem; simul in vultum eius insufflasse: & ecce, miser operitur totus horrendâ leprâ, quæ paucorum dierum spacio eum pluribus adiunxit.

Hæc veneficia, inhalatoria, non satis à nonnullis intellecta video. Bodinus vim refert ad ipsius anhelitus virulentiam. Sed nulla tanta potest esse hominis cum homine **antipathia**, vt docui sect. præcedente: nisi fortè ex alimento, vt de puella Aristotelis, Napelo nutritâ, legimus: sed tunc non cui vellet maleficâ dumtaxat noceret, verùm cunctis mortalibus noxius anhelitus strigis foret. Danæus tribuit veneno in ore gestato, hoc Bodinus impugnat argumento, cui dicit responderi nō posse, nempe quia venenum hoc priùs noceret ipsi maleficо quàm alteri. Nodum vides (Lector) insolubilem. Sed ride, quod vides. quid si dicat Danæus, maleficum priùs se antidotis contrarijs præmunisse? concidat nimirum stramineus ille vermis hominis Achilles. sic ille ipse Bodino non ignotus fascibus Italus Parisijs, tam carus Catharinæ Medicææ; qui chirotheca globulis, vel pulueribus suauefragantibus alios solo necabat odore, illæsus ipse. Vera causa est, hæc ex pacto fieri per dæmonem vt plurimum, afflante incassum Mago, & putante halitu fieri suo. Est quidem venenorum quorundam mira efficacia; quæ possint subitam lepram inducere, vel lethum: & posset dæmon, quæ nouit antidota, suis præscribere, & illis noxij possent in alios pestem transfundere; sed id rarò contingere putandum.

1 d.q.3.n.26. Hæc interiùs sumpta, Grillandus 1 scribit fieri per compositiones & mixturas multiformium venenorum, quædam herbarum folijs, festucis, aut radicibus, animalibus, piscibus aut reptilibus venenosis, lapidibus, & metallis, mixturâ quæ vtilius ignorari; & interdum in pulueres, interdum in liquidum addo & in vnguina reduci.

Alia dicit Grilland. esse extrinseca, vt sunt inprimis quæ solis verbis fiunt κ; in quibus iam docui ex pacto, ad finem constitutum, omnia fieri à dæmone. vt sunt etiam, quamobrem tenter (vt idem ait λ) sortilegia sub certâ quapiam formi

κ Grill.q 3. n.17.

λ q.5.nu.7.

»posita, chlamydi assuunt, vel in lecto abscondunt ipsius maleficiandi, seu in aliquo loco subterraneo foueâ factâ, aut sub limine ostij, super quo destruendus sit transiturus; aut in aliquo loco subterraneo foueâ factâ.] Quosdam autem addit capere residua eorum quos volunt inficere; alios exhumare mortuos, & vti eorum vel vestitu, vel carnibus, vel pinguedine, vel ossibus; alios à suspendiosis mutuari nonnulla. Quod nec veteribus ignotum fuisse reperio. Sic enim de Canidiâ Horatius μ; canit ab eâ infossum & terrâ obrutum, post multas lancinationes insignibus raptis ingenuum puerum, vt posset

μ Epod.od 5.

» *Longo die bis, terue mutatæ dapis*
» *Inemori spectaculo,*
» *Cùm promineret ore; quantum exstant aquæ*
» *Suspensa mento corpora,* (en infanticidium)
» *Exerta vti medulla, & aridum iecur*
» *Amoris esset poculum,* (en maleficium philtricū)
» *Interminato cùm semel fixæ cibo*
Intabuissent pupulæ.

Etalibi de eadem ν, quod ad maleficium hostile spectat; dicit amaro vtens sarcasmo;

ν od.17.

» *O nec paternis obsoleta sordibus,*
» *Nec in sepulcris pauperum prudens anus*
Nouemdiales dissipare pulueres.

Hunc ergo diem ex tribus ternarijs obseruabant: vt & ille qui terna tribus coloribus distincta licia. Sed apertissimè quod dixi Lucanus adstruit ο; imprimis enim illam in nudis umbris habitantem depingit; & habitantem tumulos expulsis bustis; tum addit; primùm de nece hominum, deinde & de instrumentis magicis, quæ dixi:

ο li.6.Phars. sal.

» *Viuentes animas, & adhuc sua membra regentes*
» *Infodit busto, fatis debentibus annos,*
» *Mors inuita subit. peruersâ funera pompâ*
» *Retulit à tumulo: fugêre cadauera lethum.*
» *Fumantes inuenum cineres, ardentiaque ossa*
» *E medijs rapit illa rogis, ipsamque parentes*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quam tenuere facem, nigroque volantia fumo
Feralis fragmenta tori, vestesque fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra fauillas.

(hæc è rogis rapere, addit mox quæ de sepulcris sumat)

Ast vbi seruantur saxis, quibus intimus humor
Ducitur, & tractâ durescunt tabe medullæ
Corpora: tunc omnes auidè desæuit in artus,
Immergitque manus oculis, gaudetque gelatos
Effodisse orbes, & siccæ pallida rodit
Excrementa manus: laqueũ, nodosq; recentes (sic corrigo)
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasitque cruces, percussaque viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso sole medullas.
Insertum manibus chalybem, nigramque per artus
Stillantis tabis saniem, virusque coactum
Sustulit, & neruo morsus retinente pependit.

(hæc de suspendiosis; sequitur, de inhumatis)

Et quodcumque iacet, nudâ tellure cadauer,
Ante feras volucresque sedet, nec carpere membra
Vult ferro, manibusque suis; morsuque luporum
Expectat siccis rapturæ è faucibus artus.

(Efficaciora enim putabant, quæ sic feris erepta, quam quæ ipsemet maleficæ desecuissent. sed pergit deinde, quo pacto & viuos iugularit, & eorũ abusa sanguine & exsiccato)

Nec cessant à cæde manus, si sanguine viuo
Est opus, erumpat iugulo qui primus aperto.
Nec refugit cædes, viuum si sacra cruorem,
Extaque funereæ poscunt trepidantia mensæ:

(Addit etiam de prole exsectâ seu abortiuo, huiusmodi)

Vulnere si ventris, non quâ natura vocabat
Extrahitur partus calidis ponendus in aris.

(Subdit, si opus habeat adolescentis vel viri violenter occati animâ quam euocet; ipsam indiscriminatim, quos velit necare:)

Et quoties fœtis opus est ac fortibus vmbris,

Ipsa facit Manes. hominum mors omnis in vsu est.
Illa genæ florem primæuo corpore vulsit,
Illa comam læuâ morienti abscidit ephebo.

(Nec parricidij expertem putes, non magis quàm nostras striges: voluptas præcipua illi, sæuire in proximos.)

Sæpe etiam caris cognato in funere dira
Thessalis incubuit membris, atque oscula figens,
Truncauitque caput, comprensaque dentibus ora
Laxauit, siccoque hærentem gutture linguam
Præmordens gelidis infudit murmura labris,
Arcanumque nefas stygias mandauit ad vmbras.

Vides diligentissimum poëtam, nihil conatum prætermittere; qui mos illi. L. Apuleius, *Milesl. lib. 2.* Nam nec mortuorũ quidem sepulcra tuta dicuntur (*â lamijs*): sed & bustis & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præsegmina, ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur: & cantatrices anus, in ipso momento choragij funebris, perpeti celeritate, alienam sepulturam anteuortunt. His meis addit alius. imò verò istic nec vicinis vllis parcitur. & nescio quis, simile passus, ore vndique omnifariam deformato, truncatus est. En de maleficio hostili, quod de ijsdem Thessalis Lucanus dixerat. Narrat deinde, quæ vera fuisse videtur admodum probabile. Mox igitur ita scribit. Infit Telephron: Pupillus ego Mileto profectus ad spectaculum Olympicum, cùm hæc etiam loca prouinciæ facies miserabilis adire cuperem, peragratâ totâ Thessaliâ, fuscis auibus Laryssam accessi: ac dum singula pererrans, tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquiro; conspicor medio foro procerum quendam senem. insistebat lapidi, claraque voce prædicabat; Si qui mortuum seruare vellet, de precio liceretur. & ad quempiam prætereuntium, Quid hoc, inquam, comperior? hicine mortui solent aufugere? Tace, respondit ille. nam oppidò puer, & satis peregrinus es, meritoque ignoras Thessaliæ te consistere: vbi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant, eaque sunt illis artis magicę supplemẽta. Contra ego; & quæ tu, inquam, dic sodes, custo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dela ista feralis? Iamprimum, respondet ille, perpetem noctē eximiè vigilandum est, exertis & inconuersis oculis semper in cadauer intentis, nec acies vsquam deuertenda, imò nec obliquanda quidem. Quippe cùm deterrimæ versipelles, in quoduis animal ore conuerso, latenter obrepant, vt ipsos etiam oculos solis & iustitiæ facilè frustrentur. Nam & aues, & rursum canes, & mures, imoverò etiam muscas induunt. (*En primum maleficium, ficta Metamorph. & sic clanculārius ingressus*) Tunc diris cātaminibus somno custodes obruunt, (*en secundū de mā-leficio somnifico, quod in hunc locum reseruaram*) nec quisquam definire potest, quātas latebras nequissimæ mulieres, pro libidine suâ comminiscuntur, si qui (*custodum*) non integrum corpus mane restituerit, quicquid inde decerptū diminutumque fuerit, id omne de facie suâ defectum sarcire compelletur. Interponit postea narrationem prolixissimam, & abs re nostrâ, quare totam prętermitto. finis rei fuit iste. Telephron, mille denarijs conductus, subit custodelam. dum vigilat, en muliercula paruulam in eum fixò intendētem, fugat illam, sed somno sopitur. interea sagæ, profectis eius naribus ac auribus, vicissim in eo lanienam exercent, & ceram in modum prosectorum ei partium applicant examussim. Quo ille postridie prodeunte cadauer loquax audito; temptare aggressus, iniectâ manu nasum prehendit, & manum nasus sequitur: aures pertrectans, habere non sustinuit; sed capillis hinc inde laterū deiectis aurium vulnera celauit, nasi verò dedecus linteolo pressim agglutinato to decenter obtexit.] Gnostici hæretici, Zoroastris Magi disciplinâ imbuti, cuius & libros quosdam in lucē ediderunt, humanas amabant viscerationes, vt vocat Iustinus; seu carnes Thyestæas, vt vocant Athenagoras & Theophilus; seu sacramentum infanticidij & inde pabulum, vt ait Tertullianus; infantem enim farre contectum certatim confodiebant, sanguinem lambebant, & membra singulis dispertiebantur, vt narrant Minucius, Epiphanius, & Eusebius; quam calumniam Gentiles, in Christianos omnes mendacissimè deuoluebant?

* *Porphyr. in vit. Plotini & vide Iust. Apolog. ad Antoni. Piū Athenagorā in Apolog. Theophilum lib. 3. ad Autolyc. Origen. libr. 6. & 7. con. Cels. Tertullia. Apol. c. 7. Minuciū in Octauio Epiph. hær. 26. & Euseb lib 5. histor. Eccles. c. 1.*

In applicatis tantum extrinsecùs venenis frequentissimè dæmon ipse damnum infert, & veriùs videtur contingere in veneno; quo (vt refert Iubertus medicus Aquitanus) si statim pes inungatur, equitem ipsum necesse perire. Nō credo id naturali vi veneni contingere. quia nōn credo veneni vllius actiuitatem esse tantam, vt per tot inuoluera se diffundat. Nisi quæ de stygis aquâ traduntur credibilia, omne illam metallū penetrare, & solâ contineri asininâ vngulâ. Equidem aures mihi putarem asininas enatas, si crederem. Grillandus refert nonnulla *a*, fauentia Iuberti dicto; sed & in illis concursum diaboli ex pacto, nō vim veneni, recognosco. Inter hęc extrinseca, sunt ollarum defessiones profundæ sub limine, quarum certè naturalis vis non attingit effectum. Aliā maleficij hostilis speciem per arma malo imbuta carmine reperio apud Meierū, his verbis; Primum omnium Aurelianum conatū fuisse omnē » tegiam stirpē per scelus exstinguere, atque per artes Diaboli-» cas & maleficia quoad regni solium grassari. Tradidisse Ducē » gladiū, pugionē & anulum suum cuidā monacho apostatę & » sociis eius, vt ea dicarentur diabolicis præstigijs, incantaren-» turque ad maleficia per illa perficienda. monachum illum in » arte Mongeyâ, iuxta Ligniacum, super flumen Matronā, per » annulum, & pugionē, vt illis operarētur tradidit. Ea instrumē-» ta à cacodęmonibus initiata, incātataque, & reddita monacho, » atque per eum Aurelianensi. Per ea instrumenta incantasse ac » dementasse germanum suum Carolū Regem adeò subtiliter, » vt vix quisquam posset percipere. Primam incantationē factā » apud Belloacum, quę adeò erat virulenta, vt regi vngues atque » capilli decíderent. Alterum maleficium in Cænomanis, in » quo tanta erat vis, vt nemo mortalium iudicare posset, an vi-» ueret Rex, necne. Iacebat enim absque vllo sensu, & spiritu vi-» tali, quantum cerni posset. At postquā ad se redire cæpit, obse-» cro (inquit) auferte hunc gladium; qui mihi corpus transfo-» dit; idque mihi facit germanus meus Aurelianus.] Taceo, quod de annulo nostris temporibus à fratre fratri Regi Carolo

a d.q.3.n.30

Universidad de Deusto
Biblioteca

nono dato, penè similia narrat libellus Gallicus Parisijs de Henrico tertio excusus: sed fortè id ab hostibus Regijs tum confictum,& cum famosis libellus ille damnandus.

SECTIO III.

De aborsu, difficili partu, lactis exsiccatione.

DE triplici hoc maleficio præter Grilland.q.6.alij quoque sunt testes. Sic enim scribit Ioan. Nider.lib.vlt. Formicarij; In oppido Boltingen Lausanensis diocœsis, quidã dictus Stadelein,grandis maleficus,captus per præfatum Petrum inquisitorem loci,fatebatur se in certâ domo, vbi vir & vxor diutius manebant,per sua maleficia successiuè in vtero vxoris præfatæ septem circiter infantes, ita vt semper abortum faceret, in fine minâ annis multis necasse. Simile fecit in eadem domo omnibus pecoribus fœtosis,quorum nullum viuum partum edidit in eisdem annis.] postea ex eiusdem confessione instrumentum maleficij, quod fuerit, ostendit his verbis; subter limen hostij domus se lacertam posuisse dixit; &, si amoueretur fas cunditatem inhabitantibus restituendam prædixit: cùm autem serpens ille quæreretur sub limine, nec inueniretur, quia iam puluerem fortassis redactus erat; puluereq; seu terram de subter positam asportabant, & in eodem anno vxori & omnibus iumentis domus fæcunditas restituta est.]

lib.1.de asi. De pariendi difficultate,& quidem perpetuâ sic Apuleius. Eadem amatoris sui vxorem, quòd in eam dicaculè proberum dixerat, iam in sarcinam prægnationis obsepto vtero, & repugnato fœtu, perpetuâ prægnatione damnauit. Vt cuncti nouerant, octo annorum misella illa onere, velut elephantum portura, distenditur. Latino Græcus accedit scriptor Paulanias, cuius *in Bœoticis* ista habentur; Pharmacidas Thebani à Iunone missas aiunt, vt parturienti Alcmenæ impedimento esset, sed eas, dum Alcmenæ partum inhiberent, à Tiresiæ filiâ Historide tali commento delusas. Ex eo namque loco, vnde ista facilè audire possent, clamauit; peperisse iam Alcmenam illas, eâ voce deceptas, statim abisse. Alcmenã ilicò puerũ enixã. De

De tertio,præter Grilland.legi potest illo vetustior Spreng. » Quædam (ait) nocturnis temporibus & sacratioribus vtique, » ex inductione diaboli,ob offensam diuinę maiestatis maiorẽ, » in quocunque angulo domus suæ se collocant, vrceum inter » cura habentes,& dum cultrum vel aliquod instrumentum in » parietem vel columnam infigunt, & manus ad mulgendum » apponunt;tunc suum diabolum, qui semper eis ad omnia co- » operatur, inuocant, & quod de tali vaccâ ex tali domo; quæ » tunc subitò diabolus ex mammellis illius vaccæ lac recipit, & » ad locũ vbi malefica residet, & quasi de illo instrumento fluat reponit.] Superioribus annis Treuirensi in ciuitate cõbusta fuit malefica, quæ confitebatur se solitam ex pariete per epistomium lac,quod diuendebat plurimis, mulgere. Aliæ herbis, verbis, vel solo attactu lacte priuant armenta, pecoraque quæ lubet. Biebrana Laodunensis saga solis minis vbera vicinæ mulieris sic exsiccauit,vt ad obitum vsque sagæ, quamuis multos peperit,lacte semper caruerit. Claudam hanc sectionem verbis Grillandi, Quædam veneficia fiunt ad desiccandum totum lac vnius gregis, vel fœcundi armenti vaccarum, adeò quod nihil casei penitus reddant; quamuis antea in maxima abundantiâ reddidissent: & similiter abortiones totius gregis,vel armenti inducere possunt, prout aliàs vidi & habui in facto Romæ;quod duæ maleficæ mulieres, cum istis maleficijs perire fecerant abortando multos pecudum fœtus, & matres desiccauerant penitus.] De vtribus in hac lactis auertendi lactis maleficio eiusque remedio lepida narratio quędã exstat in Ioan.Beetzij Carmelitæ *Præceptorio ad 1.præcept. Exposit.vlr.c.7.* his verbis; Quædam vetula dierum malorum plena, volens ex inuidia impedire lac vaccæ vicini sui,accepit cultellum pergens ad ostium domus in qua fuit vacca, & ponens se contra splendorem lunæ,dixit:

Hier suijdelick een spaen in mollehens ghewaen/
Ende een ander daer toe/ soo neem ick het melck van deser koe.

Hæc

Hæc verba audiens dominus vaccæ arripuit fustem,& currens post eam atque percutiens aiebat,

Hier slaen ick eenen slach/ ende eenen anderen als ick mach/
Ende den derden daer toe/ soo behoudick d'melck metter koe.

Hoc erat optimum remedium] hæc Beetzius vir eruditus qui ante annos ferme centumtriginta vixit inter Carmelitani Ordinis viros illustriores. Huic maleficio simile reperi apud eundem eodem loco de frumenti auersione narratum his verbis; quædam mulier circuiuit Bonarium cum frumento, dicendo illum versum: super aspidem &c. post veniens ad domũ suam, habuit fistulam in solario, quam manu accipiens & prædicta verba dicens, cecidit totum frumentum illius bonarij coram se per fistulam in solario,& ita furabatur frumentum de agro: quæ tandem per quendam Episcopum deprehensa & combusta est.] Hæc ille licet barbarè bonâ tamen fide. Quis non agnoscit frumenti huius vectorem dæmonem? quid ergo tradent illud poëtæ?

Atque satas alio vidi traducere messes.

Vel. XII. tabb. prohibitionem; NEVE ALIENAM SEGETEM PELLEXERIS.

SECTIO III.

De sagittarijs, Assassinis, & Imaginum fabricatoribus maleficis.

SVnt vel præcipui huius classis malefici, quos vocant *Sagittarios*, seu *Ballistarios*; quorum Innocentius α tertius Papa, vocat artem, mortiferam & odibilem, & sub pœnâ Anathematis, contra Catholicos & Christianos exerceri vetat. Cuius Pontificiæ sanctionis vereor, vt satis probam nobis interpretationem gregarij iuris interpretes cuderint; qui accipiunt de bello iniusto Christianos lacessentibus cum arcubus & sagittis. Quæso quid peculiare, in vtentibus arcu & sagittis? an quòd eminùs,& quasi ex insidijs? quasi verò id in hoste dilitiguendum, dolo an virtute? quasi minùs peccet, qui sicà committ nùs latro, quàm qui sclopo de longinquo interficiat eminùs? quid ergo? iam olim mihi visum, canone isto percelli fingu-

α *lib 5. Decretal. tit. de sagittar.*

late quoddam genus maleficorum; qui *sagittarij* seu *Ballistarij* vocati: quos accuratè Sprengerus describit β. hi fœderantur dæmoni. nã ex pacto ipsi addicunt animæ & corporis dominiũ; ille vicissim pollicetur se adfuturum, vt quem, longissimè dissitum, volent, infallibili ictu traijciant. Solennia seu ritualia sunt ista. præstant dæmoni homagiũ, mox sextâ feriâ proximæ Hebdomadæ Maioris, infra tẽpus missæ, sacram crucifixi imaginem aliquam sibi deligunt, in quã, vt in scopũ, tela collimẽt; vel (quod Pet. Binsfeldius testatur) sclopo post tergum eiaculato glandes plumbeas emittant. Nec constat an aliqua tunc verba ad hanc operis apostasiam adijciant. Postea, certo telorum numero in crucifixi imaginem emisso, credunt setotidem vno dic, quoscumque deligẽt, necare posse; quocũque illi loco fuerint, etiã remoto,& concluso. Dæmõ enim spondet, se tela eo perlaturũ,& hostili in corpore defixurũ. Eâ tamẽ hęc lege: si hominem necandũ maleficus aliquando viderit,& tunc iterum de nouo actuali (vt vocant) consensu eũ occidi voluerit. Vltimò pollicetur tantam illis se, balistâ bombardáue iaculandi peritiam tributurum, vt denarium capiti impositum, absque capitis læsione, valeant deijcere. Subijcit duo exempla huiusmodi facinorosorum. Vnum Pũcleri cuiusdã, quem tandem rustici fossorijs instrumentis pertinacem occiderunt: secundum, alterius; qui; eo quòd miraculosè pedẽ de loco, vbi crucifixum traiecerat, é quo recens scaturibat sanguis; mouere nequibat, in scelere deprehensus, pœnas publicè supplicio persoluit. De hoc ego genere lubẽs prędictum Canonẽ capio. Nec obstat, quod malefici magi alijs quoque canonibus sint excõmunicati γ. Cùm enim maximè execrabile sacrilegium horum maleficio accedat, sitque nocentius reliquis omnibus, meritò dignum visum, specialem illis pœnam irrogare, qui hãc infidelibus contra fideles operam nauarent. Olaus Magnus δ meminit alterius generis sagittariorum. nempe Lappones & Finnos de plumbo conficere iacula magica digiti longitudine, & ea per quæuis dissita loca mittere in eos, de quibus vindictam expetunt: & hos oborto carcinomate in crure vel bra-

β *p. 2. malleã q. 1. c. 16.*

γ *c. ad abolendam. c. excommunicamus. de hær. & in bulla Ioan. 22. & aliâ Leonis 10. sess. 9 in Concil Later. δ lib. 3. c. 17*

Universidad de Deusto
Biblioteca

chio, intra triduum vehementiâ doloris emori.

Vt ego nunc de sagittarijs, sic (nisi fallor) optimè Covar-
ruuias [t], contra vulgi sententiam, explicuit alium canonem
Innocentij. IV. *tit. de homic. in 6.* quem Theologi & Canonistæ, propter historiarum inscientiam, ad omnes homicidas extendebant, qui conductis hominibus aliquem occidi curarent: cùm reuerâ; vt ille ex Volaterrano, & P. Æmylio docuit, de certo tantum genere hominum mentio fiat, & gente; cui *Sassinorum* nomen fuit: de quibus, oculati testes, optimè scripserunt, Tyri (in qua ditione illi degebant) Episcopus Guilhelm. ξ & Cardinalis atque Episcopus Acconensis Iacobus de Vitriaco [n], quem scriptorem à blattis Móschus, Pastor Armentariensis, vir doctus & probus, publico bono, typis euulgari curauit.

Haut multum à sagittarijs discrepat, genus maleficorum, qui quasdam fabricantur imagines, quas vel acubus pungunt, vel igne liquant, vel confringunt; & sic certum ijs, quos tales imagines designabant, interitum tabe, vel alio mortis genere adserunt. Negat hoc totum Hieronym. Cardanus [o], Wierdux, cæci cæcus: impugnat, nõ rationibus, sed puris in Hoc Boëthum, Francis. Picum, inquisitores Germaniæ, & ipsum D. Augustinum, vt erat homo parum pius, conuicijs. Adnem contemnas latrantem, quàm compescas facilius. Adsuere huiusmodi imagines & Iurisconsulti [p], & Theologi. Sic confirmant poëtæ veteres, quorum fabulæ, semper ex vero aliquo trahebant originem: confirmant, non vnus historicus Scotorum Hector Boëthus, quem vt singularem addecet testem, mira de Rege Duffo narrantem; sed & alij complures, quorũ exemplis Scotica illa narratio confirmatur, & ornatur hos vt mendaces reijcere, Cardanicum & Wiericum, hoc est temerarium & impudentiæ plenum sit. Ex hoc ortam illam narrationem de Meleagri nece, & fatali stipite Altheæ, non diffiteor. Sed fine fabulâ, clarè, & velo leuato canit Ouidius [q] de Medæâ sagâ;

Deuouet absentes, simulacraque cerea fingit,

[t] *lib. 2. var. resol. c. 10.*

[n] *belli sacri lib. 20. c. 31. Oriental. histor. c. 14.*

[o] *libe. 15. de varietat. rer. c. 80.*

[p] *Grill. q. 5. Accurs. Sa. lyce. Arg. in l. multi. C. de malef. Damhoud. in praxi crimin. & alij.*

[q] *Inquisitores Germaniæ. in Mall. p. 2. q. 1. c. 12. Alf. Castrius lib. 1. de instit. hær. punit. c. 15. Binsfeld. de confess. sagar. & alij. epist. Hippeles.*

Et miserum tenues in iecur vrget acus.

Peritè hoc, & omnino ex arte: sed [u] Horatius imperitè, quòd, quæ huius erant maleficij, illa transtulit ad animarum euocationem: describens enim apparatum Saganæ & Canidiæ Lamiarum, dicit duas ab illis statuas fabricatas, *ceream*; referẽtem nempe maleficio imbuendum; & *laneam* quæ maleficæ vicaria erat in affligendâ alterâ.

Lanea & effigies erat, altera cerea. maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat, seruilibus, vtque
Iam peritura, modis.

Duffi historiam pete ex ipso Boetho, *lib. 11. rer. Scoticarum*, & Cardano & alijs. Franciæ annales [v] referũt, similia his tentata ab Enguerrani Marignari vxore in Franciæ Regem & deprehensam dedisse pœnas. cur non & hoc Cardanus & Wierus refutarunt? an quod vno factum loco, nequitum alibi fieri? de aliâ cereâ imagine, de quâ Sprengerus, agetur sect. seq. De ijsdem sic Meierus *lib. 16.* anno 1462. narrat captos Bruccellæ tres viros ex familiâ Comitis Stampani cum quodam myropolâ, qui quandam fascinationem parasse dicebantur, per tres viriles ac totidem muliebres imagines iuniori Principi Carolo infascinãdo. Custoditi fuere longo tempore apud Quercegâ retractus, qui & ipse è familiâ erat Stampensi. Coniurationem myropola detexit.] Sed cur tot imagines vni occidendo, nempe tres viriles? vt quod per vnam non succederet, per aliâ perficeretur? fœmineas arbitror fuisse furiarum Vltricum, à quibus viriles Carolum repræsentantes malè mulctarentur, vt ex Horatij illis iam citatis versibus colligitur. Vel fortè vnica imago fuit, & numerum fama adauxit. Sanè de Painoti agente maleficio Gaguinus *lib. 7.* imaginum plurium meminit; at Æmilius & alij vnicam fuisse memorant. Illud etiam obserue iam diu antè fabricatis statuis aliquando abuti Magos, nẽpe dæmone illas pro maleficij signo acceptante, tale puto illud quod Ioan. Curopalates narrat *historiæ suæ fol. 24. Venetæ*

[u] *lib. 1. serm. sat. 8.*

[v] *Paull. Æmyl. lib. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

edition. quendam Ioannem Morochazarium, Theophili Imp. præceptorẽ, cùm hæreticus & magus esset ad Patriarchatum Constantinop. euectum, hunc, cùm natio perfida & dura (*Bulgarorum*) in Romani Imperij fines excursionem fecisset, tribus freta ducibus; consiliũ huiusmodi dedisse. fieri debere malleos tres æreos ingentes, & viris manu promptis tradi. cũ his se accessurum noctu ad statuam quandam tricipitem, quæ in compo Hippici olim iam stabat. fecit, accessit; iussit validè singulã singula capita percuteret, vt in terram quasi vnâ plagâ decuterentur. ipse laicâ veste indutus, ne deprehenderetur, magicas quædam verba submurmurat, & vim statuæ omnẽ adimit: extrefuiris illis duo fortissimis ictibus duo statuæ capita deiecerunt, tertius remissiore manu tantũ inclinauit, nec totũ auulsit caput reliquum. Suntque similem euentum duces illi experti secutâ namque in eorum exercitu vehemẽti seditione, & hinc ortâ pugnâ intestinâ, duo duces cecidere, tertius amplâ tamen lethali plaga fauciatus, cum exercitus reliquijs domum se recepit. Non erat hæc imago (vt stultis Græculis plerisque visum) Bulgaris hisce fatalis, sed Magus ea vsus vt signo & ci-

a *Zonar. to. 3. Glycas. p. 4. Annal.*

dicto; & pro imagine maleficâ. Scribunt Zonaras a & Glycas Simeonem Bulgarorũ ducem Crobatis bellũ intulisse, motum id erat Romano Lacapeno. sed accessit ad eũ Ioãnes quidam Astrologus, & nunciauit, vt aliquem mitteret, qui statuę supra Xerolophum locatę amputaret. eam statuã Simoni fatalem esse. misit ille, truncatur statua, notatur hora; non diu post compertũ eadẽ illâ Simonẽ in Bulgaria ex stomachi dolore interijsse. Quod apud Curopalaten, idẽ legi apud Cedrenũ. Neminẽ tã obesæ naris puto, qui nõ statim percipiat, has duas statuas Magico murmure in cererarũ illarũ imaginum de nouo fabricatarum hîc locũm successisse; & deuotã à Iunone & Ioanne (nisi vtrobique idem, quod suspicor) vitã quarundam horum ducum in statuarum capitibus. si potuere id in statuis iam olim fabricatis, cùm nec vlla de Simone, nec de Ducibus illis Barbaris foret cogitatio; cur non poterunt in nouiter effictâ cereâ imagine, & effictâ nomine lędẽdi? cur si abscisso, vel effracto capite, cur non liquato toto corpore? si id in Græciâ cõtigit & Franciâ; cur nõ potuit in Scotiâ & Germaniâ? Porro ex illis Cedreni, Zonaræ & Glycæ locis satis apparet multas in Circo Byzaceno statuas fuisse magici artificij quę Constantinopolitani imperij euenta prædicere putabantur, certis litteris seu characteribus notatæ; quos fratres Eudociæ Augustæ cum legissent, multa mala Byzantio imminere prædixerunt. Narratur Historia paucis nota ab Himerio Chartulario, cuius apud Suidam mentio: posteritati verò cõmendauit ex m.s. codice, Iulius Cæsar Buleng. *lib. de Circo Romano c. 6.* inde petant, qui volent. Benè de sæculo hoc & sequentibus vir diligens & multæ lectionis merebitur; si Ismeniũ, Himeriũ, Gregoriũ Monachũ, & alios, qui nondum editi, pari sedulitate largiatur publico bono; qua D. Chrys. orationem εἰς τὸ ἐπὶ τῷ δρύϊ dedit. Solẽne deniq; hodie sagis nostris, effigies has baptizare in nomine Beel-zebub, & nomẽ occidẽdi illis indere.

SECTIO V.

De morbis variis à dæmone illatis.

NEgant Hippocrates & Auicẽna morbos vllos per dæmones mortalibus inferri posse, quos secuti Pomponatius & A Leuinus Lẽnius. Nõ, quòd dæmones id velle, nõ credãt; quos malos esse nõ negarũt: nõ quòd dæmonũ vim minorẽ cẽseant, quã hominũ aut animaliũ (hoc foret absurdissimũ:) sed quia morbi omnes naturalibus ex causis nasci queunt. Verũ minus recta hęc ratiocinatio est; possunt morbi ex naturalibus causis oriri: nequeunt ergo dæmones morborum irrogatores seu immissores esse. Sanè Fernelius, Valesius & alij optimi medici lib. superiorę citati, D. Hier. *in 4. c. Matth.* D. Chrys. *hom. 54. in c. 17. Matth.* D. Tho. *1. p. q. 115. a. 5.* & alij Theologi contra sentiũt; Iuristæ quoque ex quibus optimè hoc probãt Pet Leloy. *lib. 1. de spectr. c. vlt.* & Grillan. sæpe citatus α. mihi nunc sufficiũt S. S. firmiora testimonia; quã qui nõ admittũt, habẽdi pro Ethnicis & Atheis. Iobũ Diabolus β percussit vlcere pessimo à plãtâ pedis vsque ad verticẽ capitis. sed & alios eadem mor-

α *q. 6. vsque ad nu. 13.*

β *Iob. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bos dæmoni, vt efficienti cauſſæ adſcribit. In illâ vnum diabolus aurium & linguæ vſu priuauit, & ſimul *epilepticum* reddidit γ; quem D. Matthæus *lunaticum* vocat; non quòd dæmoniacus non eſſet, ſed quod & à dęmone obſideretur, & ſimul plenilunij temporibus, per dæmonem comitiali morbo grauiſſimè affligeretur, eò quod tunc cerebrum humoribus plenum aptiùs erat exagitari. Solent quidem alij eſſe lunatici, non obſeſſi à dæmone, & hoc ſenſu de lunaticis locutus Iulius Firmicus δ. Sed noſtri Euangeliſtæ agebant de eo, qui ſimul energumenus. Epilepticorum quoque diſpoſitione gaudent dæmones, & ideo non raro ſe illis inſinuant: & per illos, quo tempore corruebant, ſoliti fuere reſponſa dare. Apulcius, magnus magus ε traditur accuſatus, quòd ſeruum ſuum Thallũ, remotis arbitris ſecreto loco, arulâ & lucernâ & paucis ceſtibus, carmine incantatum corruere fecerit; deinde neſcium ſui excitauerit. Seruus hic morbo caduco laborabat; eo igitur abuſus Madaurenſis, vt à dæmone reſponſum acciperet. Hanc ille accuſationem ſic tractat, vt videatur fateri, certè nõ diluit.

γ *Mar. 9. q. 17. Luc. 9. v. 39. Matt. 17. v. 14.*

δ *lib. 3. Mathef.*

ε *Apolog. 1.*

ζ *p. 2. mallei q. 1. c. 11. infi.*

Si recentiores audiamus, Sprengerus ζ prodidit quandam maleficam epilepticum morbum certis inflixiſſe per ova cum mortuorum corporibus ſubtumulata, præcipue ex earum ſcelere inhumatis; & certis cum cerimonijs exhumatis, & in potu vel cibo præbitis. Apud D. Lucam η, vnum diabolus vexauit Maniacâ illâ affectione, quam lycanthropiam medici nominant; cuius præcipuum indicium eſt, quod domi non queant contineri, & in deſerta loca ſe proripiant, circaque ſepulcra oberrent. Aliam adflixit conuulſione ſpinæ dorſi θ. Saulem etiam dæmon per atram bilem diuexabat. aperta hoc illi ſacra Hiſtoria tribuit; *Exagitabat eum ſpiritus nequam*, qui pulſante Dauid citharam recedebat ι. Hodiè, id vtinam non doceret experientia quotidiana! Multa ſuppetunt exempla, vtar dumtaxat recentibus, quæ in iudicio compertæ Sprengerus prodidit; cuius & Niderij exemplis, libenter vtor, quia (quicquid hæretici dicant) docti Theologi fuêre, & in his de quibus agimus rebus exercitatiſſimi; & quæcũque ex-

η *Luc. 8. v. 27.*

θ *Luc. 13. v. 11.*

ι *1 Reg. 16. v. 14. 15. & 23.*

didêre, his ſimilia noſtra videt ætas, & recentiores ea confirmant omnia: deinde vixere fermè antè annos centum, quo tempore nondum hæreſis Lutheri nata, vt cauſa nulla fuerit, multa, quæ huic contraria, cofingendi: denique videmus tum Germaniam dæmonum manifeſtâ & crebrâ infeſtatione pleniſſimam fuiſſe, vt intelligamus eos tum Luthero, & Svvinglio hoſpitium paraſſe, eorumque quaſi quoſdam metatores præceſſiſſe; vt & nunc Antichriſtum præueniunt, ciuſque ſunt veri ante ambulones Caluiniani, Anabaptiſtæque. Sed permanſuetos gamus. ignoſce lector parentheſi non longæ. nequeo, præ amoris vehementiâ, memoriam perditorum fratrum ſic deponere, vt non ſubinde & in animum & in calamum incurrant. Sprengerus narrat » ſequentia; Honeſta quædam perſona, & » vni ex familiaribus Archiducis matrimonio copulata, in præ- p. 1. mallei q. 1. c. 12.
» ſentiâ notarij &c. ſecundum formam iuris depoſuit. Cùm tẽ-
» pore virginitatis ſuæ, cuidam ex ciuibus famularetur, accidit,
» vt vxor illius graui dolore capitis langueret: pro cuius curatio-
» ne, cùm quædam mulier acceſsiſſet, & ſuis carminibus & cer-
» tis praxis mitigare dolorem haberet; Ego, inquit, eius practi-
» cam diligenter obſeruabam; perſpexique, quòd contra natu-
» ram aquæ fuſæ in ſcutellam quandam, ipſa aqua in ollam a-
» liam aſcendiſſet, cum alijs ceremonijs, quæ recitare opus
» non eſt; conſideranſque quod ex illis dolor capitis in domi-
» nã non mitigaretur; aliqualiter indignata, hæc verba ad male-
» ficam protuli: vos non facitis niſi ſuperſtitioſa, & hoc propter
» commodum veſtrum. Tunc malefica ſtatim ſubiunxit; An
» ſim ſuperſtitioſa vel non, tertiâ die tu ſenties. quod rei proba-
» uit euentus. Nam tertiâ die mane, me ſedente, & fuſum appre-
» hendente, tantus dolor ſubitò corpus meum inuaſit, primò in
» interioribus; vt non eſſet pars corporis, in qua non punctio-
» nes horribiles ſentirem: ſecundò non aliter mihi videbatur,
» niſi quod continuè igniti carbones capiti meo ſuperfunderẽ-
» tur: tertiò in cute corporis, à vertice vſque ad plantas pedis nõ
» fuiſſet ſpacium acus, vbi non fuiſſet puſtula ſanie repleta. Sic-
» que in his doloribus ciulando, & tantummodo mortem op-

tando

Universidad de Deusto
Biblioteca

tando vsque ad diem quartum restiti. Tandem maritus domi-
næ meæ, vt stabulum quoddam intrarem iniunxit. At ego
paullatim incedendo, eo præcedente, dum ante ostium sta-
buli eramus: Ecce, inquit ad me, pecia panni albi super ostiū
stabuli. At ego, Video. tunc ille, quantum potes remoue, quia
fortè meliùs habebis. Tunc ego, quantum potui, vno brachio
me ad ostium tenente, cum altero peciam apprehendi. Ape-
rias, inquit Dominus, & considera diligenter ibi repositā.
Tunc, vbi peciam solui, plura ibi inclusa repperi. præcipuè au-
tem grana quædam alba, ad modum quo pustulæ inerant cor-
pori meo; semina quoque & legumina, quorum similia nec
edere poteram aut intueri, cum ossibus serpentum & aliorum
animalium intuita sum. Et sic stupefacta dum inquirerem à
domino, quidnam agendum foret. vt in ignem cuncta proji-
cerem iniunxit. Proieci: & ecce subitò non post horæ spa-
cium, aut quartale, sed in momento, vt res illæ in ignem fue-
rant proiectæ, omnem sanitatem pristinam recuperaui.]

Idem subdit. Mulier quędam maritata & honesta accessit, &
iuxta iuris formam vt supra deposuit. Retrò domum (inquit)
habeo viridarium, est & illi contiguus hortus vicinæ meæ.
Vnde, cùm quadam die transitum fieri ex horto vicinæ in
viridarium meum non absque damno perspexissem; stans ad
ostio viridarij & apud me ipsam conquerendo & querulando
tam de transitu quam de damno; vicina subitò superueniens
&, an suspectam haberem, inquisiuit. At ego territa, propter
malam eius famam, nihil aliud, nisi hæc verba, protuli; Grallæ
in graminibus damna demonstrant. Tunc illa indignata; quasi
ad eius fortè beneplacitum, me litigiosis verbis cum eâ ingredi
care nolebam; abscessit cum murmure, & verba quæ protulerat
licet audirem, intelligere non potui. Post paucos verò dies in-
gens infirmitas mihi incidit, cum doloribus ventris, & acutis-
simis torsionibus à latere sinistro versus dextrum; & vice ver-
sâ, quasi duo gladij essent pectori infixi, & sic die noctuque
clamoribus vicinos omnes alios inquietaui; & confluentibus
hinc inde pro consolatione, accidit, vt lutifigulus prætextu
vicinam

»vicinam & maleficam adulterino flagitio habens in amasiam,
»simili modo visitationis gratiâ accedens, & infirmitati meæ
»compatiens post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen
»die festinè redijt, & inter alia consolatoria subiunxit: Experi-
»mentum capiam, an ex maleficio vobis hæc infirmitas conti-
»gerit; quod si sic repertum fuerit, sanitatem vobis recuperabo.
»Accepto ergo plumbo liquefacto, & me in lecto recumbente,
»plumbum in scutellam aquâ plenam super corpus meū appo-
»riando infudit; &, vbi quædam imago & figuræ diuersarum
»terum ex plumbo congelato apparuissent; ecce, inquit, ex ma-
»leficio vobis hæc contigit infirmitas; & super limē ostij domus
»vna pars maleficij continetur. accedamus ergo & illis amotis
»melius sentietis. sicque maritus meus cum eo pariter ad tollē-
»dum maleficium accedunt, & lutifigulus limen eleuans mari-
»to iniunxit, vt manum in foueam, quę apparuerat, mitteret, &
»quæcunque inueniret extraheret, quod & fecit. Nam primò
»imaginem quandam ceream in longitudine vnius palmæ, vn-
»dique perforatam, habentem duas acus ex aduerso per latera,
»ad modum quo ipsa punctiones à sinistro latere vsque ad dex-
»trum & è conuerso persenserat, extraxit. demū pecias panni-
»culorū diuersas & plurima, tam grana quàm semina, & ossa cō-
»tinentes. Sicque illis in ignem coniectis ego conualui, sed non
»ex toto. nā licet torturæ & punctiones cessassent, appetitusque
»comedendi redijsset ex integro, tamen pristinæ sanitati vsque
»in præsens minimè sum restituta. Vnde hoc querebam, quod
»pristina sanitas non redibat? Respondit, sunt & alia instrumen-
»ta alibi abscondita, quæ inuenire non valeo. Et qualiter prima
»instrumenta reposita agnouisset, dum inquirerem; respondit,
»ex amore quo amicus amico reuelare solet, hæc cognoui.]

His duobus subdit alia multa breuia, nata ex desiderio
vlciscendi, dum indignantur mulierculæ, se ab amasijs, ad nup-
tias conuolantibus, deseri, & vltionem minatæ mox exsequū-
tur. Sed omnem superat admirationem, quod narrat Cornel.
Gemma post calcē *lib. 2. Cosmocrit.* narrat fusè casum Katha-
rinæ Gualteri puellæ Louanensis annorum 15. cuius curatio-
ni ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni ipse præfuit anno. 1571. quæ cum obtrusum à gentili & coætaneâ libamenti frustulum comedisset, in morbi symptomata prorsùs prodigiosa, quorum ipse spectator quotidianus, vidit illam ejcientẽ tot & talia & tanta, vt ipse crediturus non fuerit oculis alienis. Octauo morbi mense magno nisu per posticum eiecit anguillam viuam & perfectam, crassitudine pollicari, lõgitudine sesquipedali: cui & squamæ, & oculi & cauda vniuersum vt anguillis solet. triduo ante quàm foras erupit, auditum narrat bis terúe in vtero sonum non ipsi puellæ modò, sed & adstantibus quoque, velut argutum & tenuem anguepductum: & cùm egereret manifestè puella reuulsa se sensisse quòd primùm exserto capite se retraheret per posticum, inde cum impetu exiliret. Post anguilla, quam mortuam exenteratamque suspenderant, loco sublimi ab animalibus tuto, repentè euanuit. Puella interim cæpit euomere ingentem humoris aquosi copiam, humano lotio non absimilem, saporis absurdi. Durauit ea vomitio plus 14. dies, singulis fectò exonerans supra libras. 24. vel vt vulgò nominant *tas* tres. præterea vrinam interea quotidie reddebat bis ter copiosam. Nullus in ventre tumor, nulla in toto corpore flatio exteriùs apparebat: & ipsa puella potus ac cibi parcomi, vix vnum cyathum, vini, aut cereuisiæ, liquoris ue alterius potitabat. Eò venit hæc aquæ excretæ abundantia, vt duarum septimanarum facilè *amas* duas implere potuerit. Post hanc aquæ copiam, cæperunt & pili confertim exire per vomitum alui, copiosissimi numero, digiti longitudine, sed tenuiores alij, alij breuiores, eiusmodi sanè quales annosis caprabus euelluntur: auctaque est in dies ea pilorum quantitas, facilè pilas quam plures iustę magnitudinis implere potuerit. Ejecit hos omnes magno fastidio & vomitus difficultate. Interiectis deinde nonnullis diebus, succedere aliqui vomitus, qui floccos ingentes pilorum ejicerent cum materiâ purulentâ instar sanici, interdum simili stercori columbino aut anserino: in qua colluuie & frusta lignorum & membranarum pauca rudimenta; sed lignorum partes adeò viuæ, vt ex cauda bubus obsoletis diffractis inæqualiter comminutæ portiones vi-

» derẽtur vnguis amplitudine, aliæ crassitie, intus fungosæ, foris » obductæ vetustiore cortice nigræ. Paullò post cæpit alius vo- » mitus niger vt carbo, dixisses atramentum verum vel sepiæ » succum, imò carbones veros minutissimè tritos atque permi- » stos, singulis diebus prodeuntes ad quantitatem lib. ij. aut. iij. » sæpissimè cùm pilis tam copiosis vt nuci iuglandi includi non » possent, omnibus albis, prolixis, & durioribus: quæ cùm per » triduum ita durassent, ejecit semel & puri sanguinis tanquam » è venâ dissectâ libras duas, nulli rei alterius generis permistas. » A vomitu sanguinis rursùm secutus est ater, ac si antimonio » trito tinctus fuisset humor, omnino liquidus in dies singulos » ferè ad libras 5. aut 6. atque hoc portentum septimanam » integram constanti horarum lege ac spacio perdurauit. Cessa- » uit aliquamdiu diuinis humanisque remedijs adhibitis. Inte- » rea pilos adhuc sed pauciores, gradatimque atriores excerne- » bat imò & breuiores indies: vt cum priùs ex flauo ruffescerẽt, » paulatim liuidi, nigri, tandem aterrimi ac velut dissecti in fru- » sta minutissima per vomitum redderentur. Quandoque cum » his & virulentus humor, & crassus quandoque simillimus li- » mo. Circa Septembris medium membranæ frusta maiora, » tanquam ventriculi partes, euomuit: habebant hæc speciem » tunicæ crassioris, carnosæ, lentæ, fractuque contumacis: qui- » bus profecto vt fœtus choroeidi, etiam venarum ductus ina- » rati ramosâ propagine spectabantur, interdum medij palmi » longitudine. Has aliæ sunt è vestigio subsecutæ tenuiores » multò, sed penitùs nigræ, venarum dumtaxat vestigia referen- » tes, membranę allantoeidi non dissimiles. Postremo venerũt » & tertij generis tunicę vasorum prorsús expertes, aliarum om- » nium tenuissimæ, vt locum amnij retinerent. Sed erat his alia » multo substantiæ atque figuræ ratio: quàm in agninis fætuũ » inuolucris. Nam huic tenuitati aderat mira soliditas, figura- » rum ratio quouis miraculo maior. Fragmenta illius varia, sed » tria præ ceteris rara duorum palmorum amplitudinem supe- » rabant, intertexta strijs profundis sine epigraphis: quæ sese à

Universidad de Deusto
Biblioteca

vertice ad basim secantes mutuo, cancellos in thombi spe-
ciem efformabant. non habeo cui melius conferam quã cũ se-
necta viperæ: quanquã nihil hactenus à me conspectũ fuit, cui
posset meritò comparari. Sed hoc in eo præcipuè admirandũ,
quod secundum longitudinis ductum velut canalis quidam
profundior appareret, insculptus fibris transuersis & raris, pro-
sùs vt in asperâ pulmonis arteriâ. Erat hæc regio penitus ca-
ua & circularis, in vnius membranæ fastigio paulatim angu-
stior, anguini capitis vestigium repræsentans, cum apophy-
mastoeidi, seu processu mãmillari: in alterius fine sensim lace-
scens nescio quid ventricosum & inæquale, etiam bifurcato
vertici non absimile, præ se ferret. Vniuersæ partes inuicem
coaptatæ totius anguillæ longitudinem atque crassitiem sa-
luculenter expressérant. Illud autem tuberculum papillare,
viam fuisse respirationis existimo, fortè per quam & solidio-
& humidis ad sui nutricationem necessarijs vescebatur. Post-
quam hasce membranas eiecit, secuti sunt lapides ferè mil-
meri, quos vesperi semper ac statâ horarum periodo mo-
cum tempestatibus animique deliquijs cruciabat. Forma sa-
ciusmodi, quæ passim in vetustis ædificiorũ ruinis solet occur-
rere. Lapides solidi, anguloſi, inæquales, tum specie, tum ma-
nitudine; quæ subinde ad nucis iuglandis quantitatem ac-
cessit, non absque suffocationis discrimine manifesto, vrg-
bantur quandoque obtecti calce, & coagmentati variè, vt ab la-
lis qui parietibus detrahuntur distingui non possent. Sem-
me præsente quendam eiecit lapidem angulosum vix cum de-
plicis castaneæ mole librandum. saxum illud magnã spiran-
contentione proiecit, vt & vomentem viderim manifestè, &
lebetem sonitum cadẽtis audierim, magno horrore cũ am-
mei, tum turbæ vndique circũfusæ. E vestigio magnã quo-
ligni portionem pollicis longitudine pariter & crassitudine
sed minore difficultate secreuit. Erat hoc sanis porosum
minibus rectis insigne, cui & commissura quædam insigne
velut per medium totius longitudinis excurrebat. Inter
tamen & pili per vices, sed minores ordine pauciores, ac

» giores. Accessit aliud quod omnem excederet fidem. os e-
» nim triangulare solidum foris, intus cauum ac spongiosum
» reddidit, tale vt planè constaret esse fragmentum cruris bu-
» buli, & puellæ parens diceret, se tale vidisse pridie in suis car-
» nibus iurulentis. Nec mora. sequenti die articuli ossei, tali,
» digitorum acies, rotulæ, variæ speciei & magnitudinis
» prodierunt. Interdum tamen & pili & lapides intermixti, at-
» que omnium postremò vitri atque æris portiuncula.] his
narratis Gemma meritò censet horum mirabilium Dei per-
missione dæmonem fuisse ministrum, qui causis tamen natu-
ralibus, ordine etiam seruato, quoad potuit, vsus fuit. Idem
vellem existimasset, eodem opere, de muliere aliâ, quæ flo-
rente ætate per nouem continuos annos infandis doloribus
intestinorum cruciata, primùm crassioris tunicæ rudimenta
deiecit; deinde & arboris frusta ingentia pleraque pollicis
crassitie ac paulo etiam longiora, pariterque omnia ferè,
quæ ad arboream speciem pertinerent; folia scilicet laurinis
foliis non absimilia, radices, cortices, etiam quæ tomen-
to alicui inclusos nucleos, nullo tamen vestitos putami-
ne præ se ferrent. Quod ego mallem ad prodigiosos dæ-
monum effectus, quam ad naturales morborum παρατηρή-
σεις refere.

De mentis abalienatione perpetuâ iam docui, cum de phil-
tris differerem, de modicâ ad tempus exemplum nõ iniucun-
dum auditu narrat Matthiolus in Dioscoridẽ ×. de circulato- × *in præfat.*
» ribus, haut dubie Magis, Bohemiæ. In vinum (inquit) radicis
» cuiusdam puluerem, cuius gustatu fauces conuellũtur, immi-
» scent; &, cui fucum facere volunt, iubent, vt illo in vino intin-
» ctum digitũ, quasi præguſtandi causâ sugat. Tum ilicò digitũ
» vino madidum in os inditũ, sibi mordicus, non sine dolore &
» clamore, premit inuitus. Interea, perinde atque blanditijs, mę-
» rentem consolatur circulator; temporum carpique arterias
» alio oblinit medicamẽto: deinde nummum in terrã proiectũ
» hortatur vt tollat. Ibi ille pronus, primùm se nequit attollere,
» mox vnguinis vi amens factus concidit, statimque, eius more

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui metuit ne mergatur in aquâ,natat,ac vociferatur simul ne fluctibus obrui.Ergo eum erigit circulator, ille, quasi vlturus iniuriam ; primùm maleficum obliquo ac toruo intuitu exprobrare,mox hominem aggredi videtur: postremò fugientem circulatorem persequi, donec absterso tandem illiti medicamenti veneno,recipiat animum ac menti restituatur. Vbi autem ad se redijt,quasi qui euaserit à mari naufragus,capillum vestimentaque veluti vela torquere,exprimereque , brachia tergere, & nares emungere, conspicitur.] vt sola vis vnguenti hoc faciat,& non interueniat opera dæmonis, qui fieri queat, non intelligo.

Gentiles idem sensisse olim , probare possumus ex morbis, quos illi Dijs suis,hoc est dæmonijs ascribebant : vt de *Corisi*, qui dicti quasi *Cererícti* δημητριόληπτοι ; de lymphatis, Panicis, similibusque iam tradidi. Ideoque eos, qui fanatici erant, & varijs linguis in morbo loquebantur, δαιμονῶντας, vel ab Heroibus infestatos , vocabant. λ Quare & Leuinus Lemnius μ tandem dat manum, & fatetur dæmones huiusmodi causas morborum accidentarias esse: Qui si causam occidentariam vocat , extrinsecam , efficientem tamen, nobis cum sentit.

λ *Lucian. in Philopseu. Hippocrates de Sacro morbo.*

μ *lib.2 de occul. nat. mirac.c.1.*

Restat explicandum , quo pacto dæmon morbos inferat: quod Franc. Valesius accuratè docuit ν . Nempe illum esse causam externam,eoquòd extrinsecùs aduenit corpus inhabitaturus & morbos illi illaturus.Si morbi ex materiâ pendeant, mouet internas causas.sic Melancholicos morbos excitat. Nempe principio bilem atram, quæ corpori inerat, commouet, & fuligines in cerebrum,& internorum sensuum cellulas propellit. Deinde adauget bilem atram,admotis causis exurentibus, vel detento isto humore,ne expurgetur. Epilepsiam,paralysim & similes noxas infert, per succi crassioris delationem, obturato ventriculo cerebri,vel obstructis radicibus neruorum. Caecitatis causa est vel surditatis, noxia excrementa ad aures vel oculos coaceruãdo. Interdum potest etiam hæc per se,sine ipsa materiâ,siue internâ causâ præstare; si impediat vel lædat functiones

ν *Sacræ Philosoph.c.16.*

sationes,& spiritus animales detineat vel subtrahat,& alijs male,quos nouit, modis. Qui verò morbi ab internis causis non pendent, sed ab externo tantum nocumento, vt plurimum illos per se operatur. Sicut cum malefica irata pomum coctum manui alterius sic fecit conglutinari, vt & acerbissimum interret cruciatum, &, nullâ arte, posset dissolui, vel deglutinari o. Quo pacto venefici morbi ab alijs dignoscendi agam.lib.6.

o *lege Nicol. Remig. lib 2. dæmonolat. c.4.*

SECTIO VI.

De mirâ rerum solidarum atque magnarum in corpus ingestione & egestione.

PRodigiosi sunt plerique morbi per maleficium illati ; sed omnium prodigiosissimus mihi videtur,quando per os vel imum gutturem ejcit æger, spinas, ossa, ligna, saxa, frusta ferrorum,acus,cultros & alia ferramenta; glomos pilorum,pannos, fetas, cornu lucernæ,& huiusmodi, quæ vel comestione, vel aliter in corpus immitti potuisse videtur impossibile. huius exemplum vnum habet Sprengerus α, de muliere Zabernensi,cui obstetrix quædam,eo quòd ipsam non accersierat ad puerperium , grauiter irata, noctu cum duabus alijs maleficis ad puerperam accessit,& dixit ad vindictam se aliqua in eius intestina velle immittere,quorum dolorem post semestre dũtaxat sentire inciperet. Dixit,& ventrem eius manu tetigit: ad quem contactum puerperæ videbatur , sibi extrahi intestina, & ijs immitti quædam,quæ tum oculis dignoscere nequibat. Postea sexto vix mense finito, internorum viscerum tortura ipsam subitò tam dira inuasit, vt nec (verba sunt Sprengeri) diebus,nec noctibus à clamoribus, omnes inquietando, abstinere posset. Et quia deuotissima Virginis & Reginæ miserecordiæ exstitit, in pane & aquâ singulis sabbatinis diebus ieiunando:ideo & per ipsius suffragia credidit se liberari. Vnde & quadam die,vbi opus naturæ perficere volebat,tunc omnis illa immundicia à corpore prorupit; & aduocans maritũ cum filio dixit: sũtne res istæ phantasticæ? nõne dixi,post dimidij anni spacium res ista cognoscetur? aut quis vidit vnquam spi-

α *in Malleo p.2.q.1.c.13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas, ossa, simul etiam ligna me comedisse? Erant enim spinæ ro-
sarum, longitudine vnius palmæ, cum alijs varijs rebus in-
numerò immissæ.] Aliud exemplum relatum est à Beniue-
nio ℞ de muliere Florentinâ; tertium à Ioanne Langio ϒ de
Vlrico Neusesler rustico; quartum de puellâ Leuuenstetensi
in historiâ Germanicâ, hac de re excusa anno 1562. tria hus
addit Nicolaus Remigius ♁. Octauum planè admirandum
& cui refellendo, nullæ nugæ, nullæ calumniæ, nullæ phaleræ
vitiligatoris Wieri, suffecerint, adscribam ϵ ex vitâ S. Petri Ta-
rentasij, à Gaufrido conscriptâ, his verbis; S. Symphoriani di-
citur castrum Lugdunensis Ecclesiæ, paucis ab vrbemillibus
distans, vbi vir fidelis & religiosorum fidelis sedulusque fusce-
ptor, magnæ conuersationis pariter & opinionis Abbatem, ϛ
ad hospitium suum aliquando, quasi vim faciendo, pertraxit.
huic iuuencula erat filia miserabili incommoditate labo-
Egerat enim quędam mulier malefica, per nequitiam inuidæ
socrus inducta, vt languore tabesceret desperato, nec vir fi-
præsentiam, nec aspectus vllatenus toleraret. Affectione ma-
liebri genitrix persuasa, vt sathanas sathanam eijceret, famosam
quendam maleficum accersiuit. Adfuit, explorauit, agnouit,
& mulierculam asserens *inferratam*, terit arborum cortices, po-
cula verbis & herbis infecta propinat; mordet etiam debitas
proprijs brachium miseræ mulieris. Res mira, res noua, nostris
fallor) hactenùs inaudita. Ab illo quidem languore cōualuit,
sed interdum, ex corde procedere sentiens velut acus, cruci-
batur atrociter, donec per morsuram brachij, quam nulla cu-
catrix obduxerat, acus educeret vis occulta. Crudele remę-
dium; sed huiusmodi congruebat auctori. Plures in hunc mo-
dum quàm triginta per temporum interualla prodierāt quan-
dam, vt vulgò dicitur, excapsetæ, quædam admittendis filijs
idonea foramina præferentes. Præterea prædictus Abbas ad
domum, vbi hæc actitabantur, aduenit. Celebris est persona,
cuius hoc opus & alia non indigna admiratione narrantur;
sed parcendum adhuc superstiti, & nomen credidi retice-
Huic pater anxius miserabilem exhibet filiam, nec sine lacry-

ß lib. de ad-
mirân morb.
caussf.
ϒ lib. 1 ep. 35
♁ lib. 3. de-
monolat. c. 1.
ϵ apud Surii
tom. 3. Maij
8. c. 13.

» mis lugubrem explicat tragœdiam. Eadē hora fit fides dictis,
» & sentiens acum mulier gemebunda deplorat. Iam peruene-
» rat ad foramen, solitus iam præcesserat cruor, iàm cœperat ap-
» parere, iam particula eius exierat. Et accedens vnus ex fratri-
» bus laicis, eidem Abbati deseruiens, cruentam extraxit, annis
» pluribus ad testimonium conseruandam. Orat Abbas, & locū
» vulneris tangens, in virtute fidei pollicetur, nec ferrum vltrà
» nec chalybem inde processurum. Factum est: sed mutata ma-
» teria est, malitiâ necdum prorsùs exstinctâ. Cęperunt lignei
» fides paruuli, quales vulgò brocas appellant, ex quercino ro-
» bore, vel fraxinei, pro ferreis acubus egredi, crassiores spinis &
» modicè longiores. Nec vnius tamen omnes, sicut nec acus
» fuerant, longitudinis vel crassitudinis erant. Sedecim in hunc
» modum intra annum & paucos menses ex muliere ligna pro-
» dierunt. Adfuit demùm Reuerendus Petrus Antistes, cui di-
» uinitus seruabatur tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier
» missarum sollemnia celebranti, sicut præceperat vespere præ-
» cedēti. Eādem horā septimum decimum lignum ex muliebri
» corpore egreditur, quod sub oculis omnium sacellanus extra-
» xit. Confitentem itaque mulierem præsul absoluit, & sacram
» ei tradens Eucharistiam ab omni deinceps cuiuscunque mate-
» rici progressu iubet esse securam. Sic ab omnibus iam præsti-
» gijs liberata adhæsit viro, filiosq; procreauit. Et, vt dicitur, ho-
» diequesuperstes, virtutem prædicat, quam in seipsâ feliciter
» meruit experiri. Petrus de Fraxineto, dicitur pater, notus,
» etiam honoratus inter conuicaneos suos: vt si quem dubium
» notitia tanta reddiderit, probare forsitan liceat, quod crede-
» re detrectarit.] Hactenus Gaufridus Abbas Altæ tubę; cui Ci-
sterciensis & Clarauallensis Abbates negotium dederunt vi-
tæ huius conscribendæ; cùm Romanus Pontifex Lucius eis
mandasset, vt eam fideliter conscribi curarent. Sed Monachus
fuit scriptor, inquient aduersarij. credo, plus fidei mererentur
mendacissimi ipsorū Ministri & Prędicantes. Quid multa? su-
perioribus annis Duacensi cuidam, & Insulensi ancillę similia
fermè acciderunt. Exemplorū sat habemus; causam ruspemur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sat abstrusa & abdita.

Primùm fateor, quædam in corporibus humanis solere interdum ex prauis humoribus coalescere, vt sunt trophi, lapilli, capilli, oscilla, conchylia, spinæ, glomi pilorum & quæ talia potuit dæmon in ipsis hulceribus, vel in corporis partium cauis gruis sinibus procreare, quod naturaliter fieri posse, consentiunt veteres nouicijque medici ζ. Norunt mecum multi Comitis filium; qui, ante annos fermè nouemdecim, Luxemburgi, in vrinâ lacertulas satis magnas eijciebat; quod essi pluribus vxoris eius adulteræ (quam & occidi per sicarium ante posteà iussit) veneficio tribuerent; potuit tamen naturaliter contingere, ex humorum corruptione, & renum vitio. Multo plus illa Caluini sectæ erat addicta, & ministro familiarior, quam oportebat; ideo nec à moribus nec ab instituto alienum fuit vulgi suspicio.

ζ *Galen. lib. 2. ad Glauc. Celsus lib. 5. ca. 6. Aetius lib. 16. c. 100. Leuin Lemn. li. 3. de occul. nat. mirac. c. 40. Alexan. Benedict. lib. 2. & 3. Anatom. Anton. Beniuen. lib. supra citato. c. 3. 13. 24. 29.*

Secundò puto non posse naturaliter in corpore humano generari, ex vllâ putrefactione, acus, cultros, forfices, & huiusmodi metallica artificiosè conformata. quia calor naturalis, nisi plurimorum annorum spacio, non videtur metallum inibi gignere posse: multoque minùs, sic fortuitò ad certam analogiam atque dispositionem artificiosam, videntur tam varij humores conuenire posse: nisi Democriteam & Epicuream reuocemus insaniam, ex fortuito atomorum concursu omnia facta constituentem. Neque adhuc legi, qui hanc vim naturæ tribueret.

Tertiò, dico hæc omnia multis modis dæmones permalificos operari posse. Etenim primò possunt sic sensibus illudere, vt quis putet ista in corpus ingeri, vel egeri: cùm tamen reuerâ dumtaxat dæmon cultros veros, & huiusmodi reliquam, quæ euomitur, artificiosam materiam, quæ in ægri corpore numquam fuerat; vel etiam ipsos humores, qui eijciuntur, faciat apparere cultros, & reliqua illa, vel etiam aërem sic condenset, & coloret » : quod verisimillimum est contingere, quando res illæ, quæ visæ sunt solidæ ac densæ, paullo post cernuntur euanescere. Præterea possunt, citrà fictionem, res huiusmodi per dæmonem in os occultè ingeri, vnde mox eijciantur; possunt etiam alijs corporeis partibus inseri & includi. Negat id Wierus, homo fronte nullâ; licet non videam, cur neget. testantur enim medici & chirurgi fide digni, quorum nonnullos ι ipse laudat, talia sibi visa ex corporibus exci, vel exsecari, & ea manibus contrectasse sese. Eos verò omnes ad vnum decipi contendere, quid est, nisi strennuè pudorem totum exuere? ex modis immittendi, quos compe- rio, duo tantum mihi placent. Primus est, quem non præter- milit Binsfeldius κ; vt profundo dæmon somno demergat hominem, & sensum doloris eximat; tum dextrè incidat mẽ- brum, & materiam illam duram imponat; denique eâdẽ sub- tilitate vulnus adeò consolidet, vt nulla cicatrix vel vestigium relinquatur. quod periti chirurgi nonnunquam faciunt.

» *hoc volunt semper in bis accidere Gril. de fortile q. 3. & Cardan d. cap. 80. de varietat.*

ι *Trallian. lib. 4. cap. 6. Beniuen. de abdit. morb. & sanat. caus. c. 24. & 80. Io. Lang. d. epist. 38. Historia puellæ de Leuesleet, Germanicè edita Beniue. & Benedict. ii. citati.*

Dices fortassis; vt hæc queat in partibus carnosis & facilè dilatabilibus, & promptæ consolidationis; quarum exempla recenset Nicol. Remigius λ; non tamen id poterit in alijs, quibus illa facilitas non est propria, v.g. in intestinis, orificio stomachi, gutture, arterijs, & talibus organis, quæ angusta valdè sunt, nec dilatantur, nisi ad functiones suas naturales: vel etiam, si sectione diuisa fuerint, non possunt reuniri. *Respondeo*, difficiliùs quidem in his id contingere, absolutè tamen posse vt in alijs. licet enim nobis incognita sint medicamenta, ijs consolidandis & reuniendis idonea; dæmoni tamen illa sunt notissima. Præterea quamuis sponte suâ non dilatentur, nisi ad naturales suos effectus; vi tamen aliquâ adhibitâ, possunt extra consuetum ordinem dilatari & comprimi. cuius rei duas historias ad fidem faciendam adtulit testis oculatus, chirurgiæ laude clarus, Ambros. Paræus μ: prior est, de studioso, qui cùm spicam germinis deglutiuisset, eaque in pulmones per ἀναπνοὴν descendisset, natura illam transuersis pulmonum lobis illæsis, integris etiam costarum musculis, & quæ succingit eas membranâ incolumi, integram expulit. posterior est de opilione, qui semipedalem cultellum, cui corneum erat manubrium crassitudinis pollicaris, in fauces à prædonibus ore

κ *in l. 4. C. de malef. q. 7. concl. 6.*

λ *lib. 2. de monol. c. 4.*

μ *lib. 2. chirurg. c. 17.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aperto adactum,sex solidos menses,in corpore retinuit,& tandē natâ in inguine vomicâ,inde chirurgus extraxit. At necessariū planè fuit,per angustissimos meatus quosque à faucibus in inguen cultrum peruenire. His tertiam narrationem Remigius addidit de morione; qui,apud Armoricos,mucronē gladij tres digitos longū per os in fauces adactū,duodecimo post die,per anum egessit. Nonne culter iste, per tot spiras intestinorum subtilissimorum,& per illud,quod à re ipsâ vocatur intestinum tenue,fuit deuolutus? Neque in his vlla vnquā maleficij mentio vel suspicio fuit. si natura id potuit & calus, cur ex proposito id adnitens nequeat ille mille artifex sollertissimus?

Alter modus est Siluestri Prieratis ϒ ,quem recētiores quidam sunt secuti; scilicet dæmonem peritiâ pollere, res solidissimas diuidendi & comminuendi partes in minutissimas, etiam instar pulueris; & eas iterum vniendi, applicatis fissibus opus naturalibus actiuis; idque tam præpropere & subtiliter, vt cernētium oculi nequeant,ob nimiam motus celeritatem, quidquam horum aduertere,ideoque putēt homines ea imagra immitti & emitti. Hi duo modi probabiles sunt.

Valdè miror tertium quendam,tam multis placuisse ϕ, cū sit planè improbabilis. Volūt isti à dęmone poros corporis ētēdi,per eos deinde duriora hęc & maiora inferi: & porositas concludi: quorum apertione iteratâ demū,quando dęmoni videtur,intrusa expellantur. Sic aiunt à fulmine saxa ne poros vaginæ penetrari, laminamque gladij chalybeam liquari. sic iactu lapidem sub aquâ recondi,nec manu retrahi viam cerni, per quam lapis in aquā penetrarit. Supponit hanc opinio corporum penetrationē esse naturalem, cū Buridano quam D. Thom. Scot. Durand. & alij, meliùs philosophantes, cōtendunt à solo Deo perfici posse. hoc ergo primò peccādicant corporeas hîc dimensiones, siue corpora non penetrabus corporis non raris, coguntur excogitare: cùm tamen in pori tam sint naturâ angusti, vt sine insigni læsione distrahi possint. Nec simile quidquam in illis, quę pro ratione adferūt, dissimillimis reperitur. fulmen quiddam est subtilissimum & tenuissimum, eâ præditum vi naturali, vt duriora atque resistētia cōsumat; mollia verò & cedere facilia sine lęsione π transmittat: at ferrum, ligna, lapides, res sunt spissæ, duræ, & minimē aptę sic se in poros insinuare. A qua corpus est liquidū, humidum, tenue, fluitans, cuius rei solidæ cedens loco, capax etiam liburnarum; rerum quæ injiciuntur impulsu condēsabile, & ijs exemptis aptum vi sua statim coire & reuniri, vtque sine partium separatione condensatur, sic sine earumdem nouâ medicinâ rarefit atque extenditur; quæ quam sint ab humani corporis membris aliena, vel pueri norunt.

ϒ *Silu. verb. maleficium. q. 5. Cosmas Philiarchus de off. Sacerd. p. 2. lib. 3. in tract. primi præcepti Decalogi.*

ϕ *Paracelso lib. de occult. philos. Baroni Lichtenbergio libr. de præcipuis Magiæ articulis. Ludov. Milichio lib. de Magico dæmone, & Nic. Remig. d. c. 3. lib. 3.*

π *Seneca lib. 3. nat. quæst. lib. 2. Isidor. li. 13. Etymol.*

SECTIO VII.

De maleficio denouendi.

SVppono, quod Catholicis certum est, energumenos à dæmonibus sępè inuadi, & possideri, vel obsideri; hoc est dæmones in hominū ingredi corpora, & simul potestatē aliquam eos vexādi seu affligendi accipere: ambo enim requirūtur, vt quis sit energumenus; qua de re doctè post Mengū, & Polyd. Pet. Tyræus α differuit. sic homines dæmoni tradēdi potestatē constat olim Apostolos habuisse ex Sacrâ Scrip. β & alios quoq; sanctos homines vt olim, sic & hodie eā à Deo accipere, quā nō nisi prudētissimè, & cū magnâ caritate atque iustitiâ vtātur, haut difficulter probaretur γ si huius loci foret. An verò dæmones, eos quos possident energumenos, sic possideant, vt eorū corpora ipsimet subintrent, posset quis dubitare eo quòd B. Ildegardis in libris reuelat. suarum scribat se de quadā energumena in verâ visione vidisse, quod ipsa permissione Dei »quadā nigredine & fumo diabolicę cōglobositatis obsessa erat »& obumbrata, quæ totam sensualitatem rationalis animæ illius opprimebat, nec eam eleuato intellectu suspirare permittebat: velut vmbra hominis, aut alterius rei vel fumus op»posita obtegit & perfundit: vnde hæc rectos sensus & actus »perdebat, & inconuenientes sæpius clamabat ac faciebat.

α *Mengus in fuste dæmon. Polydor. de exorcism. Tyræus disp. de dæmoniac.*

β *1. Cor. 5. v. 1 1. Tim. 1. v. vlt.*

γ *Vide Tyræum d. operis q. vlt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et mè cogitante & scire volente quomodo Diabolica forma (*id est substantia*) hominem intraret, vidi & responsum habui, quod diabolus in sua formâ, vt est hominem non intrat, sed cũ vmbrâ & fumo suę nigredinis obũbrat & obtegit. si enim forma illius hominem intraret; citius membra illius soluerentur, quam stipula à vento dispergatur. Quapropter Deus non permittit, vt hominem in suâ forma intret. Sed supradictis permundens, ad insaniam & inconuenientia euertit, & per eum, quasi per fenestram vociferatur, & membrâ illius exterius mouet, cùm tamen in eis in formâ suâ interius non sit, animâ interrim quasi sopitâ & ignorante, quid caro corporis faciat.] Sic illa apud Theodoricum Abbatem, *eius vitæ lib. 3. c. 20.* Sed hic locus ostendit verissimũ esse dictum Theologorũ, sępe eos, qui assueuere multis reuelationibus etiam veris, putare se habere per reuelationem, quod habuere per discursum opinionemque. Indicant hoc multa. primo quia principio vere cognitum describitur obsessio, non possessio. Secundò, quòd inquisitio hæc parum erat necessaria, & satis curiosa. Tertio quia suspectum est quod ait Deũ non permittere vt diabolus secundum suam essentiã, vt solet esse in suo loco, corpora possideant. cõmunis enim Theologorum distinctio hoc discrimen statuit inter obsessos & possessos, quòd in his sit dęmõ, vt erat in ßtuis idolorũ, nonnunquã: & hoc indicant inflationes & multa alia quę in possessis cernuntur. Quartò quia ratio nulla est, cur enim forma dęmonis siue substãtia eius spiritualis ipsi corpori contraria sic est, vt illud statim destruat, etiamsi nolit, solo ingressu. Quinctò quia nõ semper anima sopita est, quãdo dęmõ energumenũ vel obsidet vel possidet, vt apparet, quia videmus sæpe illos omniũ recordari quæ egerint. Denique sancti & Theologi omnes sic semper locuti & opinati fuere vt dicerẽt dæmonẽ corpus arreptitij intrare, & ab eo exire. Restat nũc vt quæramus, an malefici possint & soleant sic alios deuouere, ac dæmoni quasi mãcipare? Multorũ cõfessionibus cõstat eos id putare, fatentur enim se dæmones in brutorum vel hominum corpora immisisse; & ipsi dæmones cum exorcizantur,

id solent prætexere, se à tali vel tali immissos. prætermittã, quæ recentiora sunt, à Remigio & alijs allata, duo tantum adscribã ab ijs commemorata, quorum fides reijci nequit. Anastasius Nicenus [a] de Simone Mago: multos (ait) tentantes eum dicere præstigiatorem, cùm eos esset allocutus, & deinde conuiuij prætextu bouem sacrificasset, & eos conuiuio excepisset, varijs morbis & dæmonibus eos subiecit.] D. Hieronymus [b] nobis proponit dæmonem à B. Hilarione eiectum, quem magus in virginem immiserat; Perducta (inquit) à parentibus ad monasterium seni traditur, vlulante statim & confitente dæmone. vim sustinui. Inuitus abductus sum. Quam benè Nemphi somnijs homines deludebam! ô cruces! ô tormenta, quæ patior! Exire me cogis, & subter limen ligatus teneor. Non exeo, nisi me adolescens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex; Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & laminâ strictus teneris. Vic, Cur ausus es ingredi puellam Dei? Vt seruarem, inquit, eam virginem. Tu seruares, proditor castitatis? Cur non potius in eum, qui te mittebat, es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum, Amoris dæmonem? &c.] En vt magus immiserat dæmonem verè: & sic opinor etiam multa eorum quæ narrat Anastasius, à quo Glycas p. 1. fuit eadem mutuatus; & inprimis, de quo nũc agimus, Deo permittente, potuisse verè à Simone mago id patrari: quare Annalium [c] scriptori eruditissimo, nequeo assentiri; qui mira illa Simonis ab Anastasio prodita, iudicat tantum fuisse impostoras, hominibus per imaginem & visum ostentas, cùm nulla veritate consisterent. sunt enim in ijs multa, quæ & posse & solere contingere, lib. præcedente *de Dæmonibus Magis* satis copiosè ostendimus. Hæc autem immissio malorum spirituum, non prouenit à facultate cogendi; quæ nulla Magis competit, in dæmones. Nam vel sponte dæmones ex pacto obsessum vadunt, finguntque se obtemperare: vel inferiores dæmones ad id adiguntur, à dæmone superiore, volente hac in re maleficio gratificari. Vtroque tamen casu Dei permissio requiritur, vt causa sine qua non posset hoc fieri:

permit-

[a] *in 8. S. q. 23.*

[b] *in vitâ S. Hilarionis.*

[c] *tom. 1. anno 68.*

permittere verò Deus id consueuit nonnisi ob graue aliquod obsessi peccatum » :non tarò propter parentum iratorum imprecationes,quarũ tria exempla suggerit Ioann. Cæsarius ß.

» *vide Tyræum d. oper. c.29.*

ß *lib.5. exēplor. c. 11.12. & 26.*

SECTIO VIII.

De maleficio ligaminis.

NVllum hoc frequentius hodie est maleficium: adeò, vt in aliquibus locis vix audeat quisquam clarâ luce matrimonij solemnia celebrare, ne quis malus coniugum votis illudat. Id si fit,quia,quo pauciores adfuturi,& rei conscij fuerint, hoc plurium insidias effugiunt; nihil ad hunc tractatum pertinet cautela huiusmodi: si,quòd antelucanos conatus magicos,minùs pollere credunt,res superstitione non vacat. Sed ad ipsum maleficium veniamus. Solent malis verbis hominē reddere (vt Canones loquuntur) frigidum & maleficiatum, hoc est ad actum coniugij inidoneum. Hoc illos posse & solere probatur, tum auctoritate canonum α, tum communi sententiâ Theologorum β; tum praxi Ecclesiæ, quæ sic affectos post triennij experientiam irritam,& adiunctâ septem testium iuratorum manu,separare consueuit γ; tũ ex opinione Rabinorum veterum,& Berosi (qui exstat) existimātium à Cham o tali damno multatum Noëmum fuisse; tũ exemplis mox referendis, & experientiâ quotidianâ; tum denique ratione. potest hoc fieri naturaliter,castratione,elisione, ruptione, deficcatione,infrigidatione & similibus ex causis; quas cùm norit dæmon, poterit illis vti. Deinde fit sæpè, vt qui cum vnâ nequit, queat cum alijs; vel qui cum cæteris potest, cum vnâ non possit; item vt non possit cum eâ solâ, quam maximè amat & deperit: item vt ablato dumtaxat ligamine fiat potens, qui priùs nihil poterat, cuiusmodi varietates ex naturali causa nequit prouenire. prouenit ergo ex supernaturali seu prodigiosâ. non diuinâ: ergo angelicâ. nó bonorum angelorum operâ: ergo malorum.

α *c. si per sortiarias, 23. q. 1. & toto tit. extr. de frig. & maleficia.*

β *in 4. d. 34. D. Thom. 3. p. q. 58. ar. 2. & alij citati ab Enriquez li. 2. de matri. c. 8.*

γ *ca. laudabilē. de frig. & malef. vide P. Enriq. d. c. 8. n. 2. & c. 7. n 9.*

Modis seu formis ad hoc diabolus vtitur penè infinitis. Sanè auctor Dæmonomaniæ plures quinquaginta reperiri scripsit. Quidam

Quidam magi, solummodo ligulã, certis cum verbis prolatis, B nectunt: sed dæmon interea maleficiũ perficit,& siue virũ siue feminam reddit impotentẽ. tam in feminas, quã in viros grassari verè dixit Ananias δ; sed tamen faciliùs & frequentiùs in viros cernimus hoc malum serpere: fors, an quod vbi plus operæ & instrumentorum requiritur, faciliùs ibi aliquis defectus & impedimẽtum occurrit: an quia cum plures sint maleficæ,quã malefici,pluribus viris nocetur? ligari autem posse volunt plerique vel in diem,vel in annum vel in æternum, aut donec nodus ligulæ soluatur.

δ *libr. 4. de nat. dæmon.*

C A viris doctioribus septem traditas inuenio causas proximas huius impotentiæ, quibus causis dæmon abutitur. prima est quando coniugem alterũ alteri reddit odiosum; vel inuicẽ fanè odiosos facit,per calumniam suspicionemue, aut morbi alicuius immissionem; sicuti cum vel Venus,iuxta Stesichori ũ; vel Medæa, iniecto pharmaco fecere, vt omnes feminæ Lẽni grauiter ore olerent,sicque illas mariti sunt aspernati: Medeæ facinus vult esse Myrtilus lib. rerum Lesbicar. 1. ε aut id fasciunt fantasiâ turbatâ, sic vt aliquid in compare vehementer odiosum vel formidabile inesse credãt: sic Valazca ζ, Libussæ Boëmæ famula, mulieres à virorũ amore per veneficium a» deò auertit: vt cõuratione initâ,suos quæque maritos,fratres, » patres,filios vnâ nocte interfecerint; mox, arce Vissegradensi » obsessâ,Primislai regis exercitum ad internecionem ferè cecide» derint.] Aliquando faciunt, vt inuicem quidem ament ardentissimè,sed quando ad copulã ventum,subitò accẽsi odio, alter alterũ cædat,vel vnguibus laceret: quod genus & Theologi», & Iurisconsulti θ nouerunt. tunc dæmon primò accẽdit ardorem libidinis propositâ formâ coniugis vt concupiscibilis; & quando venitur ad amplexus, tunc proponit vt odiosam & exitialem, faciens vt membra generationis appareant vel magnitudinis prorsùs incongruæ, vel formæ horribilis aut supramodũ fædæ. Secunda causa est, quando corpora impedit, ne queant ad se mutuo appropinquare,& sic ea diuidit, vel detinẽs ea in locis diuersis, vel cùm conantur iungi, phan-

ε *Natalis Mytholog. lib. 6. c. 7.*

ζ *Æneas Siluius in histor. Boëm. & Bap. Egnat. lib. 3. c. 2.*

θ *P. Henrici de Sacram. eucl. lib. 12. c. 8. n. 2. Sot. in 4. d. 34. a. 3. auctor dæmonom. & auctor lib. de Lamijs. lib. 1.*

taſma aut quid aliud inijciens intermedium. ad prius videtur
Lib.1.eleg.11. pertinere illud Propertij *.

Inuidiæ fuimus. quis me Deus obruit? aut quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Pertinet ad poſterius, quędam narratio, plena admirandæ nouitatis, cuius fides penes auctores ſit. narrat ex Vincentio Belluacenſi D. Antoninus x, Romæ temporibus Henrici tertij Imp. fuiſſe iuuenem quendam locupletem & nobilem, qui recens vxorem duxerat, & ſodales ſuos opiparo conuiuio nuptiali exceperat. Exiuere in campum à prandio luſuri pilâ. Spôſus, ludi dux, pilam poſcit, & ne excideret anulus ſponſalitius, inſerit eum digito ſtatuę Veneris æreæ, quæ in proximo erat. omnes vnum petebant, ſic citò defatigatus ipſe à ludo ſecefit, & ad ſtatuam rediens, anulum recepturus; ecce, videt digitum ſtatuæ vſque ad volam manus recuruatum, & quamuis conatus annulum recuperare, nec digitum inflectere, nec annulum valuit extrahere. Redit ad Sodales, nec illis eâ de re quicquam indicauit. Nocte intempeſtâ cum famulo ad ſtatuam reuertitur, & extenſum vt initiò digitum repperit, ſed illo annulo. iacturâ diſſimulatâ, domum ſe confert ad nouam nuptam. Cumque thorum genialem ingreſſus, ſponſæ ſe iungere vellet. ſenſit impediri ſeſe, & quiddam nebuloſum ac. dum inter ſuum coniugiſque corpus volutari. ſentiebat id tactu, videre tamen nequibat. hoc obſtaculo ab amplexu prohibebatur. audiebat etiam vocem dicentem; Mecum concumbe, quia hodie me deſponſaſti Ego ſum Venus, cui digito anulum inſeruiſti, nec reddam. Territus ille tanto prodigio (inquit Antonin.) nihil referre auſus eſt, vel potuit: intonem duxit noctem illam, multum ſecum deliberans. Sic factum eſt per multum tempus, vt quacumque horâ cum ſponſâ concumbere vellet illud idem ſentiret & audiret. Erat ſane alias valens, & domi aptus & militiæ. Tandem vxoris querelis commonitus, rem parentibus detulit. Illi habito concilio, Palumbo cuidam, præsbytero ſuburbano, rem pandunt. Ille autem erat Necromanticus, & in maleficijs potens. Illecebras

x Vincent. lib.26.hiſtor. Antonin p. 2 ſum.hiſt ti. 16.c.7.§.4.

» ergo promiſſis multis, compoſitam epiſtolam dedit iuueni,
» dicens: Vade illâ horâ nectis ad compitum, vbi quatuor viæ
» conueniunt, & ſtans tacitè conſidera. Tranſient ibi figuræ
» hominum vtriuſque ſexus, omniſque ætatis & conditionis, e-
» quites & pedites, quidam læti & quidam triſtes, quicquid au-
» dieris non loquaris. ſequetur illam turbam, quidam ſaturâ
» procerior, formâ corpulentior curru ſedens: huic tacitus epi-
» ſtolam trades legendam, ſtatimque fiet, quod poſtulas. Ille au-
» tem iuuenis totum impleuit, prout edoctus erat. Viditque in-
» ter ceteros ibi mulierem in habitu meretricio, mulam inequi-
» tantem, crine ſoluto per humeros iactato, vittâ aureâ ſuperiùs
» conſtrictо, auream virgam gerentem in manibus, quâ mulam
» regebat, præ tenuitate veſtium penè nuda apparebat, geſtus
» exlequens impudicos. Vltimus dominus turbæ terribiles in
» iuuenem oculos exacuens, ab axe ſuperbo ſmaragdis & vnio-
» nibus compoſito, cauſas viæ ab eo exquirebat. Nihil ille con-
» trà, ſed protentâ manu epiſtolam ei porrigit. Dæmon notum
» ſigillum non audens contemnere, legit ſcriptum: moxque bra-
» chijs in cælum eleuatis; Deus, inquit, omnipotens, quamdiu
» patieris nequitias Palumbi præsbyteri? Nec mora, ſatellites
» ſuos à latere mittit, qui annulum extorquerent à Venere. Illa
» multũ tergiuerſata, vix tãdem reddidit. Ita iuuenis voti com-
» pos, ſine obſtaculo, potitus eſt diu ſuſpiratis amoribus. Palum-
» bus autem vbi dæmonis clamorem ad Deum audiuit de ſe, in-
» tellexit ſibi præſignari finem dierum. Quocirca omnibus mẽ-
» bris vltrò truncatis miſerabili pœna defunctus eſt, confeſſus
» coram populo Romano inaudita flagitia.] Hæc ille. in cuius
verbis & maleficium vides diuiſionis, & curationem nefandã
per aliud maleficium, & ſeriam malefici pœnitentiam.

Tertia cauſa eſt, ſi ſpiritus vitales prohibeantur tranſire ad membra generationis, & ſic feminis deciſio impediatur, de quo impedimento, rectè Ioan. Maior. diſſeruit λ. λ *in 4. d. 34. q. 3.*

Quarta eſt, ſi ſemen prolificum exſiccetur & ſubtrahatur.

Quinta, ſi virga viri flaccida fiat, ſaltem quando quis vult actum matrimonij exercere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sexta, si qua naturalia alia pharmaca applicentur, quibus vis patrandi quouis modo tollatur. hæ causę vulgatiores cuiq; ferè notæ & obuię sunt apud Doctores μ.

Septima causa est rarior, nępe muliebrium locorũ obstructio, vel nimia coarctatio; aut viri genitalium retractio, abscessio, vel vera ademptio. De virili huiusmodi calamitate, narrationes varias sui temporis proponunt Sprenger. ν & Remig. Quoad retractionem & absconsionem fortassis illa naturaliter fieri posset; quanquam dubito, & inclino in neganté partem: ademptionem cõstat esse semper merũ præstigium, licet aliàs vt in auium nidis apud Spręger. malefica mębra illa ostentent: nec enim aliter potest ista tollere, quã homines, sectione aut simili separatione; adempta verò non magis potest restituere, quàm homines. Sunt ergo hi modi quoad viros, præstigiosi. Quoad mulieres, sicut ex naturalibus morbis coarctatio haec oriri potest; sic etiam à dæmone causari. idq; opinor rã de arctitudine in ossibus, quàm de arctitudine in carnositate ο.

Dixi duplex esse impedimentum. vnum quoad omnes, sic inuenio mulctatum Amasim Regẽ Ægypti π: aliud quoad vnã dumtaxat personam certam; hoc vocant DD. maleficium respectiuum: ita legimus affectum Theodoricum regem, quod poterat cum concubinis, cum vxore solâ non poterat ρ. Sic Galeacius Sforciæ fraude tactus fuit, ne matrimonio Isabellæ Arragoniæ potiretur σ.

Dixi secundò, impedimentum quoddã esse temporarium, quoddã perpetuum: perpetuum vocans, quod vsque ad mortẽ duraturum, nullo naturali remedio, nec aliàs licitè, auferri potest. Scio cum glossâ τ, quosdã negare à diabolo vllũ huiusmodi perpetuum impedimentum induci posse: sed seio quoque hoc glossæ dictũ cõmuniter à Canonistis υ & Theologis doctioribus reijci: vt repugnans ipsius contextus mentiri licet non verbis. Deinde cur non, vt semel, sic sæpius dæmon impedire copulam? cur vt sæpiùs, sic non & potenter toties quoties permittet Deus? Denique falsum est glossæ fundamentum, semper ab auctore maleficij illud tolli posse

μ Palu. et Sot. ad d. d. 34 & il. inst. verb. maleficium. q. 6. Abul. in c. 19 Matth. c. 90.
ν p. 2 mall. q. 1 c. 7 Remig. lib. 2. dæmonolat. c. 5.
ο de vtraque egerunt Vict. Sot. Ledesm. in d. d. 34 & Henriquez d. lib. 12. c. 7. n. 3
π Herodot. lib. 2.
ρ Paull Æmyl. in vitâ Clot. rij.
σ Fr. an. Guicciardin. in hist. Ital.
τ in c. requisisti. & cap. si per fortiarias 33. q. 1. Cardin. ibid.
υ Abb. & alij, ad tit. de frigid. & malef. Navarr. cons. 1. lib. 4. tit 15. Abulens. d. q. 90 Magist. in 4. d. 34. & ibi D. Tho. a. 2. Durand. Paludã. Richar. Maior. Soto, Victor. vter que Ledesma. Palac. & alij citati per Henriquez d. c. 8. § 2. ait. 2.

postea lib. VI. docebimus, aliquando non posse maleficas sanare, quæ nocuerunt. Nec dubitarim plura posse dæmonem destruere, quã reparare. Quid si membrum præsciderit? non magis illud valebit restituere, quam vitam semel ademptam.

Vltimò loco huic maleficij generi videtur annumerãdum, quod refert Saxo Grammaticus, his verbis φ; Mares in vrbe Karentinâ, (apud Rugianos) cum feminis in concubitũ admissis, canum exemplo, cohærere solebant: nec ab ipsis morando diuelli poterant. Interdum vtrique perticis è diuerso appensi, inusitato nexu ridiculum populo spectaculum præbuerunt.] Quid si & Salmacis fons maleficum quid habuerit iniectũ? fanè quod Strabo lib. 14. de illo refert, μαλαχιζεσα τοὺς πίνοντας, ex eo bibentes malacisari, id ego non tam ad mutationem in Hermaphroditos χ; quàm ad emasculationem, & (vt Varro loquitur, alio tamen sensu) mulierationem retulerim. Hæc enim hominibus illis à Christi lege & fide alienis, quasi necessaria consecutio (nefas) videbatur, vt qui agere nequiret, pati inciperet. Beneficium hoc inter cetera fidei Christianæ non minimum, quòd, cum dæmonum cultu, portentosa hæc dęmonũ suasu & hortatu crimina paganismo inolita, tandem plerisque in regionibus prorsùs exoleuerint.

φ libr. 14. hist. Danor.

χ vt Ouid. lib. 4. Metamor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO V.

Quibus personis malefici queant nocere?

CVm Draco ille antiquus vsque ad iudicij diem sit ligatus α, nemini potest nocere, nisi cui Deus permiserit. Ita porcos subiret, à Christo veniam petijt β, nec mendaces sacerdotes Achabi γ, nec Iobum affligere δ sine diuina potuit permissione. Hac obtentâ, non est potestas quæ compararí queat ei super terram ε. Quare cùm per dæmonem damna malefici inferant: sequitur illis omnibus eos nocere posse, cui ne noceant Deus non prohibuerit. Defendit autem Deus omnes sincerè sperantes in se: *liberat eos de laqueo venantium, & à verbo aspero, à timore nocturno, à sagitta volante in die, ab incursu & dæmonio meridiano*; & tribuit virtutem, *super aspidem & basiliscum ambulandi, & conculcandi leonem & draconem* ζ: hoc est superandi omnem vim, & effugiendi omnes insidias principum tenebrarum.

α *Apoc.* 20. v. 2.
β *Matth.* 8. v. 31.
γ 3. *Reg.* 22. v. 22.
δ *Iob* 1. v. 12 & 2. v. 6.
ε *Iob* 41. v. 34.
ζ *Psal.* 90. v. 6. 13.

Dico igitur primò, Deo permittente (quod in seqq. etiam præsuppono) fœderatus dæmonis inferioris posset nocere dæmonis superioris fœderato, non virtute suâ, sed acceptæ libertatis vi: quia dæmon ille superior non potest resistere diuinæ voluntati. Alioqui, si Deus sinat eos agere iuxta legem ordinariam, dumtaxat possunt fœderati dæmonis superioris nocere inferioribus, vel æqualibus: quia lex ordinaria est, qua Deus sinit illos agere in inuicem quantum possunt: malefici verò robur & potestas dependet à potentiâ dæmonis cum quo pactum habent. sic vetula malefica occidit iuuenculam maleficam, apud Sprengerum η. sic finita sæpè Magorum certamina cum alterius morte, vt docui lib. præced.

η 2 *p. q. 2. principali.*

Frequentissimè solent nocere infantulis, Deo id permittente; quoad baptizatos quidem, quia sic à multis peccatis præseruati in cœlum rapiuntur felices, secuti quod malitia mutabit eorum intellectum. permittit hoc etiam Deus in poenam parentum, vel ad eorum probationem, teste D. Augustino θ. Antè baptismum verò perceptum, non rarò permittit

θ *libr.* 21. *de ciu. Dei c.* 14.

illos Deus occidi; ne, propter actualia peccata, quæ commissuros videbat si viuerent, grauiorem sibi damnationem acquirant: neque Deus propterea crudelis est aut non iustus, quia propter solum originale peccatum mortem merebantur. Sanè nondum ablutis vndâ sacrâ videmus vt plurimùm Dæmones insidias struere, & eorum nece gaudere: quia tunc, qui necant malefici, longè grauiùs peccant, & atrociùs Deum offendunt, quia planè innocentes atque innocuos animâ simul & corpore perdunt; præsertim si liberos proprios, quos & dæmoni offerre, & occidere sæpè solent striges: sicut olim faciebant Cananæi, & cultores Moloch ι, & Barbari nostris temporibus Indi Temixstitani. Narrantur in hoc genere infanticidij immania facinora Baronis cuiusdam Armorici, à Nicol. Laquerio κ, & Sagæ Helueticæ à Sprengero λ. Cur verò potissimum tam teneræ ætati noceant, multæ sunt causæ. hæc ætas est imbecillior ad resistendum, est incautior ad cauendũ; nequit earum conatum deprehendere, vel reuelare, vel accusare, possunt etiam ab his instrumenta maleficiorum. nam persuasum habent, si certo numero corda infantium exsciderint & comederint, se patientiam omnium tormentorum consecuturas adeò, vt ad confessionẽ criminũ perduci non queãt μ: conficiunt quoque ex corpusculis infantium occisorum famosum illud vnguentum suum, quòd Grillandus dicit vocari in Italiâ *vnguentum Paganum*.

ι *Leuitic.* 18. v. 21. *Ps.* 105. v. 37 4. *Reg.* 23. v. 10. *Ierem.* 32. v. 35.
κ *flagellifas scinariorum c.* 15.
λ *d. p* 2. *q.* 1. *c.* 13.
μ *Binsfeld. in l. multi. C. de malef q.* 1.

Dico 3. haut dubiè quando naturalibus venenis vtuntur, æquè possunt (Deo tamẽ permittẽte) bonis hominibus nocere ac malis: de facto tamen sæpius nocent malis & peccatoribus, quàm iustis & bonis. Quoniam Deus plus sæpè iuris tyrannò largitur in mancipia, quàm in Dei filios & amicos: quibus ipsis tamen interdum noceri permittit, propter maius bonum eorummet, qui patiuntur.

ν *Grillan. q.* 7. *n.* 39. *de nat. dæmon. Remig. lib.* 1. *dæmonolat. c.* 2.

De iudicibus & iustitiæ ministris præcipuè quæritur, an & his nocere queant? vulgò decantata & à nonnullis etiam doctis recepta opinio est, ex speciali priuilegio his concesso non posse ν. hi duabus rationibus vtuntur, vnam petunt ab experientia

rientiâ & euentu; sed ista nec perpetua & vniformis est, nec nunquam fallit. aliam rationem addit Ananias, quia si nocere possent iudicibus, viderentur aliquid in ipsum Deum iuris habere, quia ius haberent in illos qui Dei funguntur officio. ratio ista valeret, si absolutè & non limitatè ex Dei permissione id possent: nunc quia potestas ista tota pendet à nutu Dei permittentis, parum solida ratio est. Nonne in ipsum Christum, qui iudex ipsorum dæmonum est, potuit Diabolus & Iudæi atque Romani eius membra, adeò vt & in crucem egerint? nonne Iob, rex erat & iudex, & tamen priuatus cunctis opibus fuit, & vlcere pessimo corpus à dæmone obtectus? quis tamen inde inferat, in Deum ipsum aliquid iuris habuisse dæmonem? sanè nullus, quia sciunt omnes, hoc quicquid potestatis fuit, id desuper à Deo patre luminum fuisse concessum. Sed & sic dari dæmoni nunc posset à summo iudice, & tamen in hunc illi propterea nihil iuris proprij, sed delegati tantum, cõpeteret. Proferuntur quædam exempla, inter quæ Formicarij auctor o 3 de publicâ verò iustitiâ (inquit) omnes malefici, qui supra, verbo & experientiâ testimonium dederunt, quod eo ipso, quo per reipub. iustitiæ officiales capiuntur &c. tim omnis maleficiorum eneruatur potestas. Vnde cùm dnedictus iudex Petrus, antefatum Stadelein, capere vellet puos famulos, tantus tremor manibus eorum incussus est, corporibus, & naribus illapsus tam malus fætor, vt ferè deficrarent, an maleficum inuadere auderent. Quibus iudex aitcurè miserum inuadite, quia publicâ tactus iustitiâ omnes vres perdet suæ nequitiæ.] Niderius itaque censuit, non anhanc vim iudicibus ex priuilegio competere, quàm reo cpto. Si diuinum priuilegium foret cunctis iudicibus cõcessum, cùm Dei perfecta sint operâ, & executionis iustitiæ, tam necessaria, tamque principalis pars sit ipsa captura: non debuisquin & ad illam extenderetur, quare neque ad illudendum tellitibus capientibus maleficium valiturum. Arbitror ponis hîc Petri firmam in Deo fiduciam ei fuisse auxilio, quam uilegium illud. Quid? quod Spængerus ipse refert, & mo-

o lib. vlt.

retulimus, etiam in ipso rogo sententiâ iudicis damnatam lamiam solo anhelitu carnifici lepram intulisse, cùm ipsa leprosa non esset? Et cùm Parisijs ante annos triginta degerem fama publica ferebat famosum Magũ (quem sæpe vidi) nomine Magistrum Goninum, cum propter facinora varia ad laqueũ damnatus fuisset, sic illusisse iudicibus; vt pro ipso viderint appẽsam patibulo, primi Præsidis mulam. Nihil adfirmo, sed hoc famâ dispersum sæpè audiui: certè ille iudicio superuixit.

Prudentiùs itaque Ananias ꝝ hoc priuilegium restringit ad eos iudices, qui hoc digni nomine; qui Deũ præ oculis habentes recte riteque suo funguntur officio. nam quos auaritia exæcat, quos trahit ambitio, quos crudelitas vel vindictæ amor agit, qui curiositate adducti perperã multa designãt; hos, » ait, crebro sic à dæmone excipi & impeti, vt aliquando necem » non euadant, idque non paucis accidisse. Satis hoc verisimile mihi videtur, & diuinæ congruum prouidentiæ atque iustitiæ: peculiaris tamen priuilegij, ne quoad hos quidem, vllum diploma puto exstare. Quamobrem censeo, iudicũ pietatem, firmitatẽ fidei, & iustitiæ zelum hoc à Deo vtplurimũ impetrare, quæ quia desunt quibusdam, etiã eos hoc peculiari scutato Deus denudãs, noxæ exponit. Accedit quod ipsimet dæmones vilissima hæc sua mancipia ignibus tradi, non modò non molestè ferant, sed frequenter etiam iudicibus quasi in manum tradant. cur igitur iudici noceat, qui reum damnari & occidi optauit?

ꝝ d. lib. 4. de nat. dæm.

QVÆSTIO VI.

Cur Deus patiatur sic maleficos rebus sacris abuti?

QVæstionem hanc mouet & soluit Grilland. *q. 6. num. 19.* ego hanc non exiguam vindictæ diuinæ partem existimo, punietis hominum peccata, & sic huius quæstionis candẽ esse solutionem, quæ est sequentis, præcipuam tamen causam puto esse irreuerentiam ipsorum Sacerdotum & clericorum, vasa Domini non eo in honore quo oportet habẽtium, nec se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsos castos & puros à labe peccatorum, vt decebat sanctificatos, exhibentium. sic enim prouocant in caput suum propheticam comminationem α ; *incensum abominatio est mihi. Neomenias, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram. Kalendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. laboraui sustinens, auferam* β *sepem eius, & erit in direptionem; diruam maceriam eius & erit in conculcationem.*] & quotalia innumera in sacris litteris.

α *Esa.1.v.13*

β *Esai.5.v.5*

QVÆSTIO VII.

Cur per maleficia sic Deus permittat dæmonem grassari?

CAusas easdem puto, propter quas solet pati hominem à dæmone inuadi & possideri. hæ ex obseruatione veterum Historiæ possunt multæ colligi : quæ ad duo capita fere possunt reuocari: gloriam Dei & hominum vtilitatem. Quare non est mirandum, si (vt ait apud Bedam S. Cuthbertus) tali tormento non soli subijciuntur mali, sed occulto Dei iudicio aliquoties etiam innocentes, in hoc sæculo, non tantùm corpore sed & mente captiuantur à Diabolo.]

Surius tomo 2 fol. 309.

SECTIO I.

Gloria Dei hinc augetur in nobis, quia sic attributa quædam glorioſa Dei nobis manifestãtur, *Suauitas* in gubernando : quia cùm homini ac dæmoni liberum arbitrium dederit; violentum videretur semper impedire, quod diabolus naturaliter potest & optat summoperè: ideò sinit illum aliquando id perficere. *Clementia* in genus humanũ hinc elucet, quia si quantum vult & potest diabolus nocere permitteretur, nemo illæsus esset, imò & homines omnes occideret; ideò Deus frequentiùs illi facultatem nocẽdi denegat. accedit, quòd nec illos ad pœnitentiam recipere dedignatur, qui se pactis cũ diabolis & datâ syngraphâ dæmoni manciparunt. *Sapientia* elucet, quia cùm diabolum Deus vti sinat, naturalibus suis viribus, efficit tamen vt pater iste superborum ab imbecillis sæpe hominibus, qui quæ Dei sunt sapiunt, superetur; & vt ad sordidissima abiectissimaque ferenda patiendaque se deijciat, qui solus super

super Aquilone conatus fuit locare. *Potentia* elucet, quia quãdo permittit dæmoni maiora (verbi gratiâ, aquam in sanguinẽ vertere, ranas producere) tamen non sinit eum perficere minora (v.g. culices gignere) Quod accidenter demonstrat Deo dæmonem prorsus esse subiectum & sublegem, nec quicquã sine eius posse licentiâ; cui, vt lictor vel carnifex Principi, subseruit secundùm D. Augustinum α . *Iustitia* denique probatur, quia delicta hominum etiam in hac vitâ sic punit : quod quia homini quoque ipsi expedit, ideò hæc ratio ad alterum quoque caput pertinens, mixta est, & in vltimum locum à me reseruatur.

α *comm. in Psal. 77.*

Secundum erat hominum vtilitas. hæc multiplex est. Nam quibus maleficio nocitum, eorum primò patientia exercetur, & constantia roboratur β . Secundò fit cuique palam num Deum diligant, nécne γ . tunc enim qui Deum non diligunt, ad veritas artes confugiunt; qui Deum amant, illi patienter ferunt, & se diuinæ voluntati atque præsidio permittunt δ . tertiò his vera humilitas acquiritur, vt confirmatur exemplo heremitæ cuiusdam apud Seuerum Sulpitiũ ε . quartò sternunt viam facilem ad omne genus virtutum. sic enim contigit B. Iuliano, vt cùm fraude diaboli vtrumque parẽtem occidisset; hæc illi ad meliorem vitam occasio fuerit, sicque in virum sanctissimum euaserit ζ . Quinctò sic fides Catholica confirmatur & propagatur. Nã sic adstruitur fides contra infideles & atheos, qui spiritus & angelos esse negant. Sic enim eos ipsa cõtincit experientia. Quia tales erant, Christo Domino in terris conuersante, Sadducæi ; frequentior trium annorũ spacio de energumenis fit mentio, quam toto veteri testamento, per tot sæcula: & quia in Ecclesiâ primitiuâ similis fuit error Pateticorum, idcirco tam multi tunc per dæmones obsessi & exepti η . Quia hodie atheismus ex Caluinismi radice repullulat, idcircò tot passim maleficorum examina succisa multiplicantur. Deinde contra hæreticorum nostri temporis perfidiam fides nostra stabilitur; cùm videamus dæmonum fraude data per magos damna, ab eorum Symmistis, vt cum Florente

β *Iob 1. & 2*

γ *Deuter 13. v.3. D. August. tract. 7 in Ioan.*

δ *D. Clemẽs Rom. libr. 2. recognition.*

ε *Dialo. 1. c. 14.*

ζ *Marulus li. 2. c. 12 & lib. 4. c. 10. Euangel. li. 6. c. 9.*

η *testantur Tertull. in apolog. & li. ad Scapulam. & D. Cypr. aduers. Demetrianum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquar, prorsùs nulla remediari; sed eò dæmones loco Nouatorum habere adiurationes, quo Iudaicas olim filiorum Sceuæ: hi numero septem, vt simiæ solent, D. Paulum in exorcismis imitabantur: sed insultans illis diabolus, IESVM se nosse, Paullum nosse, ipsos non nosse inclamauit, & energumenus in eos insiliens κατακυριεύσας αὐτῶν, ἰσχυσε καὶ αὐτῶν, sic contra eos prævaluit, & vt dominus mâcipia, nudos & vulneratos effugere coëgit θ. Nónne sic dæmon Wittenbergensis Lutherû in summas angustias, & alui profluuium adegit? narrat historiam oculatus testis, tûc Lutheri seruator Staphylus ι. Nonne sic anno 1582. Birgellis dæmon parochum Lutheranum contemsit & afflixit, quê Franciscanus facilè eiecit? narrat historiâ idem Bredenbach. κ Nonne prius Augustæ Vindelicorum anno 1563. Doctor Simon Pastor Catholicus energumenam liberauit, quod frustrà plures Ministri conabantur? Nónne Augustanæ fuerant conatic testis est idem ille scriptor λ. Nónne Laodunensis energumenæ ex ore dæmon Caluinianos irridens, nihil sibi ab illis timendum clamabat cunctis audientibus (anno 1566.) quoniam amici essent & fœderati μ? res est toti Picardiæ notior, quàm vt negari possit. Sanè fuit animaduersum, & quo tempore Lutherus obijt, in Geilâ Brabantiæ, ab obsessis dæmones ad Lutheri funus aduolasse; & quidem (anno 1566.) Belgica fuit iconoclastia, tum Geilæ, tum Amsterodami, vt Goesijs adessent, obsessos iterû deseruisse? Ipsi vicissim Caluiniani, grati animi ostendendi causâ; Parisijs in D. Medardi tẽplo, in vitreâ fenestrâ, quâ extremi iudicij imago continebatur, vnicum reliquêre dæmonem rubrum (quem ipse vidi); in D. Paulli Londinensis æde, solâ effigiem diaboli, quem D. Michael calcarat; Antverpiæ in æde sumptâ, vidi illam relictam statuam diaboli, qui malo ad sinistrâ latroni insidebat: Ruræmundæ solum simulachrû dæmonis folliculum, qui D. Genouefæ solet appingi: deniq; Lugduni Batauorum cũ excurrerent Franciscan. monasteriû suburbanû euersuri, quãdam, vexilli loco, imaginẽ diaboli prælongo fixã hastili prætulerũt, vt appareret, cui forẽt stipẽdiati, cuius auctorati militiæ.

θ Act. 19. v. 13.
ι Staphyl. in absolutâ respons. contra Smidelin, quo libro qui carent, legant Lindani Dubitantium Dialog. 3 c. 1. vel Bredenbachij lib. 7. collat. c. 40.
κ d. lib. 7. c. 43.
λ d. c. 42.
μ vide acta gallicè fidelissimè conscripta & nõ semel edita, & Vaij Energumenû sive Alexicacum
ν Lindanus libr. 1. de fugiend. idol. c. 14. Bredenbachius d. li. 7. c. 37. & 39.
ξ Lindan. d. lib 1. cap. 15. Bredenbach. li. c. 38.

tur. Quotidie cernimus Dæmones, maleficos, & Nouatores, quasi cõmunibus animis & odijs in Catholicos ferri, grauissimas nanctî Magorũ & diaboli conatus & noxas, vel illos irritos reddi, vel has abolei, Catholicis precationib. benedictionib. aliisque sacratis, sacramentisque, vt fusè probabitur postea li. VI.

SECTIO I.

DEi permissionis causam esse peccati vindictã, & sanè hæc frequẽtissima est. aliquando sic punit Deus peccata aliena, sed hoc rariùs, sic propter B. Eleutherij immoderatam lætitiam, diabolus eius discipulum, quem reliquerat, iteratò inuasit, sic infantulum Diabolus exstinxit, quia parens detrahens Episcopo lubenter auscultarat ρ; & non rarò liberi ipsis immeritis mala parentes imprecati fuerint atrocissimo dæmone mulctãtur; quod tum fit ad sumendã de ipsis parentibus vltionem: exempla præbet Cæsarius σ; à quo & Dion habes, de marito, cuius exsecratione iniquâ permotus Deus permisit vxorem eius à dæmone affligi τ. Sed frequentius atque vt plurimùm, sic per dæmonẽ Deus punit varia hominum facinora propria, præsertim certa quędam quæ hoc loco enumerari, ad multorum vtilitatem arbitror futurum; vt peccati fœditas non mouet, eos atrocitas pœnarum perterreat. Primum ergo est ex superbiâ nascens contumacia in quibus iure obedientia debebatur. propter hanc cælo dęturbati, & Adamus Paradiso exturbatus υ; & Nabuchodonosor sic dementatus, vt se bestiã crederet φ; & Ægyptij puniti malorum Angelorũ immissione χ; propter hãc parentes puniti, illi, de quibus sic Ioannes Archipresbyter Cretæ in Vitâ D. Zenobij Florentini ψ; Cùm mulier quædam nobilis, & illustris, & diues valdè in hac ciuitate, mortuo viro, adolescentes duos superstites haberet filios, quos delicatissimè enutrierat, ad perfectam illi iam peruenissent ætatem, quodam die in matrem verũ, matrem propriam pluribus verberibus enormiter afflixerunt. Quod scelus ipsa impatienter abhorrens, corpori earum horrendis imprecationibus detestata fuit, genibusque procumbens & terram manibus pulsans, Erynnem ceteraſque

ρ D. Gregor. lib 3. Dialo. c. 33
σ D. Gregor. lib. 1. Dial. c. 20.
τ lib. 5. Miracul. ca. 12. & 16.
υ Gen. 3.
φ Daniel. 4.
χ Psalm. 77. vers. 49.
ψ apud Sur. 25. Maij. to 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

teraſque infernas peſtes in rabiem filiorum magno cum gemitu inuocat. Exaudiunt dæmones ab imis tenebris: iuuenes aggrediuntur. illos in furias exagitant; Qui ſtatim vt rabidi canes, mordaciter adinuicem ſua membra corrodunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingens. alij funes, alij cathenas ferunt, ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent. &c.] aliud quod paullopoſt accidit, narratur à D. Auguſtino α, & morbi & liberationis ad reliquias D. Stephani oculato teſte, de decem ſtribus; quod, vt & parentes ſic imprecantes non ferre inuideatis, ex ipſo Paulli libello, quem obtulit D. Auguſtino, præſtat adſcribere α. ſic ergo Paullus ait; Cùm adhuc in patriâ noſtrâ Cappadociæ Cęſareâ moraremur, frater noſter maior grauibus atque intolerandis communem matrem affecit iniurijs: in tantum vt ei etiam manus non dubitaret ferre. Quod nos omnes filij pariter congregati patienter tulimus; vt ne verbum quidem fratri noſtro, pro matre noſtra, cui hoc faceret dixerimus. Illa autem feminei doloris ſtimulis incitata, iniurioſum filium maledicendo punire conſtituit. Cumque ad ſacri baptiſmatis fontem, poſt gallorum cãtus, memorato filio ſuo iram Dei imprecatura, properaret: tunc ei nefarius quis, in patrui noſtri ſimilitudine, vt intelligitur, dæmon occurrit, & ab eâ prior, quò pergeret requiſiuit. Cui illa ad maledicendum filio ſuo ob intolerabilem contumeliam, ſe ire reſpondit. Tunc ille inimicus, quoniam in mulieris infãniente corde locum facilè inuenire potuit, vt omnibus maledicere perſuaſit. Illa autem vipereis inflammata conſilijs, ſacrum fontem prouoluta corripuit, & ſparſis crinibus, nudatiſque vberibus, hoc à Deo potiſſimùm poſtulauit; vt extortes patriâ, & circumeuntes alienas terras, omne hominum genus noſtrorum tereremus exemplo. Mox maternas preces efficax vindicta ſequitur: eundemque continuò fratrem noſtrum ætate & cupâ maiorem, tremor membrorum tantus inuaſit, quãtum me vſque ante hoc triduum, veſtra ſanctitas vidit. Seruato autem ordine, quo nati eramus, ante vnum annum eadẽ nos pœna omnes corripuit. Videns autem mater maledictiones ſuas ad tan-

α *libr. 22. de ciu. Dei. c. 8.*

α *extat inter ſermones Auguſtini nouos, quos Louanij Vlimmerius edidit.*

» altantam efficaciam peruenisse, impietatis suæ conscientiam,
» & opprobrium hominum diutiùs ferre non potuit: sed laqueo
» guttur astringens, luctuosam vitam termino funestiore cõclu-
» sit. Egressi ergo nos omnes opprobrium nostrum non feren-
» tes, & communem patriam relinquentes, passim sumus per di-
» uersa dispersi.] sequitur postea narratio liberationis, post diu-
turnam peregrinationem, & locorum sacrorum visitationem.
Possem addere tertium exemplum ex Alexandri Neapolitani
scriptis β. Nimirum semper implebitur Sapientis prophetia;
» *Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum* (LXX. ver-
» tunt, *senectutem*, Hebr. est; *Likkeath* quod obedientiam signifi-
cat, si deducas à radice *Lakâ*, audire, obtemperare; si à radice
Kasa, significat præstolari seu exspectare. noster ab hac radice
» dedúxit γ, & ideo partum vertit, quia partus siue liberi, est
» spes & exspectatio matrum) *matris suæ, effodiant eum corui de*
» *torrentibus, & comedant eum filij aquilæ*. ad litteram sensus est,
suspendantur in patibulis: per anagogen verò, post obitũ, imò
& in hac vitâ, fiant partes & præda dæmonum.

β *li. 4. Gen. ditr. c. 19.*

לִיקְחַת
יקה
קרה.

γ *Vt & Genes. 49. v. 10.*

Secundum peccatum est, odium proximi seu inuidia: vt enim charitas metatrix est Dei, domicilium præparans Spiritui sancto: sic vitium illi contrarium, domum instruit, & Diabolum inuitat, ac introducit. religiosi cuiusdam periculo, id probat idem Alexander δ: sed firmius testimonium nobis Saul præbet, quem idcirco Spiritus malus ε inuasit. De odio & vindictæ cupiditate, quatuor exempla suppeditat Lisiardus Episcopus *in Vitâ S. Arnulphi c. 24. & 38. & 41. & 42. apud Surium mense Augusto.*

δ *l. d. c. 19.*

ε *1. Reg. 16. v. 14.*

Tertium est carnalis libido, & etiam coniugalis intemperantia; propter quam licuit Asmodeo septem Saræ sponsos ζ interficere; propter quam septem dæmonia Mariam Magdalenam occuparũt η; propter quam B. Paullus Corinthium incæstuosum Satanæ tradidit θ. Et quia ad hanc dirigebatur curiositas ornatus ac dissolutio exterior, ideo puella illa apud D. Hieronym. ι patuit dæmoni per maleficum immisso: ideo videmus, in homines libidinosos, & in actum coniugalẽ; quem

ζ *Tob. 6. v. 7.*

η *Marc. vlt. v. 9.*

θ *1. Corin. 5. v. 5.*

ι *in vitâ D. Hilarion.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem plerique non quo oportet affectu expetunt, nec quo decet pudore & modo exsequuntur; plus licere maleficijs, quam in reliquos peccatores. Ideo curiosam corporis sui cum statuâ Veneris collationem dæmoniacâ obsessione Deus vltus fuit in aliâ puellâ, narrante id B. Prospero κ. Mundo cordi promissa Dei clara visio, impuro cordi dæmonis debetur aspectus & consortium. Valdè hominum obscœnitate dæmon delectatur; & maleficæ omnes Veneris mancipia sunt, nec inter eas vlla virgo permanet: vt nec inter Caluinianos, & alios hæreticos cælibatus osores. Vnde apparet magnam inter Magiam, Hæresim, & libidinem esse cognationem.

κ *libr. de diuid. temp. c. 6.*

Quarto loco sese offert iustorum virorũ, afflictio vel crudelis iniusta & crudelis. ideo tam grauiter punitus fuit Ariolaldus dux Longobardorum *apud Ionam in vitâ S. Bertulphi, apud Augustin.* Boleslaus impius Rex ob necem D. Stanislai, Anathemate ictus, amens factus, à canibus proprijs fuit deuoratus λ. Geila vxor Ducis Franconiæ D. Kilianum iussit occidi. res latebat: sed Deus auctorem hoc pacto prodidit. Vnus eorum, qui sanctos viros gladio peremerat, subitò à dæmone arreptus, ingenti voce clamare cæpit: Kiliane acriter me persequeris. Igne enim consumor: quod feci, cælare non potui. Video imminere mihi gladium tuo sanguine respersum. Talia diu vociferans, & proprijs dentibus se lanians, ad pœnas æternas migrauit. De talibus quippe scriptum est: *Duplici contritione conteres eos Domine.* Alter verò cædis sanctorum conscius in rabiem versus, gladio se petijt, effusisque visceribus, per tormenta præsentis temporis ad æterna pœnas migrauit. Quisnam Geila talia cernenti tibi sensus tunc erat, infelix cruciatibus aucta furebas. Non multo post & ipsa bellua de qua loquimur, cruciatibus arrepta, quantis poterat vocibus clamabat: iustè torqueor, quæ sanctis viris tortores adhibui. Rectè crucior, quæ cruciatus illis paraui. Acriter insequeris Kiliane, ignem accendis Kolimanne, fomenta ministras Totnane. Sufficiat vobis vicisse, nimis vestras vlciscimini iniurias. A calice dictus es Kiliane, sed nimis amaram mihi potionem infudis. His dictis miserabiliter torquebatur, ita vt à multis teneri vix posset. Tandem cum magno cruciatu ad cruciatum Diabolo paratos migrauit.] Hactenus auctor Martyrij B. Kiliani μ. Item calumniosa eorumdem accusatio, vt de feminâ pater, quę D. Gregorium Agrigentinum fuit calumniata, vt in Historiâ vitæ eius legitur apud Metaphrast. *Sur. mens. Nouembri*: & de alia narrat Cirillus in vitâ S. Danielis Stylitæ, quæ virum sanctum mendaciter infamarat. [*Surius mense Decembri*:] Paullo post idē ibi narrat de viro & feminâ & liberis occupatis à dæmone propter patris in sanctum calumniam. Item maledictio in sanctos, vt in Malachiam, teste D. Bern. in eius vitâ.

λ *Surius in eius vitâ. 10. Maij 8.*

μ *apud Surium 10. 4. Iulij 8. vide comment. P. Serrarij in hanc vitam.*

Quinctum peccatum est agnitæ veritatis impugnatio, vt apud Apostolũ ν, & in Canonibus ο: neenõ apostasia à fide, quod cuiusdam feminæ exemplo cõprobauit D. Ciprian. ϖ Sextum, his temporibus (proh dolor!) frequẽtissimum est blasphemia, propterquam D. Paullus Alexandrũ & Hymenęũ dæmonii torquẽdos permisit ρ. Thomas Waldẽsis testis oculatus, quæ ipso præsente acta, circiter ann. 1384. narrat in hunc modũ: Historiam refero, quam ego præsens vidi oculis carnis meæ; in cathedrali Ecclesiâ S. Paulli Londini, vbi venerãdus Cantuariensis Antistes, felicis recordationis Thomas Arundelius filius & frater Comitum, pro loco iudicij (assistẽtibus sibi Norwicensis Ecclesiæ, tunc Præsule Alexandro, & alijs) residens Episcopali sede, verba quædam & interrogationes proponebat, de fide Eucharistiæ, ad quendam sartorẽ, de partibus Wigorniæ deprehensum in hęresi. Cũque flecti omnino non posset, nec aliud quã benedictũ panem, sacratissimã hostiã vocare, nec credere; tandem iussus facere reuerentiam hostiæ, respondit blasphemus: Verè, inquit, dignior est aranea & horrida visu aranea, ad os blasphemi directo filo peruenit. Et dum sartor loqueretur, vt intraret per polluta labia aranea; follicitè laborabat. Adstitit Illustris Princeps Thomas Oxonienſis dux, tunc regni cancellarius, & vidit prodigium.

ν *2. Thess. 2. v. 10.*

ο *ca. vlt. 26. q. 5.*

ϖ *ferm. de lapsis.*

ρ *1. Timo. 1. v. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gium. At prędictus Archiepiſcopus ſtatim ſurgens cũ alijs, ex-
ponit omni illic collecto populo, quid vltrix manus domini
faceret in blaſphemũ σ.] Nonne veriſimile eſt, dęmonem in
araneæ formâ, ſic iſtũ miſerum obſediſſe? Sophronius τ blaſ-
phemiæ in Deiparam inſignem vltionem recenſet, hiſce ver-
bis; In hac (*Heliopoli Phœniciæ*) mimus quidam erat, Gaianus
nomine, qui in theatro ſanctam Dei genitricem blaſphemiis
populo ſpectaculum blaſphemiæ præbebat. Apparuit autem
ei S. Dei genitrix; Noli quæſo, noli ita lædere animam tuam.
Ille verò rursùs deteriùs illam blaſphemabat. Vnde ipſa terri-
ei apparens, eadem repetebat. Cùm autem ille ſe non corrige-
ret, ſed plus quoque blaſphemijs adijceret; meridie dormien-
ti ſibi apparuit, nihilque dicens, digito ſignauit eius manus &
pedes. Euigilans autem inuenit ſe truncatum manibus & pe-
dibus. Atque ita infelix, vt truncus inutilis iacens, contemne-
tur omnibus, cuius rei gratiâ, & quomodo hoc paſſus eſſet.
vtque propter blaſphemias clemẽter cruciatus fuiſſet.] Quo-
ipſi Beati ſic per ſe puniunt, an non credendum malis ſpiritu-
bus ad vexandum à Deo propter idem peccatum traditis? Si-
lia narrant alio tempore accidiſſe Conſtantinopoli Nicepho-
rus υ, Neomagi & alibi Bredenbachius *lib. 7. c. cap. 360.*

Septimum non minùs frequens, eſt execratio ſeu impre-
catio mala, qua quis ſub conditione ſe dæmoni addicit. Non
non irritam eſſe ſolere, docent quæ ſubiungam. Ioan. Nider
iſta commemorat φ: Tempore, quo in vniuerſitate Colo-
nienſi ſacræ Theologiæ ſtudio adſcriptus fui, quædam virgo
quindecim vel ſedecim annorum, moribus ſecundum ſæculum
ſatis compoſita, in domo cuiuſdam ſuæ conſanguineæ nutri-
batur, extra domum parentum. Cumque cognatæ ſuæ cyphum
ſatis vilem terreum quendam, à caſu fregiſſet, cognata ira re-
plebatur in lapſus negligentiam, & in ream virginem. Quę
virgo tanto hoc moleſtiùs tulit, quanto vaſculum viliùs exti-
tit. In iram ergo commota virgo, horâ ſumendi cibum, nec co-
medere, nec ad menſam præ irâ ſe præſentare voluit. cuius cy-
gnata ait: Oportet vt comedas. at virgo apud ſe (vt mihi poſtea

σ *Thomas Waldenſ. lib. Sacramẽtali cõtra Io. Wicleph. τ Prati ſpiritual. c. 47.*

υ *lib. 18. hiſt. c. 33.*

φ *lib. 5. Formicarij.*

» & exorciſtæ retulit ſuo) huiuſcemodi verba ſubmurmurando
» dicebat; ſi me oportet edere, in nomine diaboli fiat. ſic men-
» ſam acceſſit, benedictionem menſæ, quam benè ſciebat, dicere
» neglexit: & in primo morcello, vt putabat, muſcam ori illatam
» ſenſit: quam cùm nullâ arte eijcere valeret, deglutiuit, & im-
» mediatè obſeſſa fuit: ſemper tamen vſum rationis bonum ha-
» buit, licet ſæpè ſatis vexaretur à dæmone. Cùm autem in do-
» mum parentum cum magnâ mæſtitiâ reduceretur, & diutiſſi-
» mè nullus reperiretur; qui liberare poſſet: tandem quidã fra-
» ter noſtri ordinis, nunc Magiſter Gotfridus Schluſſel, Sacræ
» Theologiæ profeſſor, calamitati parentum & puellæ compa-
» tiens, ſe in eius exorciſatione intromiſit, pacto tali pręuio: vt ſi
» liberaretur, nihil terreni exorciſtę daretur; ſed puella in caſti-
» tate ſolitâ, ſi vellet, liberè, & non in matrimonio de cętero Deo
» militaret. Legit igitur pater prędictus miſſam, obtulit obſeſſa
» oblationem conſuetam, in eadem adfuit per totam, & in nullo
» vexari videbatur. Finitoque officio, poſt ſatis diutinum exor-
» ciſmi actum, membris omnibus virginei corporis penè prę-
» contuſis, exijt dęmon, & ita virgo deinceps Domino in caſti-
» tate ſeruiuit.] vides hic imprecationem & prętermiſſam men-
ſę benedictionem ex iracundiâ & contemptu; vides pœnam;
vides liberationem, mediante miſſę oblatione, propoſito vir-
ginitatis & exorciſmo. ſine hęretici rideant, tu tam ſalutaria ne
contemne. Paulloante aliud idem Niderius retulerat, de infi-
gni illo maleficarum iudice, Petro, de quo non ſemel locuti
» ſumus. Poſtquam, *inquit*, officium reſignauit, & ciuitatẽ Ber-
» nenſem reintrauit, ibique domicilium tenebat: die quadam
» rediens ad caſtrum Blanckenburg, vbi cognatus eius in ipſius
» officium ſubſtitutus fuerat, in eodem caſtro Petrus quędã ne-
» gotia apud ſibi notos expedire volebat. Tunc vna malefica, &
» quatuor cõſortes eiuſdem malitię viri, de fero in loco vno ma-
» chinamenta ſuę artis voluentes pro viribus, vt Petrum graui-
» ter veneficijs lęderent vel occiderent, quem hęc latebant frau-
» dis commercia. Adueniente igitur nocte, Petrus ſe benedicẽ-
» do crucis ſigno cubitum iuit: ſed nocte omnino ſurgere pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

posuit ad scribendas quasdam necessarias epistolas, vt manè recedere à loco valeret. Euigilans igitur intempestâ nocte sibi videbatur ex inopinatò quod dies adesset, luce deceptus fictâ; de quo in se iratus, quia, vt putabat, noctem neglexerat, non se, vt debuit, muniendo more solito, vestimentis induit, per gradus altos versùs locum, vbi pugillarem habuit, descendit, & locum clausum reperit. De quo maiore irâ exardescens, cum murmure per gradus quos descenderat versùs lectũ ratò scandebat, emittendo vnicâ ex indignatione maledictionem, per verbum satis breue, ac si diceret; In nomine diaboli. Et ecce statim in tenebris densissimis Petrus, proiectus est præceps per graduum prædictorum passus adeò grauiter, vt famulus qui desubter schalam in commodo dormiebat excitaretur, & exiens quid adesset cõspicere volens, dominũ lumen Petrum accenso lumine solum in terrâ, priuatum ratione vitæ, iacentem, & collisum per omnia membra, sanguinẽ plurimũ è corpore emittentem reperit.] subdit post aliquod tempus confessione rei vnius compertũ quatuor maleficos, cũ vnâ maleficâ, sic Petrum gradibus deiecisse. Nota verò & hîc, quã nexia. Crucis consignatio neglecta Petro fuerit. Digniũm lectu sunt tres Historiæ à Germano quodam I. C. fuæ de Lamijs disputationi χ insertæ, quas totidem verbis adscribo, ne, si meis, videar aliquid non bonâ satis fide repræsentasse. Ioachimo (ait) I. Electori Brandeburgico nupta fuit Louanis Daniæ Suueciæ & Noruegiæ regis filia Elizabetha; cui vt alimenta se mortuo regina haberet, oppidum Spandaco-Sueui & Haueli flum. confluẽtem maritus attribuit; in quo oppido ipsâ adhuc viuente miles quidam, per Marchiam itinerans, cùm morbo impeditus detineretur, decumbens, tradidit crumenam pecuniâ refertam hospitæ asseruãdam. Post aliquot dies, cùm conualescit, repetit saccum. Mulier auara cum ægrè tantam pecuniam amitteret, deliberat cum viro, vtrum reddere debeat. Ineunt consilium, vt mulier neget depositum. Quare cum miles suum repeteret, illa confidenter negat, se quidquam accepisse. simulat se mirari impudentiam militis, quo

χ *libr. 1, de Lamijs. c. de malitiâ diaboli.*

» qui ausit flagitare, cùm nihil dederit asseruandum. Miles, in-
» dignitate rei motus, obijcit vicissim hospitæ perfidiam. Qua-
» re maritus, tanquam defensurus suam coniugem, extrudit mi-
» litem domo. is antè fores irritatus scelere hospitæ stringit gla-
» dium, veluti impetum facturus in virum, & ferit ianuam.
» Hospes implorat fidẽ vicinorum, & queritur suas ædes oppug-
» nari. accurrunt lictores, & militem, quòd vim publicam fe-
» cisset, abducunt in carcerem. Post aliquot dies senatus oppi-
» di alio mittit narrationem facti, & sententiam perscribi petit.
» Constabat ædes publicè oppugnatas esse. quare fertur sen-
» tentia, vt miles vltimo supplicio afficiatur. Cumque iam in-
» staret dies iudicij, venit diabolus in carcerem ad captiuum,
» indicans ei, quam sententiam iudices laturi sint, & pollice-
» tur se hoc periculo eum liberaturum esse, hac conditione, vt
» se diabolo dedat. Miles constanter respondet se potiùs mori-
» turum esse, quamuis sit innocens. Cùm verò diabolus verbis
» malitiis exaggerasset periculum, nec tamen inflexisset mili-
» tis animum; tandem pollicetur ei liberationem, sine vllâ cõ-
» ditione. Et, cùm veneris, inquit, in iudicium, die te imperi-
» tum esse forensium negociorum, & patrono indigere. ibi asta-
» bo cæruleo pileo tectus, & ornato pennis. Pete igitur, vt me iu-
» beant causam dicere. Miles, qui hoc sine impietate facturus
» videbatur, ait se hoc consilio vsurum esse. Postridie in iudiciũ
» ducitur. adest etiam orator tectus cæruleo pileo. ibi, cùm a-
» dior peteret militem, propter vim publicam, capitali suppli-
» cio affici; miles respondit, se imperitum forensium negotio-
» rum petere, vt liceat isti suo aduocato pro se dicere. conce-
» dunt iudices. Ibi diabolus de iure eruditè disputat: non esse
» capitali supplicio afficiendum eum, à quo non sit ortum rixæ
» & tumultus initium. ait ab hospite militem vi extrusum &
» spoliatum esse. iubet quæri saccum, & locum monstrat. Ibi cũ
» hospes vehementer negaret, addens etiam diras imprecatio-
» nes, vt ipsum, abreptum, diabolus perderet, si feciisset. Hanc
» imprecationem cum inuocatione diaboli cùm aliquoties re-
» petiuisset: ibi causidicus, omissâ iam disputatione forensi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

adoritur hospitem,& comprehẽsum per fenestras & medium
forum, omnibus perhorrescentibus,cum fragore abducit,nec
postea vnquam corpus hospitis inuentum est.] En hic auari-
tiam imprecationum causam & iniustitiæ, quomodo Deus
vltus per carnificem suum. Pari terrore, sed meliore succes-
miles Hispanus hîc in Belgio ante annos viginti duos, cùm
adhuc sæculo mererem, à Deo commonitus tantum fuit. Ca-
pitaneus Brauo vocabatur,sæpè à me visus. deditus supra mo-
dum aleæ, & in ludo diras iacere in se iuxta atque alios pro-
nus. quadam die,cum damnosi semper numeri lucrum iacta
quærenti subsilirent; irâ efferuescens in caput suum diriffima
precabatur:& subitò coram multis qui aderant, ab inuisâ ma-
nu,ad tabulatum vsque sublatus, post aliquod tempus mor-
tuo quam viuo facie similior in solum deponitur. felix ii vt
lurorem cadaueroſum toto post vitæ tempore retinuit, dic re-
sipiscens lusus auiditatem deposuisset. Sed pergit ille I. C. in
Silesiâ (inquit) quidam nobilis, cùm inuitasset conuiuas, &
horâ conuiuij iam instante,& apparatu facto, ipe fruſtratus es-
set,excusantibus se conuiuis, cur non comparerent, prorup-
iratus in hæc verba: veniant igitur omnes dæmones, si nullus
hominum mecum esse potest. His dictis domo egreditur in
templum,vbi pastor Ecclesiæ,concionem habebat, &, vt in-
cundiam concoquat,auscultat aliquamdiu: dum verò in tem-
plo moratur,veniunt equites in aream domus magni & nigri
& iubent seruum domus,vt dominum suum aduocet, eique
significet adesse hospites. Seruus consternatus abit in templ
& indicat hęc domino suo: qui nescius consilij pastorem con
sulit.. Pastor abrumpens concionem, hoc cõsilium dat, vt to
familia domo exeat.quod cùm fieret & famuli ac ancillæ pre
perarent,fortè obliti infantem in cunis iacentem & dormi
tem secum non auferunt. Dæmones incipiunt comessari &
vociferari,prospicereque per fenestras formis vrsorum, lupo
rum, felium & hominum, & monstrare pocula vino repleta,
assaturas,& pisces. Hæc vicini,nobilis, pastor,& alij cùm vide
rent; Ah,inquit pater, vbi infans meus? vix cùm hæc dixisset

» vnus ex dæmonibus vlnis suis infantẽ ad fenestras gestat,quasi
» monstraturus parentibus. Nobilis prorsùs consternatus & so-
» licitus de incolumitate infantis,fidum habens seruum, quem
» interrogat;quæso tu die,quid agam? Seruus, Domine inquit,
» commẽdabo & committam vitam meam Deo meo, & in no-
» mine Domini ingrediar,& vt infantem auferam auxilio & be-
» neficio Dei videbo. Benè,inquit nobilis,Deus tecum sit,& iu-
» uet te,animumque tibi confirmet. Seruus accepta benedictio-
» ne à pastore & reliquis,ingreditur,& ante conclaue, in quo e-
» rant dæmones congregati, procidit in genua, & se Deo com-
» mendat,& hoc animo aperit ianuam,& videt dæmones horri-
» bili specie sedentes, stantes, obambulantes, serpentes, & vno
» impetu accurrentes ad se & vociferantes; Hui, Hui, tu quid
» hîc tibi? Ille sudans, & tamen diuinitùs confirmatus alloqui-
» tur dæmonem,qui infantem gestabat: Tu,inquit, mihi infan-
» tem trade. Nequaquam, respondet iste, iam meus iste est in-
» fans,die domino tuo, vt veniat & accipiat infantem. Cui ser-
» uus,Ego fungor iam officio meæ vocationis, in quã me Deus
» collocauit,& scio quicquid in hoc officio facio, id Deo gratũ
» esse. Quare ratione mei officij, & auxilio, nomine & virtute
» IESV Christi aufero abs te infantem,& patri eius restituo.atq;
» ita ipse apprehendit infantem & brachijs suis amplexus est.
» Illi nihil aliud respondent,nisi vociferantes; Hui nebulo, hui
» nebulo relinque infantem, relinque, alioqui te discerpemus.
» ille nihil curans minas Diabolicas abijt incolumis, & incolu-
» mẽ infantem patri nobili reddidit. Dæmones postea aliquot
» diebus elapsis euanuerunt, vt in ædes denuo migrare tota fa-
» milia nobilis potuerit.] vides inconsulti dicti,quas pœnas pa-
ter dederit: vides dæmonis potestatem in innocentem puerum
re & ceteris accepisse, hoc est promiscuè à sacerdote & cleri-
co, commentum suspicor Lutherani hominis, & discrimen
ordinũ confundẽtis. Sequitur tertia narratio; In Saxoniâ vir-
go opulenta formoso iuueni, at tenuioris fortunæ matrimo-
nium promisit. Hic quid futurum præuidens, illam prædiui-

tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem & sexus ratione mutabilem; fidem vix seruaturam esse puellæ respondit. Illa contra diris se execrari his verbis cæpit, si alteri, quàm tibi nupsero, tunc me diabolus in nuptijs illis abripiat. Quid fit? post interuallum aliquod mutat animum, nubit alteri priore sponso spreto; qui eam semel atque iterum promissi diræque imprecationis admonuit. Sed illa posthabetis his omnibus, nuptias cum altero sponso, relicto priore celebrat. Ipso die nuptiali, cognatis, amicis, & cõuiuis hilaribus, sponsa, vigilante conscientiâ, redditur tristior solito. Tandem diaboli duo sub specie duorum equitũ in ædes nuptiales ueniunt, excipiuntur, adducuntur mẽsæ, hisque remotis, chorææ, vnique ex his sponsa, honoris causa, tanquam peregrina adiungitur; cum quâ bis saltauit, & tandem eam è conspectu parentum & amicorum, summo cum gemitu & lamentatione, per ostium, in altum sustulit. Altero die parentes & amici mæsti, sponsam quærunt, vt delapsam fortè sepelirent: sed ecce ijdem socij occurrunt, vestes & aurum referentes, additis his verbis; Non in has res, sed in sponsam à Deo nobis fuit potestas concessa.] sic illa corpore & animâ diabolo tradita, quæ promissionem nuptiarum violauit, & imprecationem addidit, contempsit. Aliud denique exemplum de quodam in matrimonium ducturo refert Nauclerus, qui cum maledico, sibi insaniam imprecante; & mox furore correptus his omnibus, nuptias cum altero sponso, relicto priore celebrat. Ipso die nuptiali, cognatis, amicis, & cõuiuis hilaribus, sponsa, vigilante conscientiâ, redditur tristior solito. Tandem diaboli duo sub specie duorum equitũ in ædes nuptiales ueniunt, excipiuntur, adducuntur mẽsæ, hisque remotis, chorææ, vnique ex his sponsa, honoris causa, tanquam peregrina adiungitur; cum quâ bis saltauit, & tandem eam è conspectu parentum & amicorum, summo cum gemitu & lamentatione, per ostium, in altum sustulit. Altero die parentes & amici mæsti, sponsam quærunt, vt delapsam fortè sepelirent: sed ecce ijdem socij occurrunt, vestes & aurum referentes, additis his verbis; Non in has res, sed in sponsam à Deo nobis fuit potestas concessa.] sic illa corpore & animâ diabolo tradita, quæ promissionem nuptiarum violauit, & imprecationem addidit, contempsit. Aliud denique exemplum de quodam in matrimonium ducturo refert Nauclerus, qui cum maledico, sibi insaniam imprecante; & mox furore correptus his omnibus, nuptias cum altero sponso, relicto priore celebrat. Ipso die nuptiali, cognatis, amicis, & cõuiuis hilaribus, sponsa, vigilante conscientiâ, redditur tristior solito. Tandem diaboli duo sub specie duorum equitũ in ædes nuptiales ueniunt, excipiuntur, adducuntur mẽsæ, hisque remotis, chorææ, vnique ex his sponsa, honoris causa, tanquam peregrina adiungitur; cum quâ bis saltauit, & tandem eam è conspectu parentum & amicorum, summo cum gemitu & lamentatione, per ostium, in altum sustulit. Altero die parentes & amici mæsti, sponsam quærunt, vt delapsam fortè sepelirent: sed ecce ijdem socij occurrunt, vestes & aurum referentes, additis his verbis; Non in has res, sed in sponsam à Deo nobis fuit potestas concessa.] sic illa corpore & animâ diabolo tradita, quæ promissionem nuptiarum violauit, & imprecationem addidit, contempsit. Aliud denique exemplum de quodam in matrimonium ducturo refert Nauclerus, qui cum maledico, sibi insaniam imprecante; & mox furore correptus

S. Engelberti Colonienſ. lib. 2. c. 14 apud Sur. menſe Nouembri. Hist.

etiam referendũ est, quoddã de Goduino comite, qui eũ pœnitentiis patrisfam. postulasse; eâ recusatâ iniecisse sortem, & domesticos omnes in rabiem actos obijsse furiosos ω.

ω *lib. 3. dæmonoman. c. 25.*

Decimum, sit irrisio sacrorum mysteriorum, & quod eodem pertinet, abusus atque contemptus cærimoniarũ & sacramentorum Cathol. Ecclesiæ. Vlciscitur Deus quotidie, & pergunt hæretici contemnere. quædam de singulis accipite. de Batauo per ludibrium Missæ sacrificium imitante anno 1574 & dirè mulctato, legendus Bredenbachius α; Nouatum constat cò quod nec chrysma nec exorcismos in baptismo percepisset, à maligno vexatum β. Scribit Victor Vticensis γ Proculum quædam Arianũ, qui de pallis altaris camisias sibi & femoralia faciebat; frustratim sibi vorasse linguã (haut dubiè obsessum) & sic turpissimâ morte cõsumptum. Donatistas Eucharistiam effundentes, quib. eã obiecerãt, canes inuasere δ, teste Optato. Multos suo tempore ob indignam Eucharistiæ perceptionem immundis spiritibus adimpletos, nobis est auctor D. Cyprianus ε, & memini me duo illustria legere exempla apud Greg. Turonensem, & in vitâ S. Godefridi Ambianensis ζ episcopi. Turonensem aferibere illud Greg. Turonensis. Epachius (inquit) presbyter dum temerè, quæ indignus erat, agere præsumpsisset, duino iudicio solo proiectus, occubuit. Hic enim dũ Domini Natalis vigilias celebrare Ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi eum post gallicantum in ipsâ nocte vidisse in illo Ricomagensi, iuxta sæculi dignitatem, haberetur nobilior, celebrare Missarum solennia expetitur. Nec dubitabat

α *lib. 1. collat. c. 39.*
β *Eusib. lib. 6. hist. c. 33.*
γ *lib. 1. de persecut. Vãdal.*
δ *lib. 2. contra Parmenian.*
ε *sermon. de lapsi.*
ζ *Greg. Turonen. lib. 1. de glor. martyr. c. 87 Surius 8. Novembr. in vitâ S. Godefridi lib. 3. c. 12.*

† *Bredenbachius libr. 6. collat. c. 25.*

Nonum reputo, duritiam & immisericordiam in pauperes. Notatum à quodam, sagas; quibus à Satanâ semper nocendi necessitas imposita est; si desint quos vlciscantur inimici, eleemosynam mẽdicare: & si quis facultate præditus ad erogandũ, & sagas esse nescius, denegarit, hunc in magno versari periculo. hc Pictauij anno 1567 duo magi cõfessi sunt se quadam die, squalidos egentesque stipem ante fores prædiuitis patrisfam. postulasse; eâ recusatâ iniecisse sortem, & domesticos omnes in rabiem actos obijsse furiosos ω.

ω *lib. 3. dæmonoman. c. 25.*

Decimum, sit irrisio sacrorum mysteriorum, & quod eodem pertinet, abusus atque contemptus cærimoniarũ & sacramentorum Cathol. Ecclesiæ. Vlciscitur Deus quotidie, & pergunt hæretici contemnere. quædam de singulis accipite. de Batauo per ludibrium Missæ sacrificium imitante anno 1574 & dirè mulctato, legendus Bredenbachius α; Nouatum constat cò quod nec chrysma nec exorcismos in baptismo percepisset, à maligno vexatum β. Scribit Victor Vticensis γ Proculum quædam Arianũ, qui de pallis altaris camisias sibi & femoralia faciebat; frustratim sibi vorasse linguã (haut dubiè obsessum) & sic turpissimâ morte cõsumptum. Donatistas Eucharistiam effundentes, quib. eã obiecerãt, canes inuasere δ, teste Optato. Multos suo tempore ob indignam Eucharistiæ perceptionem immundis spiritibus adimpletos, nobis est auctor D. Cyprianus ε, & memini me duo illustria legere exempla apud Greg. Turonensem, & in vitâ S. Godefridi Ambianensis ζ episcopi. Turonensem aferibere illud Greg. Turonensis. Epachius (inquit) presbyter dum temerè, quæ indignus erat, agere præsumpsisset, duino iudicio solo proiectus, occubuit. Hic enim dũ Domini Natalis vigilias celebrare Ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi eum post gallicantum in ipsâ nocte vidisse in illo Ricomagensi, iuxta sæculi dignitatem, haberetur nobilior, celebrare Missarum solennia expetitur. Nec dubitabat

α *lib. 1. collat. c. 39.*
β *Eusib. lib. 6. hist. c. 33.*
γ *lib. 1. de persecut. Vãdal.*
δ *lib. 2. contra Parmenian.*
ε *sermon. de lapsi.*
ζ *Greg. Turonen. lib. 1. de glor. martyr. c. 87 Surius 8. Novembr. in vitâ S. Godefridi lib. 3. c. 12.*

† *Bredenbachius libr. 6. collat. c. 25.*

Nonum derit, ideoque permittat lædi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſer vino madefactus appetere, quod ieiunus quiſque non ſine metu poteſt terrente conſcientiâ explicare. Verùm vbi explicitis verbis ſacris, confracto Dominici corporis ſacramento, & ipſe ſumſit, & alijs diſtribuit ad edendum: mox equinus hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac ſpumas cum ipsâ myſterij ſacri particulâ, quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proijciens, inter manus ſuorum ad Eccleſiâ deportatur. Nec caruit vltra hac epilepſiæ infirmite, ſed per ſingulos lunares curſus incrementis decrementa que hæc ſemper pertulit, quia ab hauſtu nimio vini minuere infelix abſtinuit.] hunc epilepticum energumenum fuiſſe dicat hinnitus equinus: & meritò, qui ſicut equus & mulus corpus Domini non diiudicauit. Huc pertinet contemptor excommunicationis. Cùm D. Hugo Epiſcop. Lincolniensis quoſdam contumaces excommunicaſſet; nec magnificere illi ſubitò nõ cõparuerunt. Militem alium ob eandem causam diabolus nocte ſequente inuaſit, & animâ ſubitò extorſit. Alios quoque ab eodem excommunicati à diabolo præfocati fuere. [*de quibus lege Vitam ab æquali eius ſcriptam cap. 23. apud Surium, tom. 6.*]

Vndecimum eſt templorum & ſacrarum rerum direptio & expilatio. Pet. Cluniacenſis poſtquam multa, quæ in hoc genere palam & frequenter à Matiſconenſi quodam Comite fuerant commiſſa, recenſuit, infelicem eius & horroris plenum de vitâ migrationem in hunc modum commemorat [a]: Cuius rorem & correctionem noſtrorum hæreticorum: cùm ſolemni die, Matiſcone in palatio proprio reſediſſet, eumque multitudo tàm militum, quàm diuerſi ordinis circumſtaret: repente ignotus homo equo inſidens per palatij oſtium ingreſſus, omnibus conſpicientibus & admirantibus, vſque ad ipſum equitando peruenit. Cumque ei aſtaret, ſe ei velle colloqui dicens, vt ſurgeret, ac ſe ſequeretur, non tam monuit, quàm impulit. At ille inuiſibili potentiâ conſtrictus, nec iam reſiſtere valens ſurrexit, atque vſque ad oſtium domus proceſſit: vbi equum paratum inueniens, eumque ab eo conſcendere iuſſus, ab-

[a] *libr. 1. mirac. c. 1.*

» dit. Cuius ſtantis habenas ille arripiens, ſtatim cum velociſſimo curſu per aëra ferri cunctis conſpicientibus cæpit. Cumque immenſo eius clamore ac miſerabili eiulatu tota ciuitas » commota ad tam inuiſum ſpectaculum concurriſſet; tamdiu » eum per aëra currentem attoniti conſpexerunt, quamdiu naturali oculorum acie eum ſubſequi potuerunt. Qui cùm eum » diu ſuccurrite ciues, ſuccurrite, vociferantem audirent, nec iuuare valerent, ſubtractus tandem viſibus hominum, æternus » quemadmodum meruerat eſt factus ſocius dæmoniorum.] Sic iſte direptiones & ſacrilegia ſua luit in hac & in ſequenti vitâ. Huius mores poſtea imitatus Otgerius quidam Oeconomus, quia non tam grauiter deliquerat, in hac vitâ fuit ſeuerè admonitus, vt futuræ, ſi ſaperet, vitæ ſupplicium effugeret. ſubdit enim Venerabilis idem Abbas; dum hic portam, quâ miſer ille Comes abductus fuerat, & quæ poſtea ſemper obſtructa manſerat; conatur aperire; Ecce inuiſibiliter à Diabolo » raptus, ac videntibus, qui aderant multo in aëra ſpacio ſublatus, ſed confeſtim dimiſſus corruit, eiuſque corpore grauiter collifo, brachium quoque illius ſubitâ ruina confregit.] Duo alia exſtant exempla lib. 3. vitæ S. Remacli quæ apud Surium mẽſe Sept. legi poſſunt. Ego addam quinctum exemplum pœnæ, quam milites poſt obitum perpeti, qui manus ab expilatione templorum non abſtinuerant, in gratiâ tamen deceſſerant, viſione quadam idem auctor declarat: quam ille vt certiſſimâ fide compertam doceat, multa addidit, quę cenſui prætermittenda, potuit illa poni libro præcedenti, capite de Spectris mortuorum, ſed non incommodè hîc recenſebitur: eo quòd varię quoque pœnæ hic & ſupplicia eorũ narrantur, qui vt Matiſconenſis ille comes ſacrilegi fuere. Itaque Petrus Venerabilis inducit ipſum qui viderat Petrum Engelbertum Monachum iam, & à ſęculari ad ſpiritalem militiã digreſſum » ſic loquentem [b]: Tempore quo Rex Aragonenſis Alfonſus, » regnum maioris Alfonſi Hiſpaniarum Regis iam mortui obtinebat, contigit vt contra quoſdam, qui in regione, quæ Caſtella dicitur, ei repugnabant, exercitum commoueret, & vt de ſingu-

[b] *lib. 1. miracul. c. 28.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de singulis regni sui domibus, singuli illuc pedites vel equi-
tes dirigerentur, edicto sanciret. Ego edicto coactus, vnum ex
mercenarijs mercede mihi seruientibus, Sancium nomine, ad
exercitum destinaui. Paucis post diebus decursis, omnibusque
qui expeditioni illi interfuerant ad propria redeuntibus,
ipse quoque domum reuersus est. Non longo deinceps tem-
pore elapso, more humano, morbo correptus, nec diu cũ mor-
bo luctatus, defunctus est. Inde post quatuor ferè menses, eo
quo è vitâ decessit, dũ apud Stellam in domo meâ hyemali re-
pore, iuxta ignem in lecto iacerem, subitò iam dictus Sancius
circa mediam noctem mihi adhuc vigilãti apparuit. Qui igni
assidens, & carbones, quasi ad calefaciendum vel ad clarificã-
dum, huc illucque reuersans, multò magis se mihi cognoscẽdo
lem demõstrabat. Erat autẽ nudus & absque omni vestitu, ex
cepto paruo vilique tegumento, quo velut inhonestiora cor-
poris obuelabat. Quem cùm vidissem; quis, inquã, es tu? at ille
humili voce; Ego sum, inquit, Sancius famulus tuus. quid in-
quã, hîc agis? vado, inquit, Castellã, iterque meũ multus exor-
citus comitatur, vt vbi deliquimus, ibi & delictis pœnas dem-
tas exsoluamus? Et, cur, inquam, huc diuertisti? Est, inquit,
mihi spes venię, &, si misereri volueris celeriorem mihi re-
cõparare poteris. Quomodo, inquam? Quando, inquit, ma-
expeditioni quam nosti interfui, hostili inuitatus liceat
Ecclesiam quãdam cum quibusdã socijs inuasi, quæ intus
inuenta diripui, vestimenta insuper Sacerdotalia mecum
diens asportaui. Pro quo specialiter diris pœnis subiectus
fligor, & remedium à te, sicut à domino meo, quamis pos
precibus expostulo. Nam poteris mihi subuenire, si bene
spiritualibus me studueris adiuuare. Rogo insuper, vt d
nam meam, vxorẽ tuam, ex meâ parte, mea functus vice de
ceris, ne octo solidos, quos pro seruitio meo mercenario
mihi debebat, reddere iã moretur, & quod necessitatibus
nis, si adhuc viuerem, reddidisset, animæ meæ longè ampli
his egenti, erogando eos pauperibus, largiatur. Iam ego
eius collocutione multo magis animatus; quid, inquam,

» cinere nostro Petro Deiocâ nuper defuncto actũ est? Rogo,
» si quid de illo nosti, aperias? Illũ, ait, opera misericordiæ fre-
» quẽter quidẽ, sed maximè præteritæ famis tempore, impensa
» pauperibus, beatorum requiei adiunxerũt, & vitæ æternę par-
» ticipem effecerũt. Cumque eum tam promptè & facilè mihi
» respõdere audissem, adieci; & de Bernetio alio ciue nostro, an-
» te paruum tẽpus similiter vt nosti defuncto, aliquid tibi notũ
» est? illum, inquit, infernus possidet. quia ad terminandas huic
» villæ lites & iudicio dirimendas prælatus, multa sæpè mune-
» ribus aut gratiâ illectus iniustè iudicauit: & quia cuidam pau-
» peri viduæ quodã tempore baconem vnum, qualecũque vitæ
» eius subsidium, crudeliter auferre non timuit. Tunc longè
» amplius ad maiora quærenda animi feruore succensus, adiun-
» xi. De rege nostro Alfonso antè paucos annos defuncto, tibi
» aliquid notum esse potuit? ad hęc quidam alius in fenestra ca-
» minata meo proximè superposita residens; Noli, ait, hoc ab isto
» quærere, quod ignorat. quoniam recens eius ad partes nostras
» aduentus, hoc ei notum fieri nondũ permisit. Mihi verò, cui à
» die obitus mei quinquennalis cum huiusmodi spiritibus mo-
» ra, plura quã isti nouiter nota fecit, quod de rege quæris ig-
» notum esse non potuit. At ego rursùs nouæ vocis auditu atto-
» nitus, ac videre cupiens vocis auctorem, conuerti oculos, ad
» fenestram; adiutusque lunæ splendore; quæ lumine suo omne
» nunc domus spacium clarè illustrabat; conspicio hominem in
» inferiori fenestrę margine residẽtem, quem in eodem habitu,
» quo alium videram, cernens: Et tu, inquã, quis es? ego, inquit,
» eius quem aspicis socius sum, & Castellam cum isto & multis
» alijs proficiscor. Et tu, inquam, de rege Alfonso, vti dicebas,
» aliquid nosti? Noui, inquit, vbi fuerit, sed verò vbi modò sit
» nescio. Nam aliquamdiu tormentis acribus inter reos crucia-
» tus, postmodũ à Cluniacensibus monachis inde sublatus est.
» Exinde verò, quid de eo factũ sit prorsùs ignoro. His dictis ad
» focium, qui igni assidebat, verba conuertens, ait: surge & iã iter
» inceptum peragere incipiamus. Ecce enim iam omnes vias,
» quę intra vel extra castellum sunt, subsequens nos exercitus

ſociorum impleuit,& iam multis velociſſimè prætergreſſis, vt
feſtinanter eos ſequi debeamus, vrgemur. Ad hanc vocem
Sancius ſurrexit,& flebili voce,quod priùs rogauerat ingemi-
nans; Rogo,inquit,Domine,ne mei obliuiſcaris,& vt domina
meam,coniugem tuam,quatenùs,quod corpori debebat, mi-
ſeræ animæ meæ reſtituat, oro ſollicitus exhorteris. His di-
ctis ſtatim vterque diſparuit. At ego mox coniugem iuxta me
in lecto dormientem, citatâ voce exſuſcitans, priuſquàm ea
quod videram vel audieram,narrarem,interrogaui; Vtrum a
liquid Sancio communi noſtro mercenario pro mercede de
beret. Qna reſpondente, quod ego nondum ab aliquo nihil
mortuo audiéram; ſe videlicet eidem Sancio adhuc octo ſo
lidos debere: nequaquam vltra dubitare potui, cui fidem &
mortui relatio & mulieris confirmatio conferebant. Facto
mane octo illos ſolidos à coniuge accipiens, & de meo quod
congruum viſum eſt addens, pro eius qui apparuerat ſalute
pauperibus diſtribui,& ſacrarum Miſſarum adiutoria ei à ſa-
cerdotibus meâ prece & ſtudio impenſa, ad pleniorem pecca
torum eius remiſſionem adauxi.] In hac tam clarâ, tam certâ
tam commendabili viſione docemur, quod *mortuos opera ſa*
ſequantur. hos quidem milites eo quod confeſſi deceſſerunt
& culpam ſacramento pœnitentiæ deleuerant,expiatorijs ſup
plicijs pro pœnâ peccato debita ad tempus;illum quia non a
feſſus erat, comitem, & culpam criminis abolere neglexerat
æternis cruciatibus fuiſſe mancipatum. Catholicis vtriuſque
ſortis optio eſt; hæreticis qui & confeſsionem reſpuunt, &
purgatorium negant,altera tantum competit;quam agnoſcu
& fatentur. Ad hoc caput reducitur irriſio virorum ſanctorum
quam Deus non ſolet relinquere impunitam. Scribitur tale
quid in antiquiſsimâ S. Carilephi vitâ: Mulier quædâ *Gunda*
nomine,quam clandeſtinus ſupplantator illexerat,ſpiritu ſan-
cto volens illudere, virili præſumptâ veſte, in beatiſsimi Ca
lephi monaſterium ingredi conata eſt, vt probaret verum ne
eſſet illius vaticinium, quo prædixerat ſexui fœmineo nun
quam datum iri copiam in illud intrandi, ſed iuſto Dei iudi-
cio,

» cio, priuſquam vel aſpiceret cœnobij clauſos aditus, arrepta
» à Diabolo retrorſum ruit,adeoque fœde ab illo vexata eſt, vt
» dicere me pudeat. Caput enim illi adegit inter fœmora, ſicq;
» fictum eſt,vt quę ſacratis liminibus falſa oſcula imprimere tẽ-
» tauerat,immundas ſui corporis partes oſculari cogeretur, ſe-
» xumque ipſa ſuum,quem virili habitu tegere voluerat, cũctis
» cernere volentibus palam proderet. Ea res effecit, vt deinceps
» eos ſe cõferre mulieres auſę nõ ſint.] *Sur. to. 3. Menſ. Iuly.* vtinã
& noſtri temporis mulierc ularum audacia hoc exemplo eis
narrato reprimatur. Aliquando etiam ob feſtorum dierum
cultum temeratum Deus talia permittit,vt ei accidit qui ſer-
uile opus faciebat in feſto S. Philaſtrij. *B. Rampertus Brixienſis*
in tract. de tranſlatio. S. Philaſtrij.

Duodecimam cauſam præbet multorum puſillanimitas, &
deſperatio, cum mærore oppreſſi, à Deo vel non petunt auxi-
lium,vel ſe malis eripiendos diffidunt: qua de cauſa etiam ple-
rique ſe dæmoni vt auxiliatori ſubijciunt: præbet etiam cu-
rioſitas nimia cauſam,quando impudẽter petimus ſcire,quod
nullâ ratione competit inueſtigare: prius illud patet,ex Hiſto-
riâ Theophili Oeconomi, quam nobis oculatus teſtis Euty-
chianus, patriarcha nouæ Romæ,dereliquit; quam alibi bre-
uiter attigi; hic latiùs proſequar verbis auctoris; Cùm Cæſar
» Iuſtinianus rerum potiretur, Theophilus quidam in oppido
» Ciliciæ Adanâ Oeconomus Eccleſiæ fuit, multis quidem il-
» le gratus, & Epiſcopali munere, quod tamen conſtanter de-
» trectauit,dignus exiſtimatus. Qui ab æmulis immeritò accu-
» ſatus,& de officio Oeconomiæ deiectus, in eam animi impo-
» tentiam adeoque impietatem deuenit, vt hortatori Mago Iu-
» deo morem gerens,Chriſtum Dei filium ac matrem eius Ma-
» riam datâ ſyngraphâ turpiſſimè abnegaret,ſeque totum impe-
» rio Satanę,qui ſe videndum obtulerat, traderet, atque manci-
» paret. Quid hîc faceret miſer, tam nefarij criminis ſibi con-
» ſcius? Totus animo perturbatus,vt nuſquam ferè poſſet con-
» ſiſtere,cùm irato Deo ſe dæmonis eſſe mancipium cogitaret,
» mutato conſilio,tandem ad ſanctiſsimam Dei matrem confu-

gien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

giendum duxit,ac templum ei sacrum petijt; in quo suas pre-
ces ac supplicationes,cum multâ ieiunatione coniunctas, no-
ctes ac dies indefessè consumpsit, magnumque veræ pœniten-
tiæ specimen edere cæpit.] subditur deindè,admodum pia de
verè pœnitentis ac demissi contritique spiritus, oratio ipsius
Theophili. Quid multis? addit, Theophilus quadraginta dies
in hoc Mariæ templo perdurans, nullumque orandi, & plo-
randi,lamentandique finem faciens(tantus in illo feruor erat
pœnitentiæ)denique, opitulãte sacrâ Virgine, suam scriptu-
& consignatam diabolo syngraphã, qua Christianismũ abn
iurauerat(mirabile dictu) recepit, in Dei gratiam redijt,&
hanc historiam(qua salutare cunctis,qui, iusto Dei iudicio,
maligni hostis,aut maleficorum eius membrorum manus in-
ciderint,ac certum efficaxque remedium proponitur)ex Gre-
cis habent Metaphrastes ι, ex Latinis Petr. Damianus κ & Sigisbertus. Posterius, de curiositate, traditur à B. Augustino, & in Decreto Gratiani inseritur λ.

ι *Apud Surmense Febr. tom 1.*
κ *Damian. sermon. 1. de Natiu. B. Mariæ virg. Sigisbertus in Chron.*
λ *ca. Vlt. 16. q. 5. ex D. Aug lib. 2. de doctr. Christiana cap. 22. & 23.*

Interdum hæc ob culpas veniabiles à Deo permittuntur, maximè vt sanctitas & gratia eorum, qui sanitatem redditur, cunctis innotescat. hoc contigit Abbati Mosi apud Cassianum propter leuiculam iram μ; hoc, propter præcipitem gulam & leuem, cuidam religiosæ apud D. Gregorium ν; hoc cuidam religioso, ob tepiditatem & distractionem in oratione, scriptorem vitæ D. Bernardi ο; quorum fanatio famam auxit D. Bernardi, D. Equitij, & D. Macarij, per quos Deus illos liberauit.

μ *collat. 7. c. 27.*
ν *lib. 1. Dial. c. 4.*
ο *lib. 2 c. 1.*

QVÆSTIO VIII.

Cur cùm ista damna plerumque diabolus possit per se inferre, malit vti operâ maleficorum?

DVas inuenio causas. alteram quia hoc pacto maiorẽ Deo se facere credit iniuriam, quando creaturis ratione præditis, & baptismo ablutis, & chrismate delibutis, potest abuti ad creatoris ipsius vilipẽdium, & irritationem; pluribus etiam sic nocet. quia non adeò homines abhorrent à conuictatione &

& familiaritate maleficorum, atque odêre consortium diaboli. Si namque semper se dæmon palam obtruderet, multi fœdus cum eo percutere, & has artes maleficas exercere detrectarent.

Altera est, quia quædam per homines potest, quæ vel non posset, vel non tam commodè posset per semetipsum immediatè perficere. Verbi gratiâ: si resistendum sit alicui viro sancto cõcionanti, aut recta suadenti: sicut per Iamnem & Mambrem Mosi, per Elimam D. Paullo restitit. item si sint hæreses spargendæ, sicut per Simonem, Menandrum, Marcum, & alios fecit. item si sacris rebus abutendum, quod in maleficijs frequentissimum est α: quibus cùm per homines abutitur, copiosius lucrum refert animarum. tum quia sic plures in fraudem inducit: nam contemptoribus rerum sacrarum contemptum adauget; veneratoribus falsò persuadet hæc à Deo, non à dæmone fieri β, & sic ad defensionem maleficorum multos inducit, atque ita peccatum eis impingit: tum quia consequitur vt ad magicam superstitionem, homines etiam addant sacrilegium: Vnde Deus magis magisque offensus, plura etiam in dies principibus tenebrarum in miseros mortales permittat.

α *c. quicumque. 26. q. 5.*
β *sic D. Aug. quæst. tract. 7. in Ioan.*

Restabat dicere de remedijs maleficiorum: sed id differo in vltimum librum. Sequitur videamus de vanâ obseruatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBRI III.

PARS POSTERIOR;

SIVE DE VANA OBSERVANTIA.

QVÆSTIO I.

Quid sit?

DE hac egit D. Thomas 2.2 q.96. Potest definiri, Vana obseruantia est, Magia superstitiosa; qua conatur homo aliquod sperare ex re, quæ nec supernaturaliter eò pertinet, neque naturaliter id præstare potest. Dicitur *Vana*, quia vel non consequitur effectum intentum, vel si consequatur, plus noxæ, quàm commodi adfert. quia homo illâ vtens tantùm percipit vtilitatem in rebus corporeis vel temporalibus, animæ verò detrimentum refert. Dixi, *supernaturaliter*, quia qui effectum expectant à Deo, per media Deo dispicentia, ij vani sunt.

QVÆSTIO II.

Quale peccatum sit?

ALiquando lethale, aliquando veniabile. Lethale erit, imò si fiat ex pacto expresso cum dæmone. Secundò si quis gnarus sit saltem subesse pactum tacitum, siue cùm adhibitis nitus non vult desistere α. Veniabile est, quamdiu quis ignorat tale pactum cum dæmone, si tamen nec ipse tenetur loqui nec fuit admonitus β. Intellige de eo qui nec consuluit peritos. Nam licet, quis ratione officij vel status, non teneatur scire, tenetur tamen, vt incipit dubitare, consilium petere à doctis: quod si non faciat, negligens est. potuit enim scire, & ideò non ignorat inuincibiliter. Nullum est peccatum, quando quis ioco tantum facit, sine præiudicio, vel periculo alterius γ: item si quis laboret ignorantiâ inuincibili, & vtitur medijs vel bonis, vel indifferentibus.

α *Silu. verb. superstitio. q. 10. in fi.*

β *Silu. S. Nauarr. cap. 11. Manual & alij communiter.*

γ *Caietan. & Valen. ad d. q. 96.*

QVÆSTIO III.

Quotuplex sit?

SI causam finalem adspicias, potest reduci ad quatuor quasi species. Prima est, quando exspectatur commodum in rebus exterioribus seu fortunæ, vt in animalibus, segetibus, vineis, bonâ aëris constitutione &c. 2. quando expectatur bonũ aliquod corporis, vt sanitas, liberatio à carcere, hostibus, ferro, igne, aquâ & huiusmodi; quia sic se putat fore innoxium. 3. quando expectatur bonum animæ naturale, vt ars, vel scientia aliqua. 4. quando expectantur bona supernaturalia, vt sunt remissio peccatorum, per aliquas certas orationum formas, aut versiculos Psalmorum, vel sacræ alterius scripturæ, & alia huiusmodi, ab Ecclesiâ vel Deo ad hoc non ordinata.

QVÆSTIO IIII.

Vnde dignosci queat, quando sit huiusmodi vana obseruantia?

SECTIO I.

DIco breuiter; 1. Si constet quod effectus superet naturæ vires, tunc attendere oportet, an per sacram Scripturam, vel Ecclesiæ definitionem, vel approbatam ab eâ traditionem effectus iste Deo tribuatur; siue, quod idem est, an huiusmodi testimonio constet, effectum hunc esse diuinum: si nihil huiusmodi reperitur, effectus tribuendus est pacto cum dæmone inito, & proinde censenda superstitio magica, vt minimùm, vanæ obseruantiæ. tales sunt effectus remissio peccatorum extra sacramenta, quoad mortalia; extra sacramentalia, quoad culpas veniales. item diuinatio rerum futurarum contingentium; inflexio aut directio earum actionum, quæ ab arbitrij libertate merè dependent.

Secundò, si constat rem, cui tribuitur effectus hanc vim à Deo vel à naturâ habere, non est vana obseruantia ex parte effectus; sed posset esse vana obseruantia ratione alicuius vitiosæ circumstantiæ. verbi gratiâ, cilicium, disciplina, ieiunium, quia corpus affligunt & macerãt, prędita sunt virtute ad coërcendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cendũ concupiſcentias carnales, ex viribus carnis, & corporis habitu nimis læto pullulantes: ſed ſi his addas circũſtantias ridiculas, & ad hoc à naturâ, Deo, vel Eccleſiâ nõ ordinatas, vt ſanitatem illi vel nobis ipſis adferentes. Nam in huiuſmodi rebus fieri poſſet aliquando, vt licet nos rationem ſiue iuſtitiũ neſciamus praxis alicuius, tamen vir ſanctus aliquis id inſtituerit, & à Deo ſimilem gratiã obtinuerit. Quare in huiuſmodi, ſi quis ea adhibeat ex merâ deuotione, & curationem à Deo exſpectet ſolo, ſanè indirectè ad Dei honorẽ hoc referens, auctorem omnis miraculoſæ ſanationis; & qui orationi ac ſanctorum dei, ac ieiunio Chriſtianorum, ſanationes pollicitus fuit. Fuit (niſi fallor) hæc ſententia Caiet & ita ſcribentis; Quare ſuperſtitio eſt obſeruationum in verbis, aut rebus ſacris ponendis, dicendis, vtendis, adiunctis aliquibus conditionibus non malis, quarum ratio neſcitur: vt patientes ſpaſmum neruorum, primo Carlino oblato Chriſti cruci in paraſceue, vtuntur pro remedio, confecto ex illo annulo: & ſic de ſimilibus. Quantum enim apparet, in huiuſmodi ſuperſtitio interuenit: quoniam vanæ conditiones apparent. Si tamen ex merâ deuotione fiunt, & non niſi à Deo intendant, & exſpectent

A in ſumm. Verb. ſuperſtitio.

effectũ, putantes Deũ inſpiraſſe alicui ſancto viro huiuſmodi conditiones, non audeo damnare, ſed tolerabile mihi videtur.] Sic Caietan. Cuius ego ſententiam eatenùs amplector, vt putem diſtinguendũ ante factum, & poſt factũ. Quoad eum, qui conſilium peteret, num ſibi liceret huiuſmodi facere; omnino ſuaderem deſiſteret; imò reſponderem non licere. cùm enim lege ordinariâ non ſit ſolitus Deus huiuſmodi conditiones, in quibus aliquid vanitatis apparet, ſanctis inſpirare, temerarium eſt ſibi quid huiuſmodi perſuadere; & ſaltem rectè iure habetur pro ſuſpectâ. quare & tenetur quis admonitus eam vitare. Sed ſi quis poſt rem peractam, bonâ fide & opinione qua dicit Caietan. & nunquam ſuper eo monitus; vel confiteretur, vel conſilium quæreret; non auderem illũ damnare præteriti peccati: conſulerem tamen in poſterum abſtinere. Si quæras, an in rigore, ſit vana obſeruantia? reſpondeo, vt minimum, ſpeciem valdè veriſimilẽ prę ſe ferre. Quod ſemel dictum ſit circa hanc Caiet. doctrinam, quæ vtilis eſt ad multorũ conſolationem poſt factum, vt dixi: & conſideranda in plerique caſibus ſequentibus particularibus; in quibus a pertè mãlum vel peccati deformitas non apparet.

Quarto, per certa ieiunia & quaſdem orationes; quæ in quibuſdam libellis, damnatis ideo à Papâ Pio V. continentur; dubias indulgentias, & remiſſiones peccatorum, & cõſecutionem rei optatæ, exſpectare ſeu quærere, eſt vana obſeruantia: per certa verò ieiunia & orationes ſine humano labore, ſed ſecundum inſtituta artis cuiuſdam, ſcientiam infuſione acquirere, pertinet ad primam Magiæ ſpeciem; fit enim ex pacto expreſſo cum dæmone, & eſt Mortale. hanc artẽ, vocant *artem Notoriam*. damnata fuit Pariſijs ann. 1320. de qua D. Tho. *d. q. 96. a. 1.* Alexand. de Hales *2. p. q. de ſortilegio* & alij,

SECTIO III.

Quinto quando geſtantur reliquiæ, vel Euangelium ſancti Ioannis, aut aliqui verſus pſalmorũ, nõ ex deuotione tãtum, ſed adiunctis vanis circũſtantijs, v.g. vt ſic vel ſic ſint ſcripta, vel reliquiæ ſint in vaſe triquetro vel rotundo, tribuendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

e D.Thom. v.a.4. & Nauarr. d.c.11. n.35.

do vim formæ vel materię e, vt scriptũ sit in pergameno virgineâ, vel tẽpori, vt scriptũ sit oriente sole; vel personæ, vt alligetũ sit ab incorrupto; vel modo, vt tot filis, vel talibus; itẽ necesse est, vt nulla adsit figura præter signum crucis; nulla imago præterquam Christi, vel B. Virginis, vel Sancti alicuius noti, aut solita angeli boni; item nulla barbara & incognita Dei vel Angelorum nomina sint addita; denique nihil aliud adsit vanitatis vel mendacis. Deus enim nunquam est auctor mendacij vel vanitatis ζ. Obijciat fortè aliquis solum signum crucis licere Canonico permitti. *Resp.* Canonem agere de caracteribus quibus crucem annumerat: non agere, de imaginibus; quæ in tẽplis piè habeantur, cur non possint & collo gestari? Deligaturis superstitiosis sic D. August. » Ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ atque remedia quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in precantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant: siue in quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad præseruationem corporum, sed ad quasdam significationes occultas, aut etiã manifestas; quæ mitiore nomine superstitiones vocant: vt non superstitione implicare, sed naturali remedio esse videantur. sicut sunt inaures in summo aurium singulorum, aut de struthionum ossibus ansulæ in digitis, aut cũ excidicitur singultienti, vt dextrâ manu siniſtrum pollicẽ tenendo. censuit itaque D. Augustin. in his esse vanam obseruantiam, arbitror quia hæc ad futuri obseruationẽ notabant. fieri namque potest vt vltima duo physicam vim ad sanitatis conseruationem aliquam obtineant; & tum à superstitione forent aliena. Addit idem Augustin. postea obseruatu quiddam dignissimum, non quicquid intus sumptum naturaliter iuuat, foris etiam appensum iuuare: & ideò plus cautionis adhibendum in his appensis, quoniam in ijs plus periculi versetur. Aliud inquit θ, est dicere, tritam istam herbam si biberis, venter non dolebit: & aliud est dicere, istam herbam collo si suspenderis, venter vẽter nõ dolebit. Ibi enim probatur contẽperati, hic salubris significatio superstitiosa dãnatur.] quibus verbis sentit, pro-

ζ ita sentiũt canonist. e per text. non licet. 16. q. 6. D. Tho. & D. Antonin. 2. p. tit. 11. c. 1. Martin. de Arles, de superstit. tract. 10. Viguer. c. 5. 6 v. 5.

θ d. lib. 2 c. 26.

esse remedij, posterius verò signum pacti. Sic è conuerso, non quicquid efficax est à naturâ appensum, vt sunt quidam Indicilapides contra dolorem renum, lienis &c. id etiam est efficax tritum & intus sumptum. Subdit sapienter Augustin. » Quanquam vbi precantationes & inuocationes & characteres » nõ sunt; plerumq; dubium est, vtrũ res quæ alligatur aut quo- » quomodo adiungitur sanando corpori, vi naturæ valeat, quod » liberè adhibendum est; an significatiuâ quadam obligatione » proueniat, quod tanto prudentiùs oportet cauere Christia- » num, quanto efficacius prodesse videbitur. Sed vbi latet, qua » causa quid valeat, quo animo quisque vtatur interest.] Ex quibus verbis tria colligas. primò si putatur res naturaliter prodesse, tunc licet suspendere de corpore. quia hoc fit tanquam remedium. Secundò si putatur non prodesse naturaliter vt causa, sed dumtaxat vt signum futuræ sanationis, tunc omnino abstinendum. Tertiò si res dubia sit, nec adsint medici, qui consulantur; tunc animum & intentionem appendentis, rem bonam vel malam facere, bonam si facit opinione priore, malam si posteriùs credat. Tunc enim incideret quis in c. admonent. 26. q. 7. quo laici anathemati, clerici degradationi subijciuntur. Canones ι non permittunt orationes alias inscribi poriaptis, præter orationem Dominicam & Symbolum; sed vsu catholico id ad Euangelium B. Ioannis, & alias sacræ scripturæ partes extensum videmus: quia par in ijs ratio procedit; nempe deuotio ferentis, & verborũ sanctitas. Quæ si prosunt piè recitatæ; cur non & piè gestatæ? sed semper superstitiosa quæ diximus vitanda, inprimis numeri certi iteratio, quãdo illi vis attribuitur. Vnde sanè oportet intelligere, quod magnus Cassiodorus scripsit κ, multis efficax remedium in » variis malis fuisse trinam recitationem huius versiculi; *Dirupisti vincula mea* &c. vt non ipsi ternæ repetitioni, sed in honorem sanctissimæ Trinitatis ter repetentis deuotioni Deus id detulerit. sed de orationum formulis mox plura.

ι c. non liceat 26. q. 5. & c. non obseruatis. 26. q. 7.

κ in Psalm. 115.

SECT.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO IIII.

SExtò huc referenda vaniſſima omnium (καλδονηχιὰ) ani-
maduerſio. de qua B. Chryſoſt, *hom. 21. ad pop. Antiochen.*
Et quid tandem ſunt omina? Sæpè domum quis ſuam egreſ-
ſus hominem videt monoculum, vel claudicantem & omina
tus eſt. *Et poſtea*, Si virgini occurreris ſterilis dies erit, ſi vetu-
meretrici, dextera & plena & multâ mercatione plena] nunc
vt par erat in hanc dementiam inuehitur. Quod verò Auſo-
nius tria tantùm omina agnoſcit, eum refellunt ceteri qui plu-
rium meminere. fortè de præcipuis tantùm loquebatur. Sed
quæ illa in re vaniſſima? D. Auguſt. ſic ſcribit λ; His adiun-
guntur millia inaniſſimarum obſeruationum. ſi membrum
aliquod ſalierit, ſi iunctim ambulantibus amicis, lapis, aut ca-
nis, aut puer medius interuenerit: atque illud quod lapidem,
calcant tanquam diremptorem amicitiæ, minus moleſtum eſt,
quàm quod innocentem puerum colapho percutiunt, ſi pa-
riter ambulantibus intercurrerit. Sed bellum eſt, quod aliqui-
do pueri vindicantur à canibus. Nam plerumque tam ſupers-
ſtitioſi ſunt quidam, vt etiam canem qui medius interuenerit,
ferire audeant, nõ impunè. Namque à vano remedio cito ili-
percuſſorem ſuum ad verum medicum mittit. Hinc ſunt ea,
illa limen ſuum calcare, cùm ante domum ſuam tranſit: redire
ad lectum, ſi dum quis ſe calceat ſternutauerit: redire domum,
ſi procedens offenderit: cùm veſtis à ſoricibus roditur, plus
mere ſuſpicionẽ futuri mali, quàm præſens damnum dolere.
Vnde illud eleganter dictum eſt Catonis, qui cùm eſſet con-
ſultus à quodam, qui ſibi eroſas eſſe caligas diceret à ſoricibus,
reſpondit, non eſſe illud, monſtrum; ſed verè monſtrũ habe-
dum fuiſſe, ſi ſorices à caligis roderentur.] vides quot genera
hîc fuiſſe à D. Auguſt. enumerentur. primò Saliſatorium, de
quo Iſidorus tradit *Saliſſatores* ſeu *Salitores* vocari huiuſmodi
ominoſos. *Saliſſatio* παλμὸς vet. gloſſario vocatur & palpi-
tio: huius ſpecies à cilijs, vel oculis potiſſimæ. iſtius Suidas &
Theocritus meminere: illius Plaut. in Mil. glor. *Præcantatrix,*
collectrici, ariolæ, aruſpicæ, Flagitium eſt ſi nihil mitteretur, quod ſit
percipi

a d.c.10.

percilio ſpicit. & in Pſeudo. *Niſi quis futurum eſt, ita ſupercilium*
ſalit. vide Cælium *lib. 7. cap. 29.* quò videtur referendum, quod
quidam ſonitum ſpontaneum auris dextræ vel ſiniſtræ ob-
ſeruant; vt ſi hæc tintinet, inimicum; ſi illa, amicum noſtri pu-
tent memoriam tum recolere. de quo Ariſtenetus μ, οὐκ ἐβομ-
βεῖτο ταῦτα, ὅτε σῦ μετὰ δ' ἀκρύων ἐμεμνήμην. nonne auris tibi
reſonabat, quãdo tui lacrymans recordabar? & alicui huc per-
tinere videatur illud Lesbiæ vatis à Veronenſi conuerſum;

» *Sonitu ſuopte Tintinant aures.*

Quod illa dixerat; βομβεῦσ' ἐυδ' ἀκοαί μοι. & apertiùs incertus
quidam, ſed antiquus ν;

» *Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?*
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Quod referre ad amantium ſympathiam, nimis longè peti-
tum. huc pertinet & *Spatulamanthia*, quæ fit nudâ ſpatularum
inſpectatione. A corpore etiam ſumitur omẽ ſternutationis, &
offenſionis pedum, de quo mox plura dicemus.

Alia ducuntur ex nomine, alia ex fortuitis aliorum verbis,
alia ab ijs quæ domi, alia ab ijs quæ in viâ contingunt. Ex no-
mine ductũ illud, quod narrat Glycas ο de Auguſto, eũ Nico-
polim vocaſſe quã exſtruxerat vrbẽ; & ibi hominis ac aſini ſta-
tuas aheneas locaſſe, eò quòd ea nocte, quæ Actiacã pugnam
præceſſit, in hominẽ inciderat, qui aſinũ agebat, cũque illius de
nomine ſciſcitatus fuiſſet: mihi quidem reſpondit ille nomen
eſt, Euryches (h. felix) aſino vero, Nicon (h. victor).] Ex ver-
bis fortuitò prolatis, quæ Cicero cenſuit propriè vocari omi-
nã π, vt cum filia Conſulis bellum Perſeo cogitantis, patri
dixit Perſeum obiiſſe, quod erat Melitæi catelli nomẽ. Οἰκοσ-
κόροα ſunt, apud Plautum, ſi introijt in ædes ater alienas ca-
nis, vel anguis per impluuium decidit de tegulis; vel, vt ho-
die multi peccant, ſi ſalinũ euerſum; vinũ effuſum, ſi crebriùs
vel ratius in mensâ ſternutatũ, ſi quod in conuiuio verbũ tri-
ſtius pronunciatum, ſi quis crus cruri impoſuerit, ſi canis vlu-
latu, coruus tecto inſidens crocitauit, & huiuſmodi. Quæ fo-
ris eueniunt non ſunt pauciora, & hoc genus vocãt τὸ ἐνόδιον

a *annal p. 3.*

μ *in epiſtol. amatoriã.*

ν *inter Catalect. Virg.*

π *libr. 2. de diuinat.*

vt quæ D. Auguſt. retulit, item leporem iter tranſuerſo ſalu
velut diremiſſe; lupum, capram, aut aliud animal in viâ vidiſſe,
& quod, ex irreligiosâ mente hæreticorum profectũ, habuiſſe
obuium monachum, & alia infinita, vt ſubiecta poſt finem hu-
ius ſectionis tabula docebit.

Huic ominoſæ obſeruationi plurimùm tribuere olim Ro-
mani, vt patet ex Ciceronis libb. de Diuinat. & Valerio Maxi-
mo *libr. 1. cap. 5.* Item Græci & Ægyptij, vt docet Pauſan. in
Achaic. & Theophraſtus *in Caracterismis*, vbi multa exempla
ponit ρ: necnon Syri teſte S.S. in Regum hiſtoriâ *lib. 3. c. 20.*
v. 33. vbi legitur nomen *ominis*, quod D. Auguſtin. σ negat
ſe in ſacris litteris inueniſſe. fortè inciderat in libros in quibus
non habebatur; *viri pro omine acceperunt, & profedere & re-*
puerunt &c. ὦ ἄνδρες οἰωνίσασθε καὶ ἐσπείσαντο, vt nunc in LXX.
legitur; vel potius οἰωνίσασθε interpretatus eſt in genere ſunt
augurati, vt & Hebræum *nachas* generale eſt, & pro ratione
ſubiecti interpretandum. ideo noſter rectiſſimè vertit *omen.*
De horum omnium vanitate legendi Franciſ. Picus τ, Wim-
pina, Mich. Medina Benedict. Pererius, & Iul. Sirenius;
præcipua ratio eſt, quòd cùm omina certam nullam cauſam
habeant, ſed à caſu planè dependeant, in contrarios ferè ſem-
per euentus rapi poſſunt. exemplo ſit illud Anchiſæ apud Ve-
gilium, qui viſos equos ſpem pacis ait facere, & bellum mina-
ri. Longè autem diuerſa, ſunt omen fortuitum arbitrio ſuo re-
pere, & ſignum à Deo, ex neceſſariâ & ad honorem Dei ſem-
dente cauſâ, poſcere; quod in S.S. licitè fecêre, ſeruus Abra-
hæ υ (de quo optimè illic in Comment. locutus fuit Thom.
Anglicus) & Gedeon φ, & Ionathas χ: & in alijs Hiſtoria
Gregor. VII. in cauſâ Cardinalis Simoniaci, apud Mart.
num Polonum, & D. Auguſtinus ψ, & Clodouæus Rex
Francorum ω. De ominum varijs ſpeciebus, ſi quis multa
volet à noſtris diuerſa, poterit legere Ioan. Salisberienſem lib.
1. *de Nug. curial. c. vlt.* dum meminerit ea ab ipſo non approbari, ſed vt aulicorum vitia commemorari: & notanda impri-
mis hæc quæ ſubiungit verba;

Cetera

ρ *c. de ſuperſtitione.*
σ *libr. 1. retractat.*

בחש

τ *Picus libr. 6. de præuot. c. 5. VV impina (qui opt.) libr. de diuinat. c. 13. Medin. de rectâ in Deum fide lib. 1. c. 2. Pererius in c. 24. Geneſ. diſp. 6. Siren. lib. 9. de Fato c. 21. & 22.*
υ *Gen. 24.*
φ *Iudi. 7.*
χ *1. Reg. 14.*
ψ *Fulgoſ. li. 1. c. 3.*
ω *Egnat. lib. 1. c. 4.*

Cetera de genere hoc adeo ſunt multa loquacem
Vt laſſare queant Fabium.

» Quibus quæcunque domus inſtiterit, eam nec ab ipsâ ſalute
» arbitror poſſe ſaluari.]

Omina ſemper illicitum obſeruare. nã licet Caiet. α ſcri- α *in ſumm. v. ſuperſtitio.*
» bat: poteſt homo abſque omni præſagio cauere prudenter ab
» imminentibus, dubitando ne præſens occurſus ſit ſignum fu-
» turi ex communi vtriuſque cauſâ cæleſti, vel etiam diuinâ pro-
» uidentiâ: vt ſi quis cadens corporaliter, timeat aliquem ca-
» ſum in ſtatu, vel honore &c. propterea tamen non deſiſtat ab
» operibus prudenter agendis, ſed cautiùs vigilet &c. Poteſt e-
» nim eſſe, vt iſte caſus ſit effectus cauſæ futuri caſus, & propte-
» rea ſignificet illum.] hoc reuerâ eſt de valdè rarò vel nũquam
contingentibus, & ſi quando contingat, iam non omen pro-
priè dictum, ſed prodigium potiùs fuerit, à Deo miſſum, &
ad ἐφεδροσκοπίαν licitam, pro morum emendatione, referen-
dum. Equidem ſemper mihi viſa hæc Caietani obſeruatio
portam pandere, ad ominoſam iſtam obſeruationem; quæ D.
» Auguſtino & alijs β inaniſſima ſemper viſa. nonne (vtar β *D. Aug. d. c. 10. Pico VV impinæ, Sirenio, Medin. Pererio.*
» verbis Ciceronis de Diuin.) hoc ſi ſuſcipimus, & pedis offen-
» ſio nobis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erunt obſer-
uanda? Nonne ſemper prætexat ſuperſtitioſus, offenſionem
quamuis pedum ſibi diuinam iram prætendere? quid enim
aliud gentiles contendebant? Nonne hoc in Tib. Graccho
obſeruarunt, quo die occiſus fuit, domo egredientem ad limẽ
grauiſſimè pedẽ γ offendiſſe? Nonne dicat, hoc idẽ Craſſo γ *Valerius Max. lib. 1. c. 4. Plutarch. in Gracchis.*
» infauſti prælij die accidiſſe? δ Nonne hoc de marito Lao- δ *Plutarch. in Craſſo.*
» damia ſcribit?

Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
Pes tuus offenſo limine ſigna dedit.
Vt vidi ingemui, tacitoque in pectore dixi,
Signa reuerſuri, ſint, precor, iſta viri. ε ε *Ouid. in Heroid. epiſt.*

Nonne de ſe iam veniâ dignus Tibullus? qui cecinit:

O quoties ingreſſus iter, mihi triſtia dixi,
Offenſum in portâ ſigna dediſſe pedem. ζ ζ *lib. 1. eleg. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid si enim dicerent, euentum hunc ab eadem prouenire causâ prouidentiæ, à quo mortes & strages istorum? Nonne Caietano iudice absoluendi? De sternutamentis semper erit quo excusent incidat in aduersum aliquid, qui sternutat: dicet ab eadem causâ vtrumque euẽtum. sit felicior alius, & optatis potiatur: id ipsum dicet signum fuisse successius, & non à natu-rali, sed supernâ cælesti causâ communi id euenisse. Sanè ster-nutationem medium omen censuere veteres, vt notatũ Schola-liastæ Theocriti n, ideoque sternutante aliquo, astantes illi bo-na verba dicebant: vt si quid portenderetur mali, id fausta pre-catione auerterent θ. matutinam sternutationem prorsus in-fastam; meridianam firmissimi auspicij, & conatus non irriti indicium, rebantur, etiam Aristotele auctore ι, maximè si à dextro latere κ. Vnde Propertius λ,

Nunc tibi nascenti primus (mea vita) diebus,
Aridus argutum sternuit omen amor.

Et Catullus, de Acme & Septimio μ, sternutationis dextræ approbationem, vocat auspicium bonum. Quid quod & po-ditum obseruabant, & Græcis quidem omen erat bonum, ex *Hymno in Mercurium*: Latinis infaustũ censebatur, vt ex Co-tone *de re Rustica* fuit alijs obseruatum. De Soricino auspicio æquè ridiculi veteres, de quo præter Plinium in Histor. natu-ral. etiam rectè accipiunt illud Ausonij,

Quadrupes auspicijs quis iungitur oscinibusve Mus.

Vide N. lib. 1. Auson. lect. c. 25. Sed hæc sufficerint de augu-rijs & Nausea lib. 2. mirabilium.

n *in Thalisijs & Epithalam. Helenes.*
θ *Plinius lib. 28. c. 2. Apuleius, de asino lib. 2.*
ι *sect. 33 problem. c. 11.*
κ *Xenophõ, anabas. lib. 6.*
λ *lib. 2. eleg. 3*
μ *epigram. 43.*

Hic inserenda est Tabula hoc signo ✠ notata.

SECTIO V.

Septimò, potest nonnunquam vana obseruantia contingere in strenis primo anni die dandis. Solebant Ethnici Kalen-das Ianuar. (vt docent Sueton. ν & Ouid.) magnâ solemnitate celebrare, in honorẽ Iani, & inter cetera tunc intuicẽ dare stre-nas, in omen siue precationẽ bonã anni prosperè decursuri, vel aliorũ multorũ adijciendorum. nam dicta quasi *trena*, & *stre-nua*

ν *Sueton. in August. & in Caligu. Ouid. 1. Fastor. Festus in Strena.*

rius perfectionis atque plenitudinis iudex, eo quòd tria sint omnia Aristoteli ο. Has strenas propter huiusmodi superstitiones, concil. Antisiodorense vocat diabolicas π, & qui eas mittũt dãnari videntur à D. August. apud ρ Gratian. & à Martino Papa, qui; Non licet (ait) iniquas obseruationes agere Kalendarum, & ocijs vacare: neq; lauro aut viriditate arborũ cingere domos. Omnis enim hęc obseruatio Paganorum est.] Solebãt autẽ pij Christiani eo die ieiunare, in detestationem gentilitiæ superstitionis, vt docemur à D. Ambros. τ & Concil. Toletan. 4. v. qui verò contẽptõ ieiunio festũ diem, cũ paganis, agebant, illis Romanorũ Concil. sub Zachariâ Pontif. dixit anathema. Quare si quis hodie vel in honorem Iani vel Stre-niæ Deæ epulis vacaret, aut strenas mitteret, vel acciperet, is esset idololatra: si id faceret tantum, vt omen certũ prosperi e-uentus, foret vana obseruantia mixta diuinationi, plerumque moralis: si tantum id faceret, vt incertum omen vel augurij, peccatum esset veniale: si animi tantum causâ, vel amicitiæ conseruandę causâ pro consuetudine Christianorum, nullum esset peccatum: imo si faceret in honorem circumcisionis Do-minicæ, quam tunc celebrat Ecclesia, mereretur coram Deo. Nam hodie cessant exolitę Gentilium superstitiones, quę tam rigidæ sanctionis canonum causa fuere.

ο *li. 2. de cæl.*
π *cap. 1.*
ρ *c. non obseruetis, 26. q. 7.*
σ *c. non licet. 26. q. 7.*
τ *sermo. 17.*
υ *Can. 10.*
φ *c. si quis Kalendas. 26 q. 7.*

SECTIO VI.

Quando, superstitio est temporariorũ, qui dies, menses, an-norum suorum: vt qui certis temporibus herbas colligunt; vel ligna succidunt, pro ædificijs vel nauibus, superstitione ca-rent; si id faciant permoti naturali obseruatione motus & in-fluentiæ cælestis. certis enim temporibus vis herbarum effi-cacior est, ligna quoque minùs obnoxia sunt corruptioni, & aptiora sunt ad vsum. Sed superstitio foret, si obseruaretur cer-ta vnius hebdomadæ vel mensis dies tãtùm, vel certa diei ho-ra, qua talis hora vel dies est, vel adderentur circumstantiæ inutiles, aut orationes ociosæ vel non approbatæ χ. Vnde se-quitur, quod rectè Binsfeldius infert ψ, huc referendos qui

χ *c. non liceat. 26. q. 5. & d. c. nõ obseruetis. Silueſter. superstitio. q. 10.*
ψ *de confess. malefic. in 3. causâ dispositiuâ ad malefic.*

obseruant certas festiuitates, vt Conuersionis B. Paulli, Vincentij, Vrbani, vel aliorum; quibus si pluat, vel cælum serenum sit, sibi spondent serenitatem, fertilitatem, vini copiam vel inopiam, aut continuatam per tot dies pluuiam, vnde superstitiosos fecere versus, quorum primus est;

Clara dies Paulli bona tempora denotat anni &c.

Item qui colligũt herbas in die Sancti Ioãnis, ad certos quosdam effectus, credentes eo die habere vim naturalem efficaciorem; vel inserunt arbores ipso die Annunciationis B. Mariæ, vel in Festo S. Stephani minuunt sanguinem equorum, & similia faciunt, naturalem causam adtendentes; quæ nulla est, vnde vanè ista instituunt: sed & festa sic potiùs inhonorant, quam colunt. Si verò directè ista adscriberent merito sanctorum, & Deo tribuerent effectum vt sanctos illos honorare, viderentur & ipsi sanctos illos honorare. quare nec auderem eos damnare. Huc etiam pertinent, qui obseruant quosdam dies, vt puta diem D. Magdalenæ, diem lunæ &c. vt infaustos vel vt faustos ad iter, aut rem aliquam inchoandum: item cùm surgunt, primò induerint calceum vel femorale dextrum an sæuum, aut quo pede primum tangant terram, cùm domo egrediantur; & quæ huiusmodi nugatoria: eos constat peccare isto superstitionis genere. Tales in iure Canonico dentur dies Ægyptiaci, quorum mentio apud D. Augustinum ω. Collegit nationum cunctarum ferè dies ominosos, obscæuos Alexander ab Alexand. *lib. 4. gen. dier. cap. 20.* hos Ægyptiacos prætermisit. Cælius Rhodiginus α, horum; vocari dies atros & ἀποφράδας, vulgò, à veteribus luxatâ voce, *Aegyptiacos*; ab Ægypti, inquit, vanitate prognato nomine. Eorum Augustinus meminit, & in canonicis decretis non est prætermissum.] Sed qui dies isti apud Ægyptios, hoc debuit explicare. Glossa Canonica vult, Ægyptios docuisse qui dies tot anno infausti forent ad opus inchoandum; & hos Ecclesiam olim in Kalendarijs suis signasse. quorum posterius nihil dubito, quin falsum sit: nunquam enim hæc Ecclesia recepit, Apostolicæ prohibitionis mem-

ω *Comment. in epist. ad Galat. 4. Enchir. c. 79. & in c. non obseruetis, & c. quis existimaret 26 q. 7*

α *lib 14. antiquitat. c. 9.*

β *ad Galat. 4. v. 10.*

posterius potest recipi, astrologorum enim ista cõmenta fuêre, & Ægyptus inuentrix astrologiæ. Petrus Breslayus *lib. 1. Notabilium c. 53.* huiusmodi dicit esse Ianuar. 1. & 25. Februar. 4. & 26. Martij 1. & 28. April. 10. & 20. Maij 3. & vlt. Iunij 10. & 17. Iulij 13. & 27. Augusti 1. & 24. Septembr. 3. & 21. Octob. 3. & 22. Nouembr. 5. & 28. Decemb. 7. & 22. vnde acceperit nescio. Suspicor tamen, Ægyptios pro scæuis & nefastis habuisse etiam dies illos, quibus tot plagis à Mose percussi, & quo Pharao cum exercitu mari demersus. Nam singulis gentibus insignes clade aliquâ dies, postea semper atri habiti, vt de Romanis, Græcis, alijsque docuit Alexand. ab Alex. γ Exempla plura harum superstitionum suggerunt Patres, illa D. Paul- γ *d. c. 10.*

» li verba, (*Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo* » *vos, ne forsitan laborauerim in vobis*) explicantes, vt Ambro- » sius; *Dies* obseruant, qui dicunt vtputa, crastino proficiscendũ » non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari. & sic » solent magis decipi. Hi autem colunt *menses* qui cursus lunæ » perscrutantur, dicentes vtputa, septimâ lunâ instrumenta cõ- » fici non debent. nonâ lunâ seruum emptum, vtputa, domum » ducere non oportet. & per hæc faciliùs solent aduersa proue- » nire. *Tempora* verò sic obseruant, cùm dicunt; Hodie Veris » initium est, festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia ite- » rum aiunt, Posterum est, domum egredi non licet. *Posterum*, » significat aduersum & præposterum, quasi elapsâ commodita- » te serum. *Annos* sic colunt, cùm dicunt, Kalendis Ianuarijs no- » tus est annus. quasi non quotidie anni impleantur: sed vt Iani » illius memoriam recolant bifrontis, hac superstitione vtuntur, » quæ longè debet esse à seruis Dei. si enim Deus ex toto corde » diligatur, ipso propitio, nulla debet esse formido neque suspi- » cio harum rerum. Prosperè enim potest cedere, quicquid sim- » pliciter sub Dei deuotione fit.] *D. August.* δ Eos enim incu- δ *epist. 119. c. 7.* » pat, qui dicunt; non proficiscar quia prosperus dies est, aut » quia luna sic fertur: vel proficiscar, vt prosperè cedat, quia ita » se habet positio siderum. Non agam hoc mense commerciũ, » quia illa stella mihi agit mensem: vel agam, quia suscepit men-

sem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sem. Non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est.] quæ ad verbum comment. suo inseruit D. Anselmus. *Idem Augustinus* ¹ sic alibi: sicut obseruãt, qui certis diebus, siue mensibus, volunt & nolunt aliquid inchoare, eo quòd secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora, *& alio rursus loco* ² plena sunt conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à Mathematicis accipiũt. Iam verò ne aliquid inchoetur aut ædificiorum, aut huiusmodi aliquid operum, diebus, quos Ægyptiacos vocant, sæpè etiam nos monere non dubitant.] Hactenus Patres, quorum adscripsi verba; quoniam, licet primo loco, & iuxta contextus seriem, Apostolus loqueretur de superstitioso dierum, mensium, & annorum cultu Iudæorum; quos Galatæ Iudaizantes hautdubiè imitabantur, vt optimè cum Græcis Diuus Hieronym. & Primasius arbitrati; fieri tamen potest, vt aliquid etiam paganismi simul irrepserit. vt vidi in Francia, tempore Catharinæ Mediceæ, quando inter aulicas matronas adeò hæc vigebant, vt nihil inconsultis astrologis (quos *Mathematicos suos* nuncupabant) conari auderent. Ad hanc superstitionem diariam referendi quoque sunt; qui certis diebus ad scopis tangunt, ne ciniphes, erucæ, campe, vel alia insecta oriantur: item qui nolunt vngues præscindere die veneris, vel re die Sabbati, cùm interea non abstineant in honorem Dei paræ ceteris operibus seruilibus: qui credunt maiorem indevim aquæ benedictę Dominicis post quatuor tempora, quàm alijs ad speciales quosdam effectus: item qui oua, quæ pariunt die Parasceues, toto asseruant anno, quia credunt vim habere ad exstinguenda incendia, si in ignem inijciantur. cedo enim, vis hæc naturalisne? vnde? à die, vel matre? non hoc dicat. nam quid absurdius: nulla matri prærogatiua præcipua competit: nihil diei, cælestes orbes tum vel singulare influunt. Vis illa, supernaturalis ergo. cur non idem competit enixis die Anastasis, vel Natalis Dominic? specialis inquient, priuilegio. dic sodes, vnde nosti? cui & quando cessum? constat experientiâ, dicent. Sed illa fallax, & vnde?

¹ d.c.79.

² in d cap. 4. ad Galat.

tus ex, non ex pacto effectum nasci? Deuotio persuasit, dicat alius, Non bona deuotio, quæ cum scandalo coniuncta, quæ meritò suspecta, quæ anilis, quæ singularis, quæ nullo Ecclesiæ vel traditionis munita suffragio. Faciunt in his partibus multi. Sed in ijsdem partibus multi pietatis & rerum fidei morũque imperiti, multi curiosi, multi superstitiosi.

C

SECTIO VII.

NOno loco sunt obseruantiæ vanæ in malis depellendis & morbis sanandis variæ. vt si quis faciat oblationem ex bonis eleemosynâ impetratis, credens ea maioris efficaciæ ad effectum cõsequendum: qui putat crucem ex eleemosynis emptam vel factam, esse sanctiorem, & efficaciorẽ: qui offerũt sanctis eram vel aliam materiam, illi immiscentes capillos hominis, vel pilos animalis ægri: qui mergunt imagines in aquam pro pluuiâ obtinendâ: qui faciunt quasdam ligaturas, ne lac vaccis subtrahatur: qui per anulum desponsationis meiunt, vt liberentur maleficio: qui pro quibusdam capitis doloribus, & similibus morbis curandis, ad porcorum lintrem seu obscam collum applicant In nomine Patris &c qui metiũtur cingulum ægrotantis ad cognoscendũ à quo sancto sit sanitas impetranda, adhibitis alijs definitis ritibus: qui stramen bipenni diuidunt, vt sanentur manuum vel digitorum tumores: qui pro quibusdam pecudũ morbis ignes struunt ex peculiaribus lignis, & in eum animalia impellunt, vel in orbem circumducunt, & quod primo loco transit animal, hoc sanctis offert. qui S. Lupi libũ pinsunt, hoc ritu; coquũt libum triãgulare, prætexto Trinitatis sacratissimæ honore; & ei quinque foramina imprimunt, in memoriam (sic colorant) vulnerum Christi; postea, in B. Lupi honorẽ, libum dant in eleemosynâ primo mendico non ex proposito, sed ignaro, & fortuitò occurrenti; sic arbitrantur armenta gregesque, sola in passcui à lupis inuadi nõ posse. frequens est, in pagis propè Thionam & Louanium. Superstitio se prodit in eo (vt cetera mittã) quòd fortuitò mẽdicanti dari debet; nam quid hoc, vel ad cuiodiam pecoris, vel ad honorem Dei, attinet?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huc referendæ sunt innumeræ orationum formæ, quibus vulgò vulnera sanantur, vel morbi curantur, vel infortunia arcentur. Vna in vsu inter Hispanos milites, qua quidam saltatores, vt ferunt, sanctè viuentes, & omnes gratis curantes, cum solâ impositione linteorum, & certorum recitatione verborum vtuntur: formula fuit Hispanica, sed reddam Latinè ad verbum; Per Christum, & cum Christo, & in Christo, ei tibi Deo patri omnipotenti, in vnitate Spiritussancti omnis honor, & gloria. per omnia secula seculorum. Oremus, taribus præceptis moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere, Pater noster, qui es in cælis &c. Amen, Iesvs. Potentia patris, sapientia filij, virtus Spiritussancti sanet hoc vulnus ab omni malo. Amen, Iesvs. Domine mi Iesv Christe, credo quod nocte Iouis Sancti in cænâ, postquam lauisti pedes tuorum sanctorum discipulorum, accepisti panem sanctissimis manibus tuis, & benedixisti, & fregisti, & dedisti tuis sanctis discipulis, dicens, accipite & comedite; hoc est enim corpus meum. similiter accepisti calicem in sanctissimas manus, & gratias egisti, & tradidisti illis dicens; accipite & bite, quia hic est meus sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. hoc quotiescumque feceritis, facite in meam commemorationem. Obsecro te Domine mi Iesv Christe vt per hæc sanctissima verba, & virtutem illorum, & per meritum sanctissimæ passionis tuæ sanetur hoc vulnus, & malum istud. Amen Iesvs. In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen. Iesvs.

De hac formulâ mota fuit Ipris anno superiore quæstio maximè quia nullum naturale medicamentum accedebat. Reuerendiss. Episcopus Iprensis Simonius, & consiliarij eius totam curationem hanc iudicarunt superstitiosam & illicitam, & prohibuêre ne quis eâ vteretur. Multis hæc damnatio displicuit, visa, sed immeritò. Nam hîc effectus totus exspectatur à Deo per modum miraculi. Sed miracula sic assiduè & quasi ex consuetudine poscere; est Deum tentare. Deinde sancti viri miracula edenda, non sunt vsi certis, & quasi concepta verborum formulis; sed modò sic, modò aliter, prout Spiritus sanctus suggerebat. Tertiò sanctitas huius, non satis probata: fit enim plerumque vt malefici præclarè, specie externâ, sanctitatem mentiantur: neque in hac re milites satis idonei iudices; quibus sancti videntur, qui extrinsecùs peccata grauia non produnt. Quartò, qui donum sanationum à Deo acceperunt, illi nunquam accipiunt cum conditione, vt talibus vel talibus vtantur verbis: sed tales commentitiæ formulæ sunt indicia pacti saltem latentis. Quintò, non licet priuatis comminisci formulas, quas nec sacræ litteræ, nec Ecclesiastici vsus approbauit; qualis est ista. quæ licentiosè abutitur, & deprauat multa sacrosancti missæ sacrificij verba, etiam ipsius Canonis; Denique applicat verba consecrationis rei ad quam petit effectum sibi concedi per vim prædictorum verborum, instituta non fuit, (quod non est permittendum) & præterea quę vis non ad vulnerum corporis consolidationẽ, sed ad panis ac vini trãssubstantiationẽ, à Saluatore nostro directa fuit. Neque illud negligendum est, Ecclesiam & Catholicos eius filios, tanctâ semper in veneratione hæc sacrosancta consecrationis verba habuisse, vt nefas ducerent illis vti; nisi quando in missæ sacrificio, vel quando in Ecclesiâ, vel scholis, aut disputationibus ijs necessariò vtendum: contrà Diabolus, & membra eius malefici, rebus nullis vtuntur libentiùs aut frequentiùs ad sua sacrilegia nefanda, quàm & ipsâ Venerabili Eucharistiâ, & ijs quę ad illam pertinent. Hęc mihi nunc contra hãc & similes formulas occurrebant.

SECTIO VIII.

Nec quisquam nitatur auctoritate cuiusdam Canonistę, qui vixit anno, 1454. nomine Felix Malleolus, & fuit Canonicus Tigurinus; qui integro libello, *duorum tractatuum de exorcismis*, se patronum præbet huiusmodi precationum & medicamentorum. plurima huius opuscula circumferuntur, sed in plerisque multa sunt temeraria, erronea, & scandalosa: quare maturo & sapienti consilio Ecclesia Romana eius nomen, inter primę classis prohibitos scriptores, quorum cuncta

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripta sint vetita, retulit. ideò Catholicis eius auctoritas pro-
fligata planè censenda: sed nec rationes vllius momenti at-
tulit. Examinemus singulas breuiter. vult licitam esse cura-
tionem per huiusmodi verba (dicam Latinè, tum vt omnes
intelligant, tum ne quis vtatur; si eo, quo pronunciandæ sunt
verba, idiomate & rythmo proponerentur) Si sancta Maria
virgo puerum Iesum verè peperit: liberetur animal hac pas-
sione, In nomine Patris &c. *Et illud*, Christus fuit natus, Chri-
stus fuit amissus, Christus fuit inuentus: ipse benedicat, & cu-
signet hæc vulnera, In nomine &c. *Et illam*; Ego adiuro te
vermes, per omnipotentem Deum, vt ista ciuitas vel domus
vobis tam detestabilis, quàm Deo est vir ille; qui falsam
tentiam protulit, & iustam nouit, in nomine Patris, &c.] & ci-
cit hæc dicta, mutatis mutandis etiam proficere, contra lum-
brices & vermes, qui animalium viscera corrodunt. Fatentur
suæ sententiæ contrarium esse quẽdam, qui scripsit de super-
stitionibus (*intellige Martin. de Arles*) & Ioan. in summâ Con-
fessor. & anno Domini 1405. lectorem ordinis Augustinia-
coactum reuocare Heidelbergæ articulum, quo dixerat, pos-
huiusmodi formulis sine peccato aliquem vti, & nominat
secundâ illâ. coactum, inquam, hoc reuocare, ad mandatũ Do-
mini Episcopi Spirensis, & peritorum studij Heidelbergen-
tanquâ erroneum, & polliceri se de cetero non amplius ea
verba prolaturum. His non obstantibus contrariũ ipse cen-
Probat primò quia pium est & meritorium fanare morbos
hominum modò, sed & brutorum: vt probantur multi San-
feciſſe. *Resp.* hoc fecere, citra omnem superstitionis suspi-
nem, & sic facere est pium ac meritorium: formulas verò
superstitiosas esse, & meritò suspectas.

Secundò, licet benedicere animalibus in nomine Domi
Resp. licet, si nihil addas superstitiosi dicti vel facti.

Tertiò, licet illa maledicere, seu coniurare, & excommu-
care, & exorcisare: vt fecit S. Wilhelmus Lausanensis Episco-
pus, qui ab anguillis læsus omnes anguillas suæ ditionis ma-
dictione expulit & relegauit. sicut & B. Pruminius insulam
Mar

Marci propè Constantiam, venenosis coinquinatã vermibus,
totaliter suis precibus mundauit. Et Episcopus Lausanensis,
tum viuens, contra venenatas sanguisugas, quæ veneno suo in-
ficiebant Salmones & alios pisces, exorcismos ex sacris scrip-
turis compositos, fecit pronunciari. Et soliti sunt etiam in
Heluetiâ, contra valdè noxium genus vermium, quod vocant
Luger, instituere iudiciarium processum, sicut fit contra faci-
norosos: sicut & Constantienses & Curienses faciunt, con-
tra vermes alios nuncupatos *Lauffkasser*. *Resp.* Exorcismos
& Ecclesiasticas depulsiones animalium probari, quos publi-
cus Ecclesiæ vsus recepit & approbauit, non quoscũque priua-
ti cõmiscentur. Hodie in Ritualibus Romanis habemus ex-
pressas formulas legitimas, quas omnes sequi deberent: pos-
sunt, & vti tutò proprijs diœcesium, quę à sede Romanâ appro
batæ: imo sine peccato vti illis possunt, etiamsi non sint ex-
pressè approbatę, dummodo nec improbatę, nec à viris doctis
& pijs in dubium vocatæ, nec apertam vanitatem præ se ferãt.
Vt sanè in formulâ ipsius exorcismi seu adiurationis Lausanẽ-
sis Episcopi nihil continetur, quod possit improbari; nisi for-
tè curiosa illa, & procuratorium piscium, & alij quidam a-
ctus iudiciarij, quæ videntur vana & superflua: quod idem di-
cendum, de publicâ praxi Constantiensi & Curiensi. Tertia
verò illa adiuratio, erat introducta priuatim à rustico, nec de
origine primâ eius quicquam cõstat: in exorcismis autem nõ
recipiendas quasuis pro arbitrio exorcisantis preces, sed cer-
tas & ab Ecclesiâ præscriptas docent Concil. Carthagen. 4.
can. 7. & Ioan. Micrologus *lib. de obseruat. Eccles. cap. 7.* Quoad
fabrum denique Guilhelmi & Pruminij, similia legimus de S.
Patricio & alijs; sed aliud non probant, quam licere sacrâ adiu-
ratione, vel oratione, virtute Dei, animalia noxia expellere;
quod nemo negat: Licere autem certas formulas arbitratu
quorũuis confictas in vsum inducere, id nõ probatur, quod e-
go nego. Sanè Apostoli, & sancti, absque aliâ verborũ additio-
ne dæmones expellebãt, & morbos sanabãt in solo Christi no-
mine sic DD. * Petrus ac Paulus, D. Ioan. † D. Tho. D. Andr.

* *Act. 3. 3. 6. & c. 16. 7. 15.*
† *Prochorus in Vitâ Ioan.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DD. Iudas & Simon ι, & D. Hilarion. ϰ fecere.

ι *Abdias li. 9.10.& 13. hiſtor. Apoſtolor.*

ϰ *D. Hieron. in eius vitâ.*

Quartò addit, pro argumento, ex legendâ S. Blaſij, eum benedictione ſolitum munire animalia imbecilliora contra grádiora: item, quòd qui porcos caſtrant, eos D. Antonio commendant; & ſi porci D. Antonio donati violentur ab aliquo, illum non eſſe impunitum. *Reſp.* hęc nihil ad rem pertinere: nihil enim hîc verborum ſuperſtitioſorum intercedit. de D. Blaſio in vulgatis legendis multa narrantur, quæ nullâ niturtur fide vel auctoritate. Cur B. Antonio porcus appingatur, neſcio; niſi hoc ex hac ortum conſuetudine fuerit: ſed quod huius conſuetudinis initium, rurſus ignoro. Deuotioni porcorum puræ & innoxiæ, ſanctorum caritatem ſæpenumero fauere & applaudere videmus. Nimirum rectè Ambroſius, Proſperè, dixit, poteſt cedere, quicquid ſimpliciter ſub Deo fit deuotione.

Quinctò ex ſacrâ ſcriptura ſic argumentatur; Paullus dicit, *omnia quæcumque facitis in nomine Domini noſtri IESV Chriſti facite* λ. qui omnia dicit, nullum actum (ſaltem bonum) excipit. *Reſp.* eũ ſumere pro certo, quod eſt in controuerſiâ, hunc actum animalis cum talibus verbis curati eſſe bonum.

λ *Coloſ. 3 v. 17.*

Sextò, tempeſtatem per maleficium excitatam, ab agris alio maleficio repellere, eſt actus bonus: ergo etiam ſuperſtitioſa formulâ licet repellere morbum animalis maleficiati. Antecedens probat ex l. eorum. C. de malef. & auctoritate Azonis in ſumm. & Archid. *Reſp.* & legem illam, & auctores eam ſequentes manifeſtè errare contra fidem, vt docebo fusè lib. 6.

Septimò, quo ad primam formulam, excuſat illam; Quia *Si* particula in eâ non eſt dubitatiua ſeu coniecturalis: ſed caſualis, ſignificans idem quod, *quia* verè. Quemadmodum, in illo: *ſi iudicas eos, cognoſce.* item, *ſi in inferno nulla eſt redemptio, ſanè terribilis eſt eius recordatio. Reſp.* etiamſi ita ſumas, formulam eſſe ſuperſtitioſam. quia vel illud additur vt cauſa ſanationis, vel vt ſignum. ſi vt ſignum, non eſt ſignum ad hoc à Deo vel Eccleſiâ inſtitutum. ergo à priuato, & tum meritò ſuſpicamur pactum cum dæmone. quia cum Deo nemo ſic pacis-

citur: nec licet nobis, Deo ſignum præſcribere, vel dare. Si vt cauſa; vel quatenus aërem verba verberant, & ſunt talis ſonus (quod eſt ridiculum) vel quatenus ipſa verba vim phyſicam habent (quod æquè abſurdum) vel quatenus habẽt vim moralem. quæro an hæc ſit ex opere operato; an ex opere ẽperantis? non illud, quia non ſunt ſacramenta. ſi iſtud, ergo iam à deuotione res pendet. ergo etiamſi alijs vteretur verbis id à Deo obtineret. ergo iam vana formula. habet hoc argumentum vim contra ceteras omnes. Nec tamen vim habet contra inſtitutas ab Eccleſiâ formas exorciſmorum: quia Deus Eccleſiam in his dirigit, & ſponſæ ſuæ votis fauet: adeò vt Eccleſiæ preces huiuſmodi; vi nominis Chriſti, quod inuocatur & inſcribitur, vt cauſa ſimul & vt ſignum operentur, eo modo quo & ſignum crucis formatum pronunciatumque μ.

μ *Tyræus lib de dæmoniac. p. vlt.*

Octauò contendit licere aliquando dæmonum vti miniſterio & eos ad hoc inuocare: quia D. Theodorus Epiſcopus Sedunenſis ingentem campanam à Leone Pontifice ſibi donatam, à Româ Sedunum vſque per dæmones portari curauit. Confirmat, quia generales hæ propoſitiones ſunt reijciendæ, omnibus nobis iniuriam & damna & moleſtias pertinaciter inferentibus eſt ignoſcendum; qui hoc dicat ex Domini præcepto, cum dicit mentiri. veritati enim conſonum eſſe nõ parcere, ſed oportere puniri: Item, de vſuris generalem facientes prohibitionis deteſtationem errare; cum in multis contractus vſurarũ videatur licitus. Sic vult, qui negant vllas formulas ſuperſtitioſas eſſe licitas, eos quoque errare. *Reſp.* me mirari audaciam vel ignorantiam hominis. audaciam quod fabellas nobis pro hiſtorijs obtrudat, quarum nullum refert auctorem. Si hoc accidit (non credo quidem) ſed ſi accidit, ſpeciali Dei reuelantis permiſſione hoc ab Epiſcopo illo factum; alioqui nec omnia ſemper ſanctorũ aliàs virorum facta imitanda, imò nec neceſſariò ſemper probanda. Confirmationis primum membrum prorsùs vel calumnioſum eſt, vel abſurdum. calũnioſum, ſi vim præcepti Dominici de remiſſione iniuriæ intellexit: abſurdum, ſi ſic intellexit, vt ex argumento videtur intellexiſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tellexisse. Dominus enim rancorem, iram, vlciscendi studium, & animi perturbationem prohibuit. Sibi vindictam reliquit voluit; eam in hoc sæculo retribuit per iudices, vicarios suos. nihil igitur hoc pertinet ad iudiciariam iniuriæ prosecutionem. Secundum membrum de vsuris erroneum est. nũquam enim vsurarij contractus vlli liciti fuerunt.

Postea conatur probare, formulam ratione versus, seu rythmi superstitiosam nõ esse. Quod nec nos dicimus: dicimus tamen, quia non solet Ecclesia exorcismos versibus ligare, hoc non carere aliquâ suspicionis causâ.

Decimò vult etiam ratione rituum, & gesticulationum similiarum quibus vtuntur rustici & alij huiusmodi medentes, non posse dici formulas superstitiosas. *Resp.* ritus omnes & gestus absonos; quos Ecclesia non recipit, nec verbum Dei, scriptum vel non scriptum, approbat, censeri meritò vanæ observantiæ species, & propterea fugiendos, tanquam superstitiosos. Addit etiam certè parum piam dicti sui multiplicem confirmationem. prima est, Christus Dominus cæcum sanauit spuens in terram & facto luto, & eo illitis oculis. 2. D. Marcus eodem modo sutorem sanauit in manu sinistrâ læsum. 3. Helisæus mirros gestus fecit, vt puerum suscitaret. 4. D. Hieronymus pro signum crucis leonis pedem sanauit. 5. in paruulis baptisandis multos ritus, tactus & mores, nunc exercent Sacerdotes, qui in primitiuâ Ecclesiâ fuissent exorbitantes. *Resp.* ex his ipsa tissimè inferri, ad ritus illos à mulierculis & rusticis priuatos ctoritate receptos. Christi Domini ritus fuit maximè mycus & significatiuus, vt Sancti Patres ostendunt. Helizæi ctum, prophetia fuit incarnationis Dominicæ. De D. Marc illa narratio, mera nænia est. D. Hieronymus Ecclesiasticor medio & proprio Christianismi signo fuit vsus. Sacerdotes qui alios ritus seruant, quam Ecclesia præscribit, peccant; quod eos tantum seruant, qui sunt in ritualibus, nihil faciunt, quod non Ecclesiastico vsu à plusquam mille annis receptum sit, vt docet Bellarminus *to. 2. agens de baptismi cærimonijs.* Plenum verò impietatis est, nec à blasphemiâ alienum cærimonias Ec-

clesiæ, & actiones Christi atque Prophetarum comparare maleficorũ actionibus, & ex illis has velle deducere vel comprobare, vt vt facit Malleolus.

Vndecimò coniectorẽ agit; fortassis, inquit, est arcanũ Dei, » quod sancti viri per reuelationem receperunt. Sicut olim per » hoc verbum Ananizapta, reseruatum, tentum, & portatum » contra pestilentiam fideliter credentes securitatem percepe» runt. *Resp.* non, quod possem, omne fortassis affirmatiuum, solui per fortassis negatiuum; sed, quamdiu de tali reuelatione non est vlla probatio, tutiorem partem eligendam, vt abstineatur: deinde ipsorum esse qui defendunt, non conijcere, sed probare reuelationem: denique illud ipsum quod addit, de *Ananizapta*, cuius exemplo conatur intentum probare; esse non tantum vanũ, sed etiã merè magicũ, & ex pacto dæmoniacum. Sciendũ enim inter magica reliqua periammata solitum, vt contra pestes & febres pestilentes, in quo tres versiculi debebant certo describi modo;

Ananizapta serit, mortem quælædere quærit, &c.

Quibus quid potest dici ineptius? nam illud *ananizapta* nihil prorsus significat, & ponitur tamen versu tertio vt Dei nomen & petitur ab eo, vt ferentis misereatur. vnde patet sic occultè dæmonẽ inuocari, qui hoc sibi nomen vel signum cõstituerit. Deinde quod ait fideliter credentes tantum sanari: hoc indicat eum requirere certam fidem virtutis illorum verborum: quod & ipsum est impium. Si verò licet de significatione ejicere, suspicor vocẽ esse ex Chaldæo vel Hebræo confictã. Nam *ana* אנא secretis Mekubalim mysterijs significat, mentem cui innatæ primæ notiones: in cuius medio dicunt sedere angelum, quem vocant anim, qui rei veritatem homini aperit, & indicat. vnde & חבא *aná* nomen idoli, & ענני anani diuinatio. *Saphat* vero denotat eum qui iudicat שמש. *ananizapta* igitur quasi *ananizapat* significat dæmonem illum, diuinationi qui præest, & diiudicat atque indicat morbi causam atque remedium. semper enim malefici priusquàm sanent, sententiam ferunt, maleficio morbũ illatum fuisse. Atque hoc arbi-

tror arcanum illud magnum, quod Malleolus indicare voluit, vel debuit. Sanè magicæ voces pleræque ex Hebræo sumptæ. Neque illi suffragatur, quod

Duodecimò subdit, Experienter (*Vtar eius verbis, ne quid me fingere quidquam putet*) videtur, & ab Ecclesiâ permittitur, quod illi, qui per certas formas verborum serpentes tollunt, (pro vt Apostoli fecerunt) & tangunt, & in medicinalibus re- fectionibus multipliciter deducunt; imò leprosos sanando, nondum fundamentaliter infectos, multum proficiunt: & ce- ce quod illi, qui propriè talibus verborum exorcismis in eâ formâ non vtitur, licet fortiora loquatur nihil apud serpen- operatur. *Resp.* primò falsum esse quod dicit ab Apostolis ser- pentes sublatos, per certas verborum formas. nam hoc per il- los factum dumtaxat, iussione, in nomine IESV, vt Dominus præcepit, & cui formæ, vt causæ ac signo, suam operamque ef- fectum pollicitus fuit ℣. falsum est secundò ab Ecclesiâ incan- tatores serpentum, qui commentitijs huiusmodi formis vtun- tur, vel morborum curationes tales perficiunt, permitti, vt do- cui iam sæpè, & ostendam ex professo lib. 6. Tertiò falsum est alijs formis potentioribus vtentes effectum non consequi. ob- sequuti enim eum sunt sancti viri signo crucis, inuocato no- mine Dominico, & similibus Ecclesiasticis remedijs. Quod si loquatur de formis commentitijs atque priuatis, hæc ipsa ex- perientia docet ex pacto fieri. nam ideo prodest vna, quia ge- gem illam Diabolus tulit: non prodest altera, quia eam non præscripsit.

℣ Marci vlt. ℣ 18.

Decimotertiò, sic argumentatur, Deus etiam per malos Sacerdotes, si seruent præscriptam ab ipso verborum formam conficit Eucharisticum sacramentum; per bonos verò, si for- mulam non seruent, non conficit. ergo etiam Deus per ma- los seu malefícos, si verba concepta seruent, tribuit sanitates, per bonos non tribuit si non seruent. Consequentia proba- tur. quia teste D. Gregorio miracula minora probantur per maiora. Sed illud de Eucharistiâ est maius, istud de curatione morbi est minus. ergo istud benè probatur per illud. *Esp.*

minor Christiani alicuius tantam esse posse impudentiam, vt sacratiss. rei mentione sic abutatur, & talem instituat compa- rationem. nimirum. magiæ sectatorum hoc proprium est, non catholicorum verorum. Ad argumentum negatur con- sequentia. nec vrget probatio quia præsupponit falsum, nem- pe miraculosam, & non prodigiosam, hoc est à Deo, non à dæ- mone causam in casu proposito: quod à nobis impugnatur. Transsubstãtiationis miraculũ de fide est. miraculum fit, quia Christus hanc, & non aliam formam verborum instituit. Sa- natio hæc nullo argumento idoneo probatur à Deo esse. qua- re corruit tota machina. D. enim Gregorij verba de duobus veris miraculis sunt.

Decimoquartò insistit probationi experientiæ, parum at- tendens experientiam non docere quòd curatio sit à Deo, vel etiam quod sit licita. nam non quicquid corpori prodest, id li- citum est, vt constat; alioqui & nimio potu ad vomitum, & ne- quioribus alijs vti liceret, & medici talia suadentes excusaren- tur. alioqui à dæmonibus morborum curationem petere lice- ret, vt impius Paracels. censuit, & non nimis obscurè Malleo- lus videtur concedere. quæ cuncta sunt impia.

Decimoquinctò, quæ in his formis continentur, cũcta sunt ex S.S. desumpta. ergo licita & sancta. *Resp.* nihil hac illatione frigidius. peccatum enim hîc est in abusu applicationis. eo quod verba sacra applicantur, ad ea quæ Spiritus sanctus nullo modo intendit. quemadmodũ peccant, qui ad diuinationes, fatuas, pasquill. & huiusmodi, SS. verba deflectũt, Confirmat arg. suum; quia non reprehenderetur, qui cum signo crucis simpliciter diceret, sanare in nomine Christi. ergo nec ille, qui paullò plus rituum & verborum bonorum adhibet. *Resp.* antius consequentiam claudicare. quia prior ille Ecclesiasti- cam & Euangelicam formam sequitur: posterior voluntariam N ẽ; potest peccare delicto tentantis Deum. fitam & commentitiam. Deinde & prior ille hoc faciens teme-

Decimosextò, credentibus Deus pollicitus miraculorum patrationem ad solum credentium iussum: neque distinxit, si

hac vel illâ formâ vſi fuerint, ſed formam generaliter loquens liberam reliquit. neque nos igitur hanc licentiam reſtringere, neque diſtinguere debemus. *Reſpond.* Chriſtum Dominum fidelibus eam poteſtatẽ tribuiſſe, qui fide firmi, in nomine ipſius, ad fidei confirmationem iſta facerent, quando ſalus animarum hoc depoſceret, vt patet ex ſerie contextus D. Matthæi o. Et ſic Chriſtus Dominus miracula ſua edidit. Velle autem miracula edere, duntaxat vt homo, vel equus, vel vacca, licentiam nobis reliquit, manus impoſitionem, & ſimplicem unctionem, & ſimplicem orationem, & ſimplicem benedictionem, vel precationem in nomine eius cum benedictione iuſſionem, vel precationem. Hanc Chriſti licentiam nec reſtringimus, nec diſtinguimus, ſed arcemus ab eâ ſuperſtitioſas additiones & ampliationes.

o *d. c. vlt.*

Vltimò ſic argumentatur: in dubijs benignior *interpretatio* facienda. ſed hic res dubia eſt, ergo potius dicendum licere, quam non licere. Conf. Deus intentionem facientis attendit: eam ruſticus iſte hoc faciens habet bonam. ergo non eſt damnandus à nobis. *Reſp.* An hæ formulæ ſint licitæ necne, ſtrictè loquendo dubium non eſſe. primò quia nõ ſunt ſufficiẽtes rationes neq; argumenta ſatis idonea vt ijs intellectus ſanus ac benè diſpoſitus moueatur ad credendum has formulas eſſe bonas ac licitas. hoc tamen neceſſarium eſſe ad dicatur dubium, conſtat. π Deinde quia regula iuris Canonici improbat omnes orationes & formulas huiuſmodi præter *Pater noſter* & *Credo*, vt docuimus: nec inuenitur exceptio per Eccleſiam introducta ſpecialiter de huiuſmodi formulis: ſed dubium non poteſt dici, id de quo inuenitur regula vetans, nec probatur de eo caſus ſpeciatim exceptus ρ. ergo iſtud hîc non poteſt dici dubium. Denique hîc non ſunt Doctorum ſententiæ pro parte affirmatiuâ; dubium enim non dicitur, niſi ſint hinc inde vtrimque Doctorum opiniones. Verum ergo dubiũ hic non poteſt eſſe de re, vtrum peccauerit necne? ſed tantũ de perſonâ, vtrum peccauerit faciendo quod putabat licitum, necne? quæ duo ſunt omnino diuerſa.

π *Aragon. & alij ad D. Thom. 22. q. 60. a. 4.*

ρ *Barto. in l. quoties. D. ſi quis caution. & Cuma. cõſ. 154. in fin. Socin conſil. 115. col. 3. vol. 1. Corneus conſ. 71. litt. e. par. 3.*

fieri enim poteſt, vt peccẽ faciendo rẽ licitam, & fieri poteſt vt non peccem faciendo rem illicitam. Quare etiam aliud eſt iudicare de re, aliud de homine. Quãdo quis iudicat de homine, debet ſpectare bonum hominis, quod cõſiſtit in eo vt quis bonus cenſeatur: ideo in dubio, ne homini fiat iniuria, teneor potius iudicare, quod non deliquerit τ. Sed quando quæritur de ipsâre, quia rei non intereſt qualis exiſtimetur, bonæ an malæ; ideo non accommodandum eſt in dubijs iudiciũ bono rei, ſed bono ipſius iudicantis, hoc eſt ei quod vtilius eſt iudicanti υ. bonum autem iudicantis eſt, non decipi intellectu, & intellectus bonũ eſt veritas, nempè ſic rem intelligere, vt reuerâ eſt: quare hoc iudiciũ eſt conformandũ ipſi rei, quoad fieri poteſt, & de re iudicandum, non vt expedit perſonæ facientis, cuius hîc ratio non habetur, ſed pro vt natura & conditiones rei poſtulant: qua in re D. Thomæ ceteri aſſentiuntur φ: Accedit, quod quæſtio hæc de re, pertinet ad communẽ animarũ ſalutem, quæ paucorum ſuperſtitioſorum fauori præferenda eſt. quando verò diſceptatur de animæ periculo, tũ non quod leuius videatur in quoſdam, ſed quod reuerâ ſit animæ tutiùs, id ſequendum, vt communiter docent DD. χ Ad argumentum itaque breuiter reſpõdeo, ex maiore benè inferri, de peccato ipſius vtentis, quandò verè dubium eſt, peccauerit necne, vt puto de ruſtico dubium fuiſſe; de monacho verò profiteore Theologiæ non puto, tenebatur enim ſcire: perperam tamen infertur, idem de re. nam nec dubium id eſt: & ſi foret, non ſequenda niſi pars negatiua, quæ tutior: & proinde verè benignior in animas;

τ *Guido Pape ſing. 117.*

υ *ſic intelligo Speculat. de arbitr. §. 8. verſ. ſed quid ſi arbiter.*

φ *Cajet. Sot. Aragon. in d. a. 4.*

χ *Panorm. in c. inuenit. de ſponſal. Ang. Silu. Tab. & alij in verb. Dubium.*

Alia quædam poſtea accumulat, quæ prætermitto, quòd ſint non minùs inepta, quam frigida, & ridicula; vtpote meræ fabellæ, de Moyſe, Virgilio &c.

SECTIO IX.

Ex his infertur deciſio de multis formulis, quas non prætermittã planè, vt de ijs poſſint lectores, quando de facto incident, iudicare; nec adſcribam integras, ne curioſi & impij queant abuti: ſed adſcribam tãtum initium ac finẽ, omiſſis

Universidad de Deusto
Biblioteca

medijs & circumſtantijs,quas auctores earum requirunt. Primæ quatuor frequentes ſunt hîc in Eburonibus.

1. ad equos ſanandos. interrogant cuius coloris ſit & dicas,ſpadicem. clamant, Spadix, ſpadix, ſi laboras tali vel tali morbo,tam verè ſaneris, quam Ioſeph & Nicodemus, &c.

2. ante par ante, par ante ante &c. vt virgo Maria peperit

3. alligare equum ſtoloni arboris, quæ nunquam fructum tulit,idque trium horarum ſpacio.

4. pro quouis morborum genere;funiculo laneo brachium circumdare, in nomine Dei &c. & ad nomen ſancti, eum morbus tuus ſacer,funiculus contrahetur & fiet breuior.&c.

5. dicto, conſummatum eſt, pedem equi terræ fortiter excutere,& addito alio verſic.ex orat.Domin.clauum excidere.

6. ad morbum quendam animalis ſanandũ, inijcere phialæ vitreæ aquâ limpidâ plenæ,nouem ordei grana &c.

7. filum per chriſma trahere: aut terream imaginem, ſub altaris palâ abſcondere.

8. tempore miſſæ dentes tangere, & quendam ex Euangelio paſſionis verſiculum ſimul dicere.

9. cum ægroto antè febris acceſſionem manus lauare, & interea certum ex pſalmis verſum ſub murmurare: vel laborantis manu prehensâ dicere, Æquè facilis tibi hæc febris ſit, atque &c.

10. recipe tres panes miſſales,& in vno ſcribe,qualis eſt puer &c. in altero &c. in 3. &c. & dare has hoſtias febricitanti &c.

Vndecima ducere ægrotum feriâ ſextâ (idque continuis tribus diebus, ante ſolis ortum,versùs orientem,& eo expanſis ad ſolem manibus in crucifixi morem ſtante, dicere; Hodie dies illa eſt qua Dominus Deus ad crucem acceſſit &c. denique recitare nouies ternas orationes Dominicas & ternas Salutationes Angelicas.

Duodecima illud Aphricani; Guſtate & videte quod bonus eſt Dominus inſcriptum certæ ſupellectili &c.

Decimatertia in aquæ frigidæ cyathum inſtillare profluentis ſanguinis definito numero guttas; & inter vnam quamque legere

legere pater noſter &c. & propinare patiẽti. eumq; certa quædam interrogare: *Vel* fronti eius certum verſiculum cruore illo inſcribere. *Vel* in ſanguine ſiſtendo, dicere; Sanguis mane fixus in te, &c. ſanguis mane fixus &c. & ter repetere. *Item;* in ſanguine Adæ orta eſt mors ✠ &c.ô ✠ ſanguis vt fluxũ tuum cohibeas. *Item illud;* Chriſtus natus eſt in Bethleem, & paſſus &c. & hæc dicentem tenere innominatum digitum in vulnere,& facere certas ſuper vulnere eũ eo cruces,& dicere quinq; pater & ſemel ſymbolum &c. *Item;* certum verſiculum ſolum dicere ex Paſſione. *Item;* dicere, In nomine Patris, &c. chunear,cara,ſarite &c.

Decimaquarta tribus diebus ante ſolis ortum ſuper equo dicere, In nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti exorciſo te vermem per Deum patrem ✠ &c. vt nec carnem nec oſſa huius equi edas &c. Deinde certo numero recitare Pater & Aue. tandem in dextram aurem equi cum aliquot crucibus factis inſuſurrare,quatuor quædam verba.

Decimaquinta ad inueniẽdum furem, in cryſtallo crucem facere cum oleo oliuæ & ſub cruce ſcribere S.Helena,& puero caſto atque legitimo decenni tradere phyalam tenendam, & poſt tergum eius flexis genibus ter dicere orationem S.Helenæ; deprecor te Domina S.Helena,mater Regis Conſt.&c. Amen.& cum angelũ (*intellige nigrum*) videbit puer in phialã,tum interrogare quæ quis voluerit. *Item* ad furem deprehendendum; Accede fluentem aquam, inde quot ſuſpectos habes,tot numero lapillos collige, domum refer, fac igneſcãt in foco,defode ſub limen &c.imponantur ſcutellæ aquâ plenæ cum certis ritibus,& ad nomen furis calculus eius aquam faciet ebullire. *Item*; leguntur ſeptem pſalmi cum Letanijs; hinc ſequitur oratio terribilis ad Deum patrem &c.hinc exorcismus in furem: denique formatur figura circularis cum barbaris nominibus,& in medio pingitur oculus, tum clauus æneus certorum laterum oculo infigitur malleo cypreſſino & dicitur certus ex pſalmis verſiculus. ſic furi oculum putant excuti. *Alij*, die Sabbati ante Solis ortum ramum auellanum

abſcin-

baris nominibus,& in medio pingitur oculus, tum clauus æneus certorum laterum oculo illi infigitur malleo cypressino, & dicitur certis ex psalmis versiculus. sic furi oculum punctum excuti. *Alij*, die Sabbati ante solis ortum ramum auellanum abscindunt,dicentes; Ego te ramum huius æstatis reseco &c. in mensâ sternitur tegumentum additis his verbis;&c. quæ toties repetenda. *Alij* vtuntur exorcismo seu anathemate, quod blasphemè vocant S. Adalberti, cuius initium est, ex auctoritate Dei omnipotentis &c.& finitur,Amen, dicant omnes.pedes cantabitur; Media vitâ in morte sumus &c. Quam prorsus Apicor esse illius Adelberti hæretici,qui se sanctum vocabat, & damnatus fuit à Papâ Zachariâ,cuius Historiam & Magicam quandam impiam orationem, inuenies in vitâ S. Bonifacij Apostoli Germaniæ lib.2. *apud Surium mense Iunio. Alij legunt* Psalm.108.iuxta certam distributionem.

Decimasexta,ad curandum maleficiatum: Accipe tres olas violacei mensuras,& consistens contra solem ante eius ortum exprime nomen læsi & matris eius & angelos gloriæ, qui stant in gradu sexto,sex diebus ter in die. Septimo autem colligatur ille nudus &c. deinde nomina horum angelorũ inscribenda laminę &c.vicesimâ die mensis sanabitur.

Decimaseptima, Item ferre inscripta nomina trium Regum cum certis tribus versiculis: *Vel* verba planè incognita & absurda: vt illa veterum, *Danata daries*, &c. & recentia, *Helmon, Amon*,&c. *Vel* illa pani inscripta, *Irioni, Khiriori* &c. vel illud *Hax, pax, max* &c. contra morsus canum rabidorum. Item contra dolores dentium: *Strigiles Falcesque* &c. vel aliud *Abes* &c. *Galdes* &c. *Item: Gibel, Got*, &c. Et in piscium capturis illud Geoponici Constantini, *Iao Sabaoth:* & quorum his magis olim si libri referti fuêre Bamachius & Cariachirus, a Coleno *derisi lib.6.*Simpli: in illo Constantini est abusus duorum Dei nominum.

Decimaoctaua , virgas parallelas vi certorum verborum medijs partibus committere, & in crucis formam vincire, & de collo suspendere. vel thoraci lignum rotundum cum cer-

to murmure applicare, vt Turcæ faciunt. Sed sunt innumera huiusmodi commenta,quæ ex prædictis diiudicari poterunt: & nos alia quædam *libr. 6.* profligabimus , quæ propria Paracelsistarum. Aliæ quædam superstitiones in Exposit. 1. præcepti apud Beetzium leguntur *cap. Vlt.* Alij (inquit) promittũt sic : vis vt matitus tuus diligat te, accipe de omnibus crinibus tuis & offer illos ad altare ter cum cereo ardenti: & tunc quamdiu portabis illos super caput tuum tamdiu exardescet in amorẽ tui. *Alia suadet sic:* accipe hęc sancta verba scripta, & consue vestimentis viri tui, & non poterit occidi,vel subitanea morte mori: *Vel*, fac scribi literas infra Euangelium talis festi, & suspẽde illa sad collum viri tui, & non poterit submergi si pertransit mare. *Vel sic*, si vis habere maritum ad voluntatẽ tuam, quęre clauos ferreos antiquos (vulgariter hoefnagelen) de quib.inuẽtis debet formari annulus sextâ feriâ infr.missã: postea super lege Euãg. (*quod dã certũ*) & dic quotidie Pat. nost. tũc si annulũ in digito portaueris, habebis maritũ pro tuo desiderio infr.annũ. *Itẽ* si ipõsa debet habere bonã fortunã, oportet quod in nuptijs ingrediatur domũ sub duobus euagiquibus mulierẽ in puerperio iacẽtẽ, vel ne infans rapiatur (*à strigibus*) debet poni cultellus vel corrigia super lectũ &c.] hactenus ille contentus tantùm posuisse quantum ad fugiendas agnitas superstitiones pertinebat. formulas verborũ,quas prętera adhibẽt, prudenter prætermisit. Nunc ista sufficiant : plura enim peti poterũt ex lib.6.c.2.sect.1.q.1.Est penes me libel. M.S. *Leuini Crucij* Curionis Boscepani,cui titulus *Eruditoriũ exorcistæ*; qui vir certè nec indoctus , nec exigua huiusmodi rerum experientiâ prædituș,plurima congessit remedia contra maleficia, quorum plerasque etsi superstitionis apertæ nequeant reuinci , vtile tamen est propter abusum ijs non vti. Quare & hortor & oro cunctos, ad quos liber ille, quod sciam nondum editus, peruenerit (scio verẽ vllo remedio inde excerpto vtantur , nisi priùs sollicitè rò non satis cautè nonnullos ibi traditis vti aliquando) ne tecum pio & erudito & prudente aliquo Theologo rem contulerint, & is securè illo vti ipsos posse declararit.

Finis Libri tertij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE DIVINATIONE.

Præambulum. De nominibus quibusdam, quid significent. Prædictio. Prænotio. vaticinium. Prophetia. locus D. Hieronymi. loca, Ierem. 14. v. 13. & 25. Oseæ 9. v. 7. Exod. 12. v. 12. c. 18. v 11. Dan. 11. v. 8. Deuter. 13. Ierem. 23. v. 25. cum simil. A

Diuinatio, quid. locus Prouer. 16. v. 10. de diuinatione iudiciaria. Exempla, Salomonis, Danielis, Astiopharnis, Alphonsi primi Neapol. Tiberij, & Theodorici regis, Caroli Magni, Friderici 3. Solymanni Turcæ. B

Coniectatio quid. quo pacto deinceps hæ voces sumendæ. C

CAP. I. *de diuinâ Prænotione seu Prophetiâ.*

Quæst. I. De nomine & natura.

Prophetæ & prophetandi sex significationes. loca. 1. Paral. 25. v. 3. & 5. 1. Reg. 10. v. 12. 3. Reg. 18. 29. & v. 4. Tit. 1. v. 12. 1. Reg. 18. Ecclesiast. 48. v. 14. 1. Cor. 14 v. 5. Exo. 7. v. 1. A

Propheta vnde dictus Græcis. Nebua בנב. רבנ. בניא. vnde Hebræis נביאה. Videntes, vnde. Prophetæ definitio Casiodori. alia melior. Prophetiæ causa efficiens. An humana aliqua opus præparatione. locus 4 Reg. 3. B

Subiectum prophetiæ. Sententia Platonis & Aristotelis fatui, genus omne hominum & sexus etiam mali, & ignari, & inuiti. quomodo prophetia sit voluntaria C

Inspirationum seu illuminationum species. de imaginaria & intellectuali. de duplici eleuatione. D

An Deus semper per angelos, & nunquam immediatè prophetiam inspiret. Conciliati D. Hierony. Augustinus, & alij patres. Quo fiat modo influxus propheticus mediante angelo? E

De materia prophetiæ. quæ res occultæ huc faciant. locus Deut 18 v. 15. & 1. Cor. 14. v. 1. 3. 4. Quomodo prophetæ dicantur participes æternitatis Dei. De prophetiæ certitudine, tũ absolutæ, tum conditionatæ. de lumine prophetico, & varijs eius nominibus. F

Thomæ Anglici libri attributi Doctori Angelico. An lumen propheticũ sit idem cum lumine fidei. Peccatũ est graue illi non credere An necesse prophetam intelligere quæ dicit. an necesse prædicere alijs. Lumen propheticum ad quam qualitatis speciem reducendũ Locus Michææ. G

Quæst. II. Quæ sint species Prophetiæ

Duo genera, per Sacerdotes & Prophetas.

Sect. I. De rationali, vrim, & Thummim.

De duplici Ephod. Quid rationale, Hebræis חשן. videri veteres aliis quibusdam legisse non חֹשֶׁן, sed חֹשֵׁן, λόγιον, non λογεῖον, curiosum rationale iudicij. refellitur Iarchius. A

De nominib. eius Chaldæis, Hebræis, Græcis. Quid rei fuerint vrim & Thummim. Posse sciri. Non fuisse Xll. diuersum ab ipsis Lapidibus. B. D. Augustini mens exquisita. sententia ipsorum lapidum, qui alibi etiam vocantur Soham & Milluim. Locus Exod. 25. v. 7. & v. 30. explicat. Oleaster defensus. item defensũ vulgatus & Lxx. De vsu huius prophetiæ. modus interrogandi. Applicare Ephod, consulere Dominum applicato Ephod. consulere Dominum pro ijsdem. locus 2. Esdr. 7. v. 65. & Deut. 33 v. 8. B

Quis modus respondendi. Duplex. primus per nudum splendorem lapidũ defensus Iosephus. secundus per splendore & sermone. Locus 1. Reg. 28. v. 6. quid responsio per sacerdotem. C

Soluuntur argumenta viri docti contra Iosephum. Eius summa in hac auctoritat. Græci λόγιον vocarunt. quo sensu Lxx. dici queant Græci. De ratione quo hoc oraculum cessauit. Cur vocetur iudicium τοῦ ἀληθοῦς. cur veritas illuminatio. Thummim veritas. Sect. D

Sect II. De oraculis Prophetarum.

Distinctio oraculorum. visio, verbum, somnium. visio. ὅρασις. רואה A

quid. verbum λόγος. דבר quid. quomodo fiebat. cõsilium מלאכות

Euangelium. Onus seu משא. quid sit finẽ quæsitum, refelluntur varij. B

Hieronymus defensus. Apocal. 2. in fin. vers. 24. Ierem. 23. vers. 33. λῆμμα quid Græcis Lxx. cur idẽ dicatur onus & minus. Reprehens. Theophilactus.

Decessus seu raptus prophetico. יד quid. Ezech. 1. v. 3. & c. 8. v. 1. & 3. C

Inepta propheræ semper sibi præsentes hoc distinxit à fanaticis hæreticorum. Auctor lib de spiritu & anima defensus contra Petr. Oliuarium. Apocalypsis quomodo scripta hoc genere propheticũ. Familiaris locus. alius Aud. Cęsariẽsis. κάτοχος quid. κατοχὴ congelatio, suspensio. Theodoretus & Theophilact. contati.

Insomnio. חלום. ἐνύπνιον. D

quando sit prophetia, quando non. Modi seu somniorum sex in SS. differentiæ. Hebræi solebant somnia petere. genuflex. ponuntur loca huiusmodi. Gentilium dicta ψυχομάντεια.

Vopiscus Christianorum Iulianus eo consilio derivare per calumniam. Iudæi hac in re imitati fuere Pagani. Locus Esa. 1. c. 65. v. 4.

Diuinorum somniorum finalis causa triplex ex sacris literis ostenditur. E

Locus D. Iob. c. 4. v. 13. & c. 7. v. 14. & c. 33. v. 15. Locus Numer. 12. v. 6. Exempla multa diuinorum somniorum ex historijs.

Quæ species prophetiæ sublimior & excellentior sit. F

Quæst. III. Quo pacto prophetia, siue diuina reuelatio, discernenda sit à diuinatione siue dæmoniacâ reuelatione?

Auctores qui de hac quæstione tractarunt. capita vnde petẽda distinctio. A

Sect. I. Quænam necessaria iudicaturo de reuelatione?

Spiritus discretionis quid. & quotuplex. de discretione experimentali. hæc est in ordine ad seipsum.

De discretione in ordine ad alios. quædam infusa; quædam doctrinalis seu acquisita; quæ ad hanc necessaria sint doctrina, pietas, experientia, & alia multa. Tenenda præcipuè humilitas. suspendenda non præcipitanda sententia. Exempla sacræ scripturæ, Iacob, Iosue, Samuelis. Heliæ, B. Virginis. locus Luc. 1. v. 29. Sanctorum Ambrosij & Episcopi Cyprij. Illusio mulieris Carthaginensis. B

Præstat humiliter reijcere reuelationem, quàm auidè arripere: an liceat petere vt fecere quidam Sancti SS. Ephrẽ, Maurus, Herebertus, & alij, sed nõ imitandi in hoc, Quod deceptæ multę personæ per hoc vt S. Catharina Bononiensis. Conatus sic dæmon decipere B. Augustinum. Sciebant hoc D. Bonauentura, & ij, de quibus narrat Gerson. & B Coleta. C

In alijs personis tutius eas reprehendere & dure increpare. Notabilis locus de hac re Gersonis. Et quomodo respondendum obiectionibus quas illusi solent facere, cur non reijciant. D

Sect. II. Quæ consideranda in personâ cui facta reuelatio.

1 Fides. reuelationibus hæreticorũ & ceterorum infidelium non est credendũ. tales fuere Cerinthi, Marci. Montani. Archonticorum, Manetis, Iuliani Apostatæ. Donatistarum, Messalianorum. Anabaptistarum. Campani. Iusti Velzij. Franciscí de la Cruz.

2. An sint sui iuris, an arreptitię. his non credendum. exemplum de quadam ex Firmiliano. de Montano. de monialibus Quercetensib. Ioanna Potiere. E

3 An mores & vita correspondeant sanæ fidei: & de vitijs hic maximè considerandis. Apollonij sententia de Quintillâ & Maximillâ. Quopacto mores intelli- F

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligendi & examinandi. Petrus Sartor Antverpiensis pseudoeremita. Orationis mentalis quædam pericula ratione viæ vnitiuæ. de lapsu Begardorum, Beguinarum, Dulcinistarum, Lollardorum, Illuminatorum. Periculosi alij scopuli multi: Eremitæ apud Cassianum. Fr. Ioannis de Rupescissâ. F. Fran. Crucij.

4. Corporis constitutio. F
5. conuersatio, status.
6. ætas, sexusque.
7. an sint Nouicij in vita Spirituali. Exempl. Francisci Vici, qui hoc indicio fallaciam mirę reuelationis detexit.

Sect. III. De reuelationibus mulierum non Sanctarum.

Parum credendum huic sexui. G
cur facilè decipitur. Quæ præcipuè considerandа in mulierum moribus.
Decepti visionibus mulierсularum quomodo Tertullian. & nostro tempore Fr. Franciscus de la Cruz, cuius narratur mira historia. Magdalena de la Cruz Cordubæ multos decepit. Et in Belgio monialis quędam arreptitia, in qua Christus loqui & hostiam siue Eucharisticum panem consecrare credita ab illusis.
Quàm periculosa confessarijs conuersatio cum mulierculis etiam pijs ex Gersone. An attendendus status virginitatis, matrimonij, viduitatis hac in re, cõtra Leloyherium.

Sect. IIII. De reuelationibus virginum & mulierum, quæ sunt Canonizatæ aut notæ sanctitatis.

De S. Angela Bohema. H
S. Brigitta Sueua vidua.
B. Brigida virgo Scota.
S. Gertrudis Brabanta. S. Hildegardis.
S. Catarina Senensis.
Quo in precio habendæ harum reuelationes. Refelluntur Henric de Hassia & Sibyllanus. Soluuntur eorum obiectiones, & defenduntur vaticinia Sanctarũ.
Discutitur prophetia B. Catarinæ Senensis de immaculata B. Virginis Mariæ Conceptione. I
Discutitur locus vnus ex concionibus B. Catarinæ Senensis.
Item locus D. Antonini. Modus reuelationes conciliandi.

Sect. V. De indicijs petitis ab ipsa reuelationis naturâ.

Quando plus deferendum reuelationi habitæ à vigilante quàm à dormente.
Diuina non est, quando non congruit diuinæ Sapientiæ, vel non iuuat ad maius bonum. vel incitat ad singularitatem, vel inobedientiam. Subitam doctrinam. Exemplum S. Simeonis Treuirensis. aliud Præmonstratensium tempore Sancti Norberti. Virginum Arcaensium. Considerati gradus superbiæ in illusionibus. Indicia falsæ, ex lubrica, & impudicitiâ. Exemplum D. Roberti, & aliud D. Dunstani.
Quam periculosum reuelationis præceptum suum contra obedientiam ipsius iudicium. Exemplum Gerbaldi Lingonensis Episcopi. Aliud S. Guelhelmi Ducis Aquitaniæ.
aliud S. Abrahamij. Mira illusio virginis Gandensis, quæ se sub virginitatis matrem futuram credebat.
Illusio B. Secundelli, Sub specie de status animarum.
quomodo vicit supplantatorem.
Exemplum S. Matronæ. & S. Mariæ.
Variæ sutelæ & pellacię demonis detectę. B. Iordanus deceptus aliquoties prętextu boni. Remedium experimento. S. Meinulphi sanctorum inusum. tabilis.
Considerandum num bona malis admixta suadeantur. Historia de S. Mariæ Oigniacensi. & alia B. Vincentij Ferrerij. optimum remedium oratio.
Exempla S. Gutlaci. S. Elphegi.
alterius.
Iudicium in hac re & doctrina B. Antonij Abbatis. Si reuelatio humana prudentia haberi potuit. si sit delusio ex sacra scriptura, vel ei dissentanea. Si confirmetur alijs reuelationibus. Exemplum S. Hermanni Steinfeldensis, qui & iocose vocatus & quare. Eurychij Patriarchæ B. Guilhelmi Roschildensis.
S. Adalberti. B. Meinulphi. Patris Ch[illegible]

nacensis. Quid si pugnantes reuelationes fuerint, cui credendum?

Sect. 6. De indicijs quæ petita à reuelationum circumstantijs.

Quæ considerandа sint circa finem. Q
Illustr. Ioannes de Varenis & Ioann. Hus.
Cauta & circumspecti S. Arsenius. B. Hildegardis. B. Libuinæ Barauæ. Nonnullæ cogitationes præcedentes & subsequentes. Verarum reuelationũ quis effectus ex Hucbaldo, & exemplum S. Aldeguidis.
Signum crucis opponere visioni vtile. exemplum S. Osualdi Episcopi. R
Modus quo se ingerit considerandus.
Doctrina P. N. Ignatij Loyolæi. Notanda lætitia & horror quibus animus pulsatur. D. Antonij doctrina, explicata per B. Catarinam Senensem. Exposita opinio quædã vulgaris, cito morere, qui spiritus mortuorum viderunt.
Item notandum an veris confirmatæ S
miraculis. Exemplum nobilis Matronę R. S. Winnvaloci. falsa est, si vel in minimo non contigerit, quod prædixit absolutè. hinc patet veras fuisse reuelationes Catarinæ Racorissæ, Margaretæ Ioannæ Francisci, F. Aloysij Bertrandi, item Ioannę Lotaringicæ quæ d. *La pucelle* defenditur contra calumnias aduersariorum. Falsas vero fuisse, Montanarum, Ioannis de Rupescissâ, & monialis Insulanæ. Francisci de Cruce.
B. Hieronymi Sauonarolę seu Ferrariensis. De hoc diligenter differitur contra quosdam. De Iacobo Brocardo & B. Elizabetha Barbona.

CAP. II. *De diuinatione.*

Quæstio I. Quæ sit diuinatio.
Explicatur natura diuinationis.

Quæst. II. Quæ occulta queat dæmon diuinare.

Non nouit omnia, sed quędam tantum. Marci historici locus explicatus. A
Quid de liberè contingentibus? non potest nisi probabiliter coniectando.
Exemplũ Basilacij fanatici, qui Isaacio prædixit.
Quæ à causis necessarijs dependent, B
& alia nonnulla potest certo prædicere. Quædam non nisi per coniecturam. Vnde nata veterum oracula.
Quid de præteritis norit. Quid de præsentibus. An cogitationes hominum norit. Exemplum Scotti Parmensis. Dæmonum hac in re fraudes.
Quomodo facta aliquando prædicat vt facienda Exempla, Apollonij, & iuuenis cuiusdam, & Chariberti. & alia huius generis, remissiuè.

Quæst. III. Quomodo dignoscatur diuinatio à prophetiâ & diuinatione?

Notę ex proportionę rei cognoscendæ & causę. Notę ex modo & natura quęstionis. Notæ ex intentione quærentis. Quæ excusent à peccato. Locus Prouerb. 15. v. vltim.
Quando liceat signum petere.

Quæst. IIII. Quale peccatum sit diuinatio.

Quando sit hæresis. quando superstitio. quando illicita dumtaxat.
Quando implicita sit venialis.
quando iocus omnino licitus.

Quæst. V. Quotuplex sit diuinatio.

Quid pactum implicitum & explicitum. Scholastici non satis proprie loquuntur in specierum assignatione.

Quæst. VI. De speciebus diuinationis, in quibus aperta diuinatio intercenit?

Oracula, & vaticinia. vt Iouis, A
Dodonæi, Hammonis, Trophonij: Apollinis Delphici, Clarij, &c. Veneris Gazensis.
Quæ horum physica causa?
nulla contra plerosque. vera est dęmõ.
cur vno loco potius quam alio?
cur prisca oracula cessarint?
De Pythonissis vatibus, Veterum. B
vt Dodonides columbæ. Gallicenæ.
Pythia Delphica.
Branchidarum. Colophonij, Sorastinique vates. Francica Merouei
Pythonissa. Ventriloqui, Engastrimantes, & Sternomantes. Eurycles,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cles, Pythones. Arcanij dæmones, seu vates. Exemplum rustici in Misniâ. afflati à dæmone, fanatici, enthei. Sibyllæ vnde dictæ. קבל. Extatici.

Sect. II. Necromantia seu ψυχομάντεια fusè descripta. ritus collecti ex veteribus poetis. Statij & Lucani loca quædam. Duo modi Necromantiæ, Nuda inuocatio & sacrificium. Sagæ primùm murmurant, deinde incantationem proferunt. 3. comminantur. forma minarum. C

Pœna huius diuinationis. dæmon in hac pro animâ apparet. σκιομάντεια. quid. ψυχομάντεια, κλειδόν. D

Exemplum Santebereni magi. Diuinare in Pythone quid. locus 1. Reg. 28. v. 7. Quàm periculosum, probatur exemplis. locus Psal. 105. v. 28. & Isai. 8. v. 19.

Sect. 3 varia Hydromàtia, vt qua vsus Andronicus. vna fiebat per annulum. alia per lapillos. alia ex pelagi agitatione. Orientales mare baptizant. Veneti sibi despondent. alia ex aquæ colore & imaginibus. Pagomantia, varij ad hanc olim fontes. Crateres Palicorum, cisterna Alphacena, palus Iunonis, Apollo Thyræus. Rhenus Germanorum. alia per cyathum. per cathinũ vt Fessę, mulieres Germanæ ad vortices aquarũ, superstitio hodierna, suspectorum nomina mittendi in aquã. Aretinus fons obturatus à S. Bernardino Senensi. E

Sect. IIII. De alijs manganiæ generibus.

De Lecanomantia, veteri & recenti. Gastromàtia. Catoptromantia. Christallomantia. Exempla duo recentia. Et tuto quemlibet posse cõfingere huiusmodi, docetur alijs duobus exemplis recentibus. F

Dactylomantia, varia exempla vetera & noua. Onychomantia, aliter apud veteres, aliter nunc fit. Quemedi quoddam factum. Acromantia Pharmaceia. Coscinomantia. Axinomantia, Cephalœonomantia, Germanorum, Longobardorum. Apionis & Taciti calumnia in Iudæos. Cleidonomantia, G

De modo excutiendi oculum furis. Varia exempla.

Quæst. VII. De speciebus in quibus vel non est explicitum pactum, vel est ad notum latens.

Sect. I. De haruspicinâ seu arbolatrine. H

De victimariâ. Extispicinâ. Peromantia. Vruntur Lituani, an hinc pertineat mos transiliendi pyras. De lustratione per ignem. Capnomantia. Locus Statij, Thurifumia Statij. Libanomantia Dionis. Tephramantia. Sophoclis locus. quædam eius holocaustæ species. Moschi locus. Hydromantia alia, & oinomantia. Quid ominibus commune cum hac. I

Critomantia, aiphitomantia, aleuromantia. κρίθινα quæ. Tiromantia. Ichthiomantia. Oomantia. Cenomantia. Anthropomantia. Valdènsium frequens, probatur fuisse. Eorum filiorũ in Topheth apud Hebræos. Daphnomantia. Botanomantia. Sibyllæ foliis. Sycomantia. Laurus myrtus per myricam valdè follènit. Lauricæ. K

Omphalomantia. Amniomantia. De pelliculis quibus involvitur fœtus. (βόθυρος, ἀλλαντοειδὴς, ἄμνιον. beth het n, Teutonice) superstitio in his. Qui sic capite involuto nati. Iesus notatus. Iudæorum diuinatio per leduàm. leduà animal mirum, sed fabulosum. L

Lithomantia. An iudæis in vsu. Locus Leuit. 26 v. 1. de lectione & figuratione quæsitum. Nostri temporis defensus contra Oleastrium. Superstitio quædam gestantium amethystum. Rhabdomantia, multiplex. quædam incantationis. quædam sortis, quædam auspicii, quædam omnis. Singularum exempla. Narratio de Gregorio VII. Papa. Lampadomantia & Lucernalis. Parthenomantia multiplex. Catullî locus. M

Sect. II. De augurio & auspicio.

Aristotelis locus. Augurium quid, & quæ eius species. A cælo petita. Ab auibus petitæ. Apullorum tripudio. Ostinum differentiæ & nomina. Tauri. Tripudium solistimum. Sonivium. A quadrupedibus petita. Auspicia peculiaria. Ex equis Germanorum, Luzitanorumque. A lupis. Et alijs animantibus. N

De omnium diuersitate. Augurium, omen, prodigium tæpè confunduntur. ὑποστολὴ, ὄφις. Ostentum, portentum, monstrum, quid. Quid licear in his obseruare, quid non? O

De acuminum auspicio militari.

Sect. III. De sortibus.

De diuinatoria. De oraculo. Pantomantia, Pettomantia, astragalomantia. Kabbomantia seu aleatoria. Rabdomantia multiplex. Sagittarum, apud Exod. 21. v. 11. קלקל βελομάντεια Virgarum, Deut. 8. v. 21. defensa vulgata. incantatores cur *chabarim* dicti. superstitiosa in ligno, Ose. 4. v. 12. Geomantiæ vanitas. Stoicheiomantiæ species. eius varia exẽpla Gentilium & Christianorum. quid olim dictæ *sortes apostolorum*. Explicata c. aliquanti. c. si Christus. 26. q. 5. Quomodo hic vsi sint Augustinus & Gregor. Turonensis. De astrologicis eorum. Dodecaëdri seu Platonici ludus. P

Astrologomantiæ modus multiplex. Zonaræ, Socratis & Cassiodori error. Onomantia. Arithmàtia. Cabbala duplex Iudæorũ. Vocaliũ cõsideratio in nomine proprio. Alchimiæ liber. Omnis divinatio Ioann. Leonis.

Sect. IIII. Quale in his omnibus peccatum sit. Q

Quem erisim periculosa res sit. De sortes consiliatorias, quando illa hodie liceant.

CAP. III. *De coniectatione.*

Quæst. I. De coniectatione ex astris.

De astronomia. huius laus. De astrologia ipsa fusè docetur vana & profana. species eius quatuor. A

De Ioanne Stadio Bergano. Astrologia reuolutionum quid queat diuinare? quomodo ceteræ species. Triplex Mortale hic occurrens. B

Rationibus & auctoritatibus omnis generis impugnatur astrologia. C

Satisfit argumentis astrologorum.

Locus Gen. 1. v. 14. Locus Esai. 34. v. 4. Loca S. Augustini conciliantur. Locus Psal. 103. v. 2. & Apocal. 6. v. 14. D

Locus Ayethę Cæsariensis vnde corrigendus. Locus Iudic. 5. v. 20. Locus Apoc. 12. v. 3. Locus pl. 18. v. 12. Respõdetur exemplis allatis de veritate prędictionum quarumdam.

De Thrasillo. Cur I.C. iungant Mathematicos cũ maleficis, & qui illis propriè dicantur mathematici. Quomodo & cur Deus permittat illos aliquando verum prædicere. De Ascletarione. Exempla aliqua falsarum prędictionum. Hebræorum qui auctores iconoclastiæ. Pancratij. Constantini Stethati. Prędicentium aduentum Antechristi. Petri Leonij Spoletani. Abraham hos confudit disputando. Ab his deceptus Manuel Comnenus. Ioannes Galeacius contra astrologum decepit. Petri de Monte ilicino mendacia. Alfonsus Aragonum Rex contemtor horum & quare. Ludouici Sfortiæ stultus amor astrologiæ. Alexãdrinorum iudicium de his, & vectigal βλακκυρομίου. De medicorum fatua & superstitiosa quadam astrologia. necnon chyrurgorum. De diebus Criticis. De astrologia inuestigatrice occultorum. E

Quæst. II. De coniectatione ex elementis, meteoris, plantis, arboribus, brutis.

Tria videri tantum esse elementa. Ausonij locus. De ijs quæ gignuntur in media regione aëris. de cometarũ prędictione. mira exempla de Nola Bodkensi. de campana Villilana. de pisciculis monasterij S. Mauricij. A

de prænotione ex ventis. item ex nubibus, grandine & similibus. B

Fisidat notatus.

De

De maris tumore, terræ motu. Iride, halone &c. Ex arboribus, plantis, floribus &c. quæ. Quædã hic superstitio.

Quæ conijcienda ex animantibus.

An ipsæ præsentiant quæ prenunciant?

Quæst. III. De coniectatione medicorum.

Regula quædam traditur.

Quæst. IIII. De coniectatione Physiognomicâ.

De tribus eius speciebus. Scriptores.

Fundamenta artis. Locus Esai. 3. v. 9. De Mathia Coruino Rege.

Probatur quedam esse licita. Et quatenùs. Socratis dictum. Locus Caesij medici. De quibus liceat Physiognomo iudicare, de quibus non. Exemplum. Antonij Tiberti Cesænatis discussum.

Quæst. V. De Chiromantiâ

Duæ eius species. De Physicâ. De astrologicâ. Verderij error de hac. Prohibitio Sixti V. Artis vanitas. Scriptores.

Soluuntur argumenta contrariæ partis. Locus Exo. 13. v. 9. Iob. 37 v. 2. manus Dei quid significet in scriptura. Locus Exo. 14. v 31. 2. Reg. 3. v. 15. Esai. 8. v. 11. Ezechiel. 1. v. 3. & c. 33. v. 22. & c. 37. v. 1.

Examinantur exempla prædictionum Chiromanticarum. Bartolomæi Cocliti. Alexandri Medicæi. Iouius notatus.

Quæst. VI. De coniectatione ex somnijs.

Oniropoliæ scriptores. Somniorum diuisio. Fundamenta vanitatis huius. De libro Danielis Somniali in c. non obseruetis 26. q 5. Synæsius notatus.

Quædam licet obseruare cõtra Xenophanem & Epicuræos quædam non licet, contra Stoicos. Somniorum certitudo vel fallacia vnde petenda. De causa efficiẽte somniorum. Synæsij & Porphyrij error. Item Platonis, & Aristotelis. Hippocratis diuisio non sufficiẽs.

De Naturalibus ex causâ intrinseca. 1. animali. Locus Salomonis Eccles. 5. v. 2. 2. intrinseca corporalis. quę propria somnia singulorum humorum prædominantium. De naturali extrinseca causa. & diuisio.

Quando liceat attendere somnijs ex causis naturalibus. Explicantur singulæ causæ exemplis. Non licet diuinare de futuris contingentibus vel de gratiis datis à Deo, nec de liberi arbitrij actionibus.

De Diabolicis insomnijs. Locus Homeri & locus Eccles. 37. v. 7. De Lectisternijs & captione somniorum apud Gentiles. De Venere Gazæa sacerdotes. Somnia Enthusiastarum, Anabaptistarumque. item Epithelis Messenij. Aedesij philosophi. matris Attilæ. Ptolomæi. Nestorij Attici, Iuliani Apostatæ. Oslatæ & Zariadres. Dæmoniaca ad quid liceat obseruare. Diuina insomnia quæ.

Diuinorum insomniorum quædam exempla. Theodosij Imperatoris. Antonij Rhetoris. Mauricij Imp. Barlaæ. Eulogij, Alexandri Magni. Horum obseruatio licita, & ad quos spectet interpretatio. Quomodo discernenda diuina ab alijs. Locus Eccles 34. v. 6.

Exempla eorum quibus obseruatio somniorum valde noxia fuit. Agamemnonis, Xerxis, Onomarchi, Antigoni. Pompei. Iusti Lipsi v. Cl narratio quædam de muliercula Bruxellensi, & hallucinatis discussa diligenter.

CAP. IV. *De coniectatione Politicâ siue de sortibus.*

Sortis politicæ species.

Quæst. I. de sorte diuisoria.

Iudices sortiebantur Athenis, & apud & in Sicilia. Casus in quibus iura sortitionem permittunt. c. 1. 25. 9. 2. Quæ requisita, vt hæc sors sit licita. Quomodo intelligenda, quæ in libris litteris de sortitione habentur. Ritus qui solemnes. Calix pro sorte. Locus ps. 15. v. 16.

Quæst. II. De contractu sortis siue Lotariæ.

De duplici contractu hac ratione. Lotharisie. & publico, *la lotherie.*

Contractum esse licitum probatur. Refutatur Cõradus. Ludus aleæ cur prohibitus. Cõtractus plures hic interuenit. De personarum generibus, quæ in hoc contractu veniunt. Quid hic lucrari possint mercis Domini seu venditores. Quæ sint peccata venditorum, seu Dominorũ mercis. De modo quo, statim ac collata sors extrahuntur. Quid lucrari possint emptores sed sortientes.

Quæ horum peccata, & obligatio restituendi. an ad sortitionẽ rerum restitutarum fruitor admittendus.

Quid lucrari possint ministri & officiati. A quibus haberi hi ministri. Publicum, & priuatum quid hic lucrentur. Princeps potest aliquid rei p. pauperibus vel sibi reseruare. Posse aliquid dari ei qui primã sortem, vel plures obtulerit.

Quæst. III. De purgatione Canonicâ.

Quid sit hæc eius species. De purgationibus. Canones hanc probãtes. Exempla Sophiæ reginæ Poloniæ, & Silvestri 3. & Pelagij I P.

De purgatione per sumptionem SS. Eucharistiæ. Exempla Lotharij Regis Galliæ. Gregorius 7. ipse fecit, ab Henrico vero repulsus fuit.

Quæ sit forma huius purgationis. Defenditur ea contra Vr. Hotomannum Calvinistam. Explicatur eius sententia. Refellitur Erembaldi Barbati. Alia Sibilinistarum Episcopi. Sepè mortui qui, rei cũ effent, sic reconciliarentur, sumere præsumerent. Exempla remissiuè poscendi. Cur Deus hoc indicium aliquando permiserit fallere. vt in Andronico Imperatore.

Quæst. IIII. De vulgaribus purgationibus.

Quæ sit differentia. item cur exploratorię prohibitæ. item cur leges paribules. Fugiant omnes Deum. huius species miraculum.

Sect. I. De prouocatione ad diuinum iudicium.

Quibus conditionibus concurrentibus hæc sit licita. Exempla. Saræ. Dauidis. Zachariæ filiæ Ioiadæ. Septem fratrum Machabæorũ. D. Paulli. Martyrũ noui testamenti. Et S. Eustasij Abbatis. Gualtheri Burgensis Episcopi Pictau.

Quã periculosum sit ita citare. Qui peccent Mortaliter citando. Quando citati possint citationem contemnere, quãdo & quo illam modo debent considerare. Exẽplũ Gõzalui Hernãdes de Corduba.

Exempla citationum non irritarum.

Citatio duorum fratrum de Carualal. Menuerci Paderbrõnens. Henrici Mogũtini Episcopi. Burchardi & Meginheri. Gothus capite plectendus. Gothalani Nauarchi, Fratris Ducis Britanniæ. Templariorum. defenditur hæc historia contra quosdam. De morte Clemẽtis V. Papę, & Philippi Pueri Francorũ Regis.

Sect. II. De purgatione monomachiæ seu duelli.

De inuentore duelli. De gentibus quę vsæ. De causis propter quas inductum. De ritibus. de armis. Duellum paralytici contra Iudæũ qui imaginem Deiparæ violarat. Duella inter reges pro regno. inter priuatos pro regibus. pro testimonio pudicitiæ, pueri contra gigantem. Burchardi contra Conradum. De successione auorũ inter patronos neporis & patrui. vicere qui pro nepote. VVenceslai Regis mirũ duellũ cõtra Radislaum. aliquando Deus miraculo decidit vt in causâ VVenceslai. aliquando res dubia manet, vt inter equites Hispanos, Rui Paez de viedma, & Fae Rodriguez de Auila. Sæpè iustus vincitur.

Duellũ omni iuri repugnare ostenditur. Prohibitio & pœnæ concilij Tridentini. aliæ priores Iulij 2 & egregiæ eius rationes. Extensio Gregorij. XIII. ad priuata duella & quę circa sollemnes ritus fiunt. Quædam declarationes siue illationes ex bulla prædicta. extenditur ad eos, qui dicunt; Veni, ego te ratiloco exspectabo. Non procedit contra Principes qui duellum permitterent infidelibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bellum iustum potest auctoritate Principis duello decidi. Non tamen hoc possunt facere per modum diuinationis aut ad gloriam &c. Locus 1. Reg. 2. v. 15. Qui consulentes incidant, qui spectatores. Fit mentio non visæ bullæ Clementis 3.

Sect. III. De purgatione vulgari per ignem.

De probâ ferri candentis. quod iudicium. Sollemnitates. Formula. H
Exemplum Tetbaldi Peletarij. Lex militaris apud Radeuicum. Leges Francicæ, Longobardicæ, Slauicæ, Flandræ. vomerum quis numerus.

Ferri consecratio qualis. ponitur formula. Sophoclis locus de hac purgatione. An Nobiles eam quoque subierint, quod ita. Exempla. Conradi Marpurgij contra hæreticos. Richardæ & Kunigundæ Imperatricum. I
Historicorum dissentio conciliata.
Aliorum in Græcia. Matronæ Christianæ in Regia. Comitissæ Mutinensis. Iudouici regis German. Legatorũ. Occisorum Comitis de Oldenborg.
VVittenbergensis iniustè accusati de incendio, & detecti postea rei. Rollonis Normanni factum mirum.

Certamen Catholici Hispani cum Ariano. Robertus Cantuariensis doluit, quod hanc purgationem suasisset. K
Emma regina sic se purgauit.

De iudicio prunarum. Exempla. L
Monachi Aegyptij, & B. Briccij Turonensis Episcopi. Haraldi Hybernisumebant & ab alijs rebus hoc indicium.
Eulalius se purgauit fiscellâ in ignem iniectâ. Episcopus quidam ad fidem Rossos adduxit proiecto libro Euangeliorum in ignem. Sic etiam approbata in Hispaniâ missa Mosarabum.

De probatione per pyram. Exempla. M
Petri Massiliensis. Popponis Apostoli Danorum. Catholici Episcopi prouocantis Arianum. Sauanarolæ factum, seu potius iactantia. Petrus Albanensis sic Petrum Florentinum simoniæ con-

uicit. Ritualia huius iudicij.
Vt Catholica fides his adstructa, & ijsdem hæresis deprehensa punita apud plurimos patrum. Contra hoc habetur exemplis. Hæreticorum Constantinopolitanorum. item Argentinensium. censium. item Argentinensium.
Flamma hæreti, quod vmbra corporis illo redeunte. fuga erroris, vis periit ardoris. redeunte.
Variæ prohibitiones huius probationis. Imperatorum & Pontificum. 2. Mannam 2. q. 5. discussum. &c. confutatum 2. q. 4.

Sect. IIII. De purgatione vulgari per aquam.

De aqua feruente. Nationes quæ receperunt, & quo fundamento.
De poculo zelotypiæ Num. 5.
Prohibitio purgat. per feruentem.
Exemplum Legatorum Ludouici Germaniæ Regis. Ritualis oratio.
lebant manum injicere. probatum exemplo Hiacynthi Diaconi Romani.
De purgatione per aquam frigidam, quomodo fiebat. Exemplum Ganguilphi. lex Alfatica.
Alius modus, mergendi hominem. Imperatoriæ & Pontificiæ probationes. c. ex tuarum. de purgat. Canonum explicatum. &c. sententiam.
Ne Cleri. vel monachi sæculares. &c.
De hodierna probatione sagarum. quam frigidam sententiæ Germanorum. Scriptorum. Iurisconsultorum.
cens libellus de hac re.

Quæst. V. De probâ, vt vocant, frigidæ, quâ in sagis explorandis quidam in Germania vtuntur.

Sect. I. Discutitur opinio & ratio Adolphi Scribonij.

contra fictitiam illam leuitatem aquæ.
sagas sustentantis defenditur.
credibile hoc sic à Deo à mundi
prædestinatum. Refellitur Bodinus
ralis & fictitia aquæ & sagarum
thia. Lutherus explodit
omnia liquida apta præbere

lentem baptismi materiam.
Quopacto elementa laudent Deum.
Qua ratione aqua instrumentum & sigillum fidei.

Sect. II. Exposita sententia & rationes I. C. cuiusdam Carbolici.

Laudatur aduersarius, & huius contradictoriæ ratio proponitur. Qui & vbi C
dictorum iudices hac vtuntur proba.
Iudicium. Summa sententiæ contrariæ.
Ostenditur parum necessaria hæc purgatio ad mentem aduersarij. D
Ostenditur pugna in dictis eius, & incertitudo huius probationis. Exemplum
verisimilis fugæ, quæ seipsam prodidit.
Ostenditur ex eo & alia pugna. item
hanc fugentationem non esse tribuendam bonis angelis: sed dæmoni.
Cautelæ, quas ponit ostenduntur superfluæ.

Tertia pugna in dictis aduersarij. E
Carbolicis fictitia diuersitas in maleficio &
eius consortibus: nec probata, nec vera.
sed splendida purgationis huius vanam de-
fensionem.
Ridiculum argumentum de saga quę furti
accusata natans, & aquæ injiceretur ex
pondere mota ad purgationem: & ostendi.
Sua hæc purgatio vera certaque, necessaria
Quam eandem perplexum fore.
Mouta refelluntur breuiter κάρτηγα ad-
uersarij. Quæ præcipua nunc causa
frigidæ maleficorum sit. Deo non
Ostenda omnia creaturarum mala; &
Exclusa omnia propositionem fidei repugnare.
Quo modo probationes sint iudici arbi-
trariæ. F
Hanc iure Canonico probam omnino
Quæ prohibitam accuratè ostensum.
Non licet iudici infligere quamcumque
Plus quam rei maximè metuunt.
Longe hoc solùm potest eam facere licitam
Vt actus sit bonus, non sufficit eũ
sed ordinis ad bonum finem.
Sagat. non detestari maximè hanc pur-

gationem. quod si detestantur, *indicium* est pacti.
Non esse hoc indicium certius testimonio complicum.
Non est eadem ratio huius indicij & G
illius testimonij.
Vt nec indicij ex cadauere sanguinante, & ex hac.
Non sequitur Deus iuuat iudicem in H
vno, ergo & semper & in omni.
Non tollitur iudex, qui secundum acta, nocentem absoluit, Deus non vult omnia crimina hic actu puniri. Aliquando iudici & iudicio nocent maleficæ.
Sors ista est diuinatoria non consultoria.
consultoria sors etiam hodie est prohibita. Leorum. C. de malef. & mathemat. vt non sit iniqua quomodo accipienda.
Maleficium maleficio destrui posse, I
error. Maleficium per media superstitiosa tolli posse: vel erronea, vel planè temeraria propositio.
Scotus falsò citatus à malleo malefic.
Posse aliquem peccare in eo quod facit bona intentione.
Impugnatur vt prorsùs spurium & tyrannicum arbitrium liberum & plenum indicis, quod aduersarius ei concedit.
Iudex secundum legem debet iudicare: alioqui bellua imitatur.
Quomodo iudices omnes legibus subditi sint. Præstare absoluere nocentes, quã per hanc probam deprehendere.
Quid iudici hic metuendum, quid non?
Mortale est non obedire Ecclesiæ.
Causa, cur tam parum iudices promoueant per indicia legitima. D. Bernardi locus de hac proba discussus.

Sect. III. Proponitur & probatur vera sententia negatiua.

Iudices quari Pontificiæ prohibitionis, qui hac proba vtuntur, peccant. K
Probatum primò definitione peccati.
Pontifices Romani quid senserint de hac probatione.
Illis esse credendum & obediendum in hac re. c. Mennam. in fin. 2. q. 5.
c. ex tuarum, De purgat. Canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diluuntur rationes aduersarij quibus conatur ostendere diuersum quid statuendum in purgationibus vulgaribus ceteris, & in istâ.
Ostenditur non esse diuersam rationem iudicum & priuatorum.
Ostenditur esse tentatio Dei. L
Quomodo signa petita à Sanctis hominibus.
Quando liceat signum petere.
Probatur hic non esse miraculum.
Exempla multa docent falsum esse probã.
Iudices non tenentur fidem habere huic probæ.
Quale hic pactum intercedat. M
Declaratur res.
Pactum hic inter iudices & dæmonẽ, non inter fagas & dæmonem intercedit.
Exemplum quoddam recens discutitur.
Dissensio Iudicum in hac purgatione.
Cur dæmon hoc pactum inierat, & lucra eius ex illo.
Ostenditur hæc proba continere peccatum inobedientiæ & ariolationis. N
Locus 1. Reg. 15. v. 22.

Dæmonem corporeum facere, temerarium est & errori proximum.
Multa aduersarij præterga, & non vera quædam. Iudex communem sententiam hic sequi tenetur.
Alioqui peccat, & potest committere ob. iniuriarum, talem torquens, est tyrannus, sententia est nulla. occidens, est homicidij reus.

Quæst. VI. De alijs quibusdam purgationibus per ignitos vomeres.

De purgatione per pondera & lances.
De purgatione per crucem.
Qualis ista purgatio, quæ fiunt.
Frisonum consuetudo.
Quid contendere vel certare cruce, aut quid stare ad crucem.
De sortitione quadam factâ Constantinopoli de Imperio.
De abijcientibus res aliquas, vt ex earum recuperatione cognoscerent sua scelera à Deo peccata fuisse remissa.
Exempla S. Attalani Zamorensis Episcopi & S. Arnulphi Episcopi Metensis

FINIS.

MAGICARVM DISQVISITIONVM LIBER QVARTVS, QVI EST; DE DIVINATIONE.

A SVnt quædã nomina, quæ, cùm latè sumũtur, solent cõfundi, vt diuinatio, vaticiniũ, prænotio, prophetia, cõiectatio, prædictio: & sic sumẽdo, pro his omnibus, in titulo posui vnicũ nomẽ diuinationis. Si pressiùs sumãtur, discrimẽ aliquod agnosco. *Prænotio* & *prædictio*, ceteræ quatuor semper cõplectuntur: sed *prædictio*, ordinẽ ad aliũ actumq; denotat extrinsecũ; *prænotio* intrinsecã tantũ cognitionẽ. *Vaticiniũ*, diuinationi & prophetiæ cõmune nomen est; sed ad *Oraculum* tamen, quod viua fit hominis voce, restringi cõsuevit; cũ *diuinatio* vlteriùs porrigatur. De *prophetiâ* D. Hier. notat α, semper à sacris litteris in bonã partẽ accipi. patet hoc verum esse, quando loquuntur absolutè. nã si pseudoprophetas quoq; hoc nomine honorent, distrahentem quãpiam paruel loquuntur per ironiam non obscurã, petitam ab existimatione atq; opinione populi, qui pro talibus eos habebat; sicut & idola, nuncupat Deos γ: atq; adeò semper aliquid additur in contextu, quod nõ sinat ignorari pseudoprophetas fuisse. δ Diuinatio nunquam in Biblijs sumitur de prophetico lumine. Nam illud Salomonis; *Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius* ε; nihil ad prophetiæ donum pertinet, sed ad sagacitatem in occultis & perplexis iudiciorum latebris, circa facti ambigua, eruẽdis, necessariam iudici. est enim quædam sicut in medicis causis, sic & in iudiciarijs diuinatio Metaphorica; qua quæ præterita sunt, & quorũ veritas ignoratur, tolleri discussione conijciuntur. Vt fuit in iudicio Salomonis, cum veræ matri filium restituit ζ. vt fuit in Danielis in-

α *in c. 3. Michæ.*
β *Ierem. 23. v. 13. Ose. 9. v. 7.*
γ *Exo. 12. v. 12. & c. 18. v. 11. Daniel 11. v 8.*
δ *Deute. 13. Ierem 23. v 25 c. 18. v. 1. & 14. Ezechiel. 21 v. 21. Mich. 3. v. 6.*
ε *Prouer. 16. v. 10.*
ζ *3. Reg. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisitione; qua, senûm perfidiâ detectâ, Susannam vitæ honori, marito restituit ». vt in iudicio Ariopharnis Thracum Regis, marito restituit ». vt in iudicio Ariopharnis Thracum Regis; quod huiusmodi traditur. Tres Cimmeriorum regis filios de paterno regno contendentes, iudicem elegere Ariopharnem. hic iubet patris cadauer sepulcro erui, arbori alligari, & eos arcu contendere, vt qui patris cor transfixisset, is in regnum succederet. primogenitus guttur, secundus medium pectus corde illæso transfixit. Supererat minimo spes regni. vicit pietas, & se regno cedere malle, dum in patris cadauer pietate superior esset, professus, iaculari detrectauit. Huic Thrax regnum adiudicauit, quia naturæ propensione, se & verè filium, & virtute præstantiorẽ ostendisset θ. An hanc historiam voluebat animo Alphonsus primus Neap. rex, cùm similem protulit sententiam? vel naturali sagacitate id potuit, quæ in eo mirifica fuit. Nam adhuc penè puero cùm in Aragonia, vtriusque Siciliæ regna susciperet, accidit, vt cuiusdam ancilla ex domino pareret, & ad libertatem ex Hispanienſi lege prouocaret. Dominus, ne matre cum filio priuaretur, negabat ex se natum. deërant in re clam patrari solitâ probationes. quid ageret? bellè se expediuit. iubet sub hastâ partum vendi. vincitur dominus licitatione. ergóne (secum) filius meus in seruitûtem me viuo? quin potiùs fateor, quod res est, & ecce paterni animi erumpunt inuito lacrymæ. Subsequitur lingua confessionem oculorum. sic patri filium, matri ancillam rex libertatem asseruit ι. Quem imitaretur hoc iudicio, non habuit; vt Tiberiũ κ habuit Theodoricus, Rex Gothorum. Spoponderat mulier Italica nuptias secundas auctori, pacta se filium priùs domo extubaturam. cùm conaretur; resistere filius, & Regem adire ambo. filius sibi aliméta deberi, nec domo paternâ à matre eiici decere. cõtra mulier, filium non agnoscere, suppositiuum esse. Suspecta regi mulier fieri incipiebat. Atqui ô mulier, inquit rex, potes, si me audis, & hanc tibi molestiâ expedire, & melius coniugium inire. quin tu iuuenẽ hunc, qui filium se dicit tuũ, maritum accipe. minor est exte, & facie liberaliore. Icta mulier tam inopinatâ iuuentione, pe-

ν Daniel. 13.

θ Diodor. Sicul. lib. 10.

ι Ant. Panhormi. lib. 2. de gest. Alfonsi.

κ Sueton. in Tiberio.

mùm conticescit: mox se colligit, & multa prætexere negationi, parùm cohærentia vel apta; vt deprehensam facilè intelligeret rex. Fingit ergò se pœnam addere, nisi consentiret, quod restabat infelici, vt scelus fugiat horrendum; filium agnouit λ. Carolo magno coram pater & filius homicidij rei agebantur, factum vterque negabat, nec tormentis vllis ad confessionem criminis perduci poterant: condemnat Imp. vtrumque ad suspendium. Tum pater, victus amore filij, se reũ, filium verò sceleris expertem profitetur μ. Minoris momenti, non minoris industriæ fuit Frederici III. iudicium. ad eũ cùm rusticus venisset, & questus esset iugalium equorum alterum in cauponâ sibi furto ereptum: abigeum imperator sibi indicari iussit. cùm hoc rusticus negaret se facere posse, qui hominem non nosset. miror, inquam Fridericus, non alterũ quoque ereptum tibi, cùm tot in hac vrbe sint equites, equi tam pauci. Equa, ô Cæsar, subdit rusticus, est altera; quæ militibus penitò vsui. Igitur age, inquit Imp. equã insce nde, & per omnes vicos, plateas, compita, & angiportus vrbis equita: subtractus equus in aliquo stabulo latitat; & cùm iugalis odorem senserit, statim hinnitum tollet. Paruit rusticus, atque vt Cacum mugitus bouis, sic hinnitus equi tunc furem prodidit ν. Nec fabricenda Turcarum regis Solymanni prudentia. Byzantij Iudæus Christiano certam auri summam mutuam dederat, vti constitutâ die præter sortem, vsuræ loco, duas carnis eiusdem Christiani vncias reciperet. Die illâ sortem reddit Christianus, fœnus negat. aditur Solymannus, vt rem decidat. ille Iudæum animo detestatus, nouaculam adferri iubet, & Iudæo potestatem facit, quâ velit, membri parte, debitori duas carnis vncias excindat: eâ lege, vt omnino duas tantũ: si minus, plusue exciderit, capite luiturum. Non ausus Iudæus hanc aleam subire, Christianũ absoluit ο. De huiusmodi ergo *Iabiorum Regis diuinatione*, Salomon loquebatur, sicut enim cor regis, sic & eiusdẽ labia in manu Dei sunt. ambo Deus æqualiter dirigit, & quibus suas in terris vices delegauit, eos supra ceteros sæpè mortales magnâ sollertiâ & prudentiâ dotat.

λ Ioan. Magnus lib. hist. Gothi. c. 19.

μ And. Barbat. in c. præsenti. de præbation.

ν Æneas Silvius lib. 2. de reb. gest. Alfonsi.

ο Corrozetus de dictis & factis memorabilibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat. *Diuinatio* ergo illic *pro coniectatione* posita. *Coniectatio* C namque, procedit ex consideratione causarũ signorũmue, siue hæc sint cum verâ prudẽtiâ coniuncta, siue vanitatis comperta. quare quædam coniectatio licita, quædam illicita est. *Diuinationis* nomen, nos deinceps restringemus, ad illicitam tantũ: hæc à cõiectatione differt; quia non procedit per signa, vel argumenta, vt facit coniectatio. *Prænotio* deinceps nobis generale nomen erit; eius partes, vt membra corporis, tres sunt futuræ; Diuina prænotio, quæ manat à Deo, & vocabitur *prophetia*; Dæmoniaca, quæ deriuatur ex pacto tacito vel expresso cũ dæmonibus, & dicetur *diuinatio*; & Naturalis, quæ sumitur ex signis vel causis naturalibus, quam vocabimus *præsagium*, vel *coniectationem*, strictè sumptis vocabulis.

CAPVT I.

De diuinâ prænotione, seu prophetiâ.

QVÆSTIO I.

De natura & nomine prophetiæ.

IN SS. *prophetæ* nomen, & *prophetandi* verbum, sex ferme modis solent accipi. primò, pro eo quod est canere vel psallere certis diuinas laudes modis, vel instrumentis. Sic legimus prophetasse Idithum & Heman α, & sic quidam illud accipiunt β; *Num & Saul inter prophetas?* 2. pro Ethnicis vatibus ac poetis. sic Epimenidẽ γ Apostolus appellat Cretẽsiũ prophetam. 3. pro fanaticis, qui arreptitiorũ more mẽte abalienati, insolita, inepta, insipientiaque effutiunt. sic dicitur Saul domi suæ, à malo agitatus spiritu, prophetasse δ & Sacerdotes Baal dicuntur etiam prophetasse. 4. dicuntur prophetare, qui miraculum aliquod edunt, quo declarant se verosque fuisse prophetas. Sic Elizæi mortui corpus dicitur prophetasse, quia latronis cadauer contactu viuificauit ε. 5. qui res sublimes, diuinas, & ab hominũ cognitione remotas, & scripturæ sacræ arcana interpretantur & docent. Sic sumsit D. Paullus quando cõfert donum linguarum cũ dono prophetiæ, sic & Aaró; eo quòd Pharaoni exponebat oracula, quę Moses à Deo acceperat, vocatur ptopheta ζ. Sic sumsit Philo Iudæus, eum

α 1. Paral. 25. v. 3. & 5.
β 1 Reg. 10. v. 11.
γ ad Tit. 1. v. 12.
δ 1. Reg. 18. & 3. Reg. 18. 19.
ε Eccliſ. 48. v. 14.
ζ 1. Cor. 14. v. 5.
η Exo. 7. v. 1.

dum Prophetam definit; Dei oracula intus dictantis, interpretem. θ Et huc pertinet etiam alia significatio, quando sumitur pro veris Dei cultoribus & viris religiosis, *vt volunt sumi*, 3. *Reg. 18. v. 4. Abulens. & Caieta.* 6. pro eo, qui occulta Dei arcana, per diuinam reuelationẽ accepta, hominibus enunciat ι. Nos nunc de hac vltimâ specie tantùm loquimur.

θ *lib. de præmiss & pœnis.*
ι *notata hæc Pererio in Genes. c. 10. disp. 2.*

Nomen hoc prophetiæ Græci à præfando (προφημι) deduxerunt; Hebræis *Nebua*, vnde *Nabi* prophetes, radice verbi incertâ. potest enim esse *Nub* (hoc est loqui) & significaret *Nabi*, loquentem: potest esse *Ban* (intelligere) & significaret intelligentem; nimirum perfectissimè, vt qui res oculis fidelibus subiectas cognoscunt. Vnde & prophetæ Hebræis dicti sunt *Videntes* κ. Hæc de nomine sufficerint, de re videamus.

בבורא.
בבואח.
ברב.
בן.

κ 1. *Reg.* 9. v. 9.

Cassiodori λ, cõmuniùs recepta definitio, concisior est, quam vt per illam commodè rei natura intelligatur. Dic ex- *Prophetia, est diuina inspiratio, rerum à nobis procul positarum, præsensio atque denunciatio, immobili veritate & maximâ cum certitudine rerum membra.*] Explicemus singula definitionis. *Diuina* dixi, contra Artephium & Rogerium Baconem, qui prophetiam tribuunt astrorum influentijs; contra Aristotelem & Peripateticos, qui corporis humorinaturali industriæ studioque adscribunt. hi cuncti falluntur. quia omnis prophetia, spiritus sancti donũ est, nullâ humanâ illarum voluntate, vt duæ Catholicę columnæ Petrus & Paulus Dei spiritu locutos; nec alios prophetarũ nomen mereri, quidam qui, spiritus sancti luce collustrati, futura prædicunt. Ad hæc nulla dispositio naturalis vel humana absolutè requiritur. potest enim Deus ipsam simul cũ lumine dispositionem infundere ο. Sed qui amat omnia suauiter dirigere, vt pluriam sererum naturis accommodat, quoad ipsi placet. Quare cum aptissima sit dispositio, qua mens à sensibilibus motionibus, & rerum humanarum soluitur curis; videmus eam prophetas aliquãdo cõparasse sibi, vt Helizeum musices suauita-

λ *præfat. in psalm.*
μ 2. *Pet. 1. v. 10. Rom. 12. v. 6. 1. Cor. 12. v. 10.*
ν *in Daniel.*
ο *D. Thom. 2. 2. q. 171. a. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

te π. Quæ tamen dispositio, planè per accidens ad prophetiam iuuat, nec illius causa vllo modo dici meretur. Naturalis verò prænotionis vel dæmoniacæ, causa per accidens, est corporea dispositio, quæ à sensuum vsu vehementer mentem auellit. atque idcircò Plato & Aristoteles dixerunt, frequentiorem esse diuinationem in fatuis, attonitis, & furentibus, quàm in mentis sanæ hominibus; in dormientibus, quàm vigilantibus: in morti vicinis, quàm vitâ vitali longùm adhuc fruituris: in atrabiliarijs, quàm sanguineis. minùs enim sensibus inseruiunt illi omnes, & melancholici insuper vigilantes quasi somniant.

2. dixi, *inspiratio*; latè sumptâ voce, pro quouis influxu, instinctu, illuminatione, aut reuelatione. hanc Deus aliquando largitur angelis bonis, qui prædicant alijs, vt de Sodomorum euersione didicimus σ, & de posteris Ismahelis τ, de Sãsone, de Tobiæ vxore φ, de Christo Domino χ, & eius præcursore; vel vt visiones explicent hominibus ψ. Aliquando Deus confert hoc donum hominibus, tum viris tum fœminis, maximè probis & sanctis; vt Eliæ, Esaiæ, Deboræ, Oldæ, & quamplurimis alijs, quorum laus est in sacris Historijs; interdum tamen & malis atque improbis, vt nonnullis Gentibus, ac fortasse Sibyllis, & Balaamo α, & Caiphæ β. Confert autem aliquando ignaris se prophetare, vt dicto Caiphæ, &, iuxta D. Ambrosium γ, Abrahamo, cùm dixit; *Postquam adorauerimus reuertemur ad vos*; sed tũc impropriè vocatur prophetiam, censuit D. Augustinus δ: aliquando verò id accidit ignaris se à Deo illuminari, vt Balaamo prædicto. Interdum quoque confertur hoc donum inuitis, vt ε Sauli iuxta quorundam interpretationem; sed sæpius, sponte spiritum Dei recipientibus: tuncque eâ ratione prophetia potest vocari voluntaria, quia influxum Dei non inuiti recipiunt; inuoluntarium nihilominus erit, quatenus eum, non quandocunque ipsis, sed quandò Deo lubet, recipiunt; & quia non quâ mentiuntur volunt, sed quâ Deus; & quia non quam volunt ipsi diu, sed tantisper dum Deo videatur; vt de extasi lib. 2. diximus, quæ sic etiam voluntaria, nec aliter.

Inspi-

π 4. Reg. 3.

ρ. Vide Valesium, de sacrâ philos. c. 30.

σ Gen. 19.
τ Gen. 21.
υ Iud. 13.
φ Tob 6.
χ Luc. 1. Mar. vlt.
ψ Luc. 1.
ω Dan. 8. & 9. & in Apocal. sæpe.
α Num. 22. & 23.
β Ioann. 11. v. 51.
γ libr. 1. de Abrah c. 8.
δ lib. 12 sup. Gen. ad litt.
ε 1. Reg. 11. v. 6.

Inspirationum alia quoque differentia petitur inde, quòd interdum ei nullum colloquium accedit, sed nudâ tantùm fit præceptione aut ostensione, vt in plerisque veteris testamenti prophetijs cernitur: interdum Dialogismus aliquis prophetæ ac Spiritus sancti accedit ζ.

ζ Vt Exod. 3. & 4. 1. Reg. 3. Ierem. 1. Dan. 10. Ion. 4. Abac. 2.

Illuminationis seu inspirationis huius duas ponunt Theologi species, *imaginariam* & *intellectualem*. Imaginariam siue sensibilem vocant, non quia non pertingat ad intellectum (talis enim impropriè vocaretur prophetica inspiratio) sed quia primariò fit per sensibilem siue imaginariam repræsentationẽ, ex qua mentis conceptio nascitur, eique quasi cõmensuratur. Intellectualem appellant eam, quæ non ducit originem à sensu vel imaginatione, sed oritur immediatè per lumen infusum intellectui, & per species intellectuales de nouo inditas, vel præexistentes, sed diuinâ virtute, ad naturalem aliquam mentis conceptionem formandam applicatas. Quæ eleuatio dupliciter contingit. 1. quando intellectus sic eleuatur, vt sine operatione fantasiæ cognoscat: quod rarò & ex speciali priuilegio conceditur. 2. quando fantasia intellectioni cooperatur, non quidem intellectu primum à fantasiâ moto; sed fantasiâ ipsâ motâ & applicatâ ab intellectu, vt secum operetur & concurrat. *Vide Franc. Suarem, 3. p. q. 30. a. 1. disp. 9. sect. 2.*

E Solet vt plurimum Deus mediatore angelo prophetiam inspirare; primò reuelans Angelo, vt angelus deinde reuelet homini quod iussus, idque vel in assumpto se corpore ostendens, vel apparitione tantùm spirituali speciem humanæ menti exhibens rerum, quas Spiritus sanctus homini vult præsignificari. sic Mos. *in manu mediatoris* data lex η. sic Zachariæ & in Zacharia θ Angelus Domini loquebatur. sic in Apocal. 1 Christus Angelo, Angelus Ioanni, Ioannes alijs manifestat, quæ pater Christo, vt homini, ab initio conceptionis reuelarat. quod suauitati diuinæ gubernationis, vti solitæ medijs, est accommodatissimum κ. Et sic censuere grauissimi Sancti, de re λ. Non tamen negandum posse Deum, si velit, ipsum immediatè

η Actor. 7. v. 38. & Gal. 3. v. 19.
θ cap. 1. v. 9.
ι c. 1. in pr.
κ D. Thom. 2. 2. q. 171. a. 2.
λ D. Dionys. Areop. Cæl. Hierar. c. 4. D. August. lib. 3 de Trinit. & videtur Damasc. libr. 2. Ortod. fid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediatè sic in mentes hominũ influere; quod nec Damascen. nec alij illi patres negarũt, & affirmarunt D. Hier. & D. Greg. & recentior Turrecremata μ. quin etiam D. Hier. qui prius modum concedit ν, posteriorẽ hunc aliquãdo à Deo vsurpatum contendit ο. Scio Deum posse, si velit, an fecerit, nescio, nec multum refert scire. Non caret etiam difficultate prior ille influxus, qui fit mediante angelo; cùm nec Angelus spirituale illud lumen creare, nec ipse in humanum intellectum queat illabi. Quin etiam sine sensuum adminiculo in hominem mentẽ, hoc lumen à Deo creatũ immitti ab Angelo posse negat Scotus: sed affirmãt Albertus & Henricus de Hassia; modò negare, modò concedere videtur D. Tho. sic tamen, vt, quando huiusmodi lumen intellectui sine sensibili apparitione vel figura cie immittitur, (vt fit in reuelatione intellectuali) hoc Deo, qui solus illud creare potest, immediatè fateatur immitti: quod accurratè, ex horum Scholasticorũ sententiâ docuit Francis. Picus *lib. 2. de Præno. c. 3.*

μ *Hier. præfat. in Esai. & in c. 6. D. Grego. lib 18. Moral. Turrecrema. in Prologo Reuelat. S. Brigit. c. 4.*
ν *in Ezech. c. 2. & 3.*
ο *in d. præf. & c. 6.*

Dixi tertiò, *rerum à nobis procul distantium.* huiusmodi sunt, tum quę naturâ suâ longè distãt ab humanâ cognitione, vt abstrusiora Dei consilia, mysteria fidei, & similes res diuinę (hoc sensu Christus Dominus prędicitur futurus propheta π; *prophetam de gente tuâ, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit* &c. & eo referenda prophetia, quam Apostolus cũ aliarum linguarũ ρ comparat) tum etiã res, quę sunt à cognitione nostrâ semotæ, ratione modi cognoscẽdi: quando quod eniam tur, non nisi supernaturali lumine potest cognosci: vel cùm Helizeus resciuit, quę cum Naamo Iesi pactus fuerat, & B. Petrus, quod inter Ananiam & Saphirã conuenerat, vel tũ denique sunt alia longè distantia ratione temporis, quę vel iam vsqueadeo obliuione obliteratum est, vt nõ nisi diuinâ reuelatione sciri queat, quopacto Mosem de mũdi creatione prophetasse scribit D. Gregor. super Ezechiel. vel quia nondum futurũ, & euentus contingens, ideoque soli Deo notus υ, iuxta illud; *Annunciate quæ ventura sunt, & sciemus quia Dij estis vos.* Et hæc est vocis *prophetia* frequentissima

π *Deute. 18. v. 15.*
ρ *1. Cor. 14. v. 1. 3. 4.*
σ *4. Reg. 5.*
τ *Act. 5.*
υ *Isai 41. v.*

significatio: adeò vt propriâ locutione, hi soli prophetæ nuncupentur, qui futura contingentia prædicunt: generaliter tamen loquendo, ceteri quoque prophetæ vocantur φ. futurorum contingentium cognitio soli Deo reseruata est, quia ad perfectam cognitionem, necesse est rem cognosci tanquã præsentem: soli autem Deo, vt præterita & præsentia, sic etiam futura, semper antè oculos versantur. quia æternitas caret initio, caret fine, & in eâ cuncta simul cognoscuntur: solus autem Deus æternus est. ideo cùm Deus hoc futurorũ contingentiũ lumen propheticum homini largitur, tunc priuilegium illud, quod æternitati competit, eamque consequitur, cum homine communicat. Quo sensu Hiero. de Ferrariâ dicebat, prophetas à Deo æternitatis participes fieri χ.

Dixi, quartò; *immobili Veritate.* hoc intelligendum est de prophetiâ absolutâ, quam vocant prophetiam sententiæ siue præscientiæ; cuius euentus semper prædictioni respondet: quia tunc res considerantur, prout in ipso Deo existunt, & ab eo solo dependent, qui solus est immutabilis. Non verò hæc particula definitionis procedit in prophetiâ comminationis siue consilij; quatenùs hæc est cõditionata, & in ea res cõsiderantur, vt à causis secundis dependent, quæ sunt mutabiles. propheția ista conditionata, in se quidem est mutabilis, pro ratione horum humanarum mutabilitate; in Dei tamen præscientiâ, etiam hæc immutabilis est: quod cũ prophetæ probè norint, & comminationis suę naturam cũ Dei voluntate comparent; sequitur eos ne tum quidẽ falli vel fallere, quando quod prædixere non euenit: vt Ionæ cum Niniuitis, Esaiæ cũ Ezechiâ contigit. hanc distinctionem nõ Patres ψ modò, sed & scriptura ω sacra clarissimè confirmat.

Dixi quintò, *maximâ cum certitudine.* quia quibus diuina reuelatio, solent à Deo sic mente illustrari, & voluntate affici, & de fide ac veritate reuelationis certiores reddi; vt apertè agnoscãt, & firmissimè credant, Deũ esse reuelationis suæ visionis auctorẽ; & queãt, nescio quo (vt ait D. Greg. α) intimo sapore discernere, se nec humanis somnijs, nec diaboli

φ *vide D. Grego. in pr. Ezech. & D. Thom. de Verita. q. 12.*
χ *lib. cõpendij Reuelat. quod post eius mortem Vulgauit Hieron. Beninenius Florentinus.*
ψ *Iustin. q. 36. ad Orthodox. Chrysost. homil. 1. in Matth. Gregor. libr. 16. Mora. c. 2. & 6.*
ω *4 Reg. 20 Isai 38. Ierem. 16. a. ver. 6. Ezech. 18. v. 21.*
α *lib. 4. dial. c. 48.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fraude illudi; sed certò certiùs sciant, hoc sibi lumen Dei do-
β li. 6. cōfes. no concessum (quod de matre suâ B. Augustinus prodidit β)
& adeò clarè cernant futura, ijsque præbeant assensum; vt
què facilè sint negaturi prima & receptissimâ notissimaque
γ in d. compēdio. Renel. scientiarū principia, quod de se Sauonarola ille dictitabat γ,
& de quodam suo familiari, quem non nominat, Picus affir-
mat; quem ego Hieronymum hunc fuisse opinor; sed, quod
verius certiusque, tales fuisse omnes reuelationes Patriarchis,
Prophetis, Apostolis, ceteris que prædicatoribus ac doctori-
bus nascentis Ecclesiæ factas, meritò censuit Thomas Angel-
d c. 22. cus δ, illo in Genesim commentario, qui mendaciter doctoris
Angelico, litterulæ additione fuit adtributus. Idem nonnulli
putant impostura genus accidisse Commentarijs in Apocal.
& in Epist. Canonicas. Sed; quicquid sit de hoc auctore, Lu-
men istud cælitùs cum veris reuelationibus infundi solitum.
Theologi contemplatiui seu mystici varijs nominibus appel-
lant; saporem internum, intimam inspirationem, dulcedinem
experimentalem, diuinam illustrationem, sensum nimis sensi-
bilem, absconditum manna, donum discretionis spirituum, &c.
Adhuc controuertitur, an hoc lumen sit idem cum lumine fi-
dei, an quid diuersum ab eo, eique superadditum? Posterius
ε d. c. 3. verius Pico videtur ε, & mihi quoque, formali saltem distinc-
tione. fortassis idem est re, & nouam nactum materiam, extra
extendit ac porrigit nouo quodam modo. sed nolo subtilia
hæc & minutiora nunc discutere: siue re idem sit, siue diuer-
sum; quando hoc simul datur, tunc grauiter peccat, qui huius
modi reuelationi fidem non præbet. Sit Zacharias exemplum;
ζ Luc. 1. linguæ vsu priuatus ζ; & in Regum Historiâ, qui iubentem
η 3. Reg. 10. v. 36. prophetam non sauciauit, & qui propter inobedientiam ab
θ cit. 10 v. 1. in cuius expositione extrema supra modum ridiculus est Calvinus. cerptus fuit à leone η.

Dixi 6. *prænoscens*, quia prophetiam definio, quæ manifestat
germana; cui proprium, vt, quod prænunciat, id sciat se prædi-
ri, iuxta illud Danielis θ. *reuelatum est Danieli Verbum Verum, &*
intellexit que sermonem: intelligentia enim opus est in Visione. Ne-
cessarium ergo est intelligere; sed & alijs nunciare; quare,

Dixi 7. *atque denuncians*. nam prophetiæ donum datur ad
Ecclesiæ vtilitatē, vt, quæ, Deo inspirante, sancti cognouerint,
et ceteris annuncient. Illud denique quæri consueuit; Lumen
istud, ad quam qualitatis speciem debeat reuocari? Commu-
nis sententia eadem est quę D. Thomæ ι, ad patibilem quali- ι d. a. 2.
tatem reduci, quia fit impressio quędam subitaria, similis affe-
ctioni transeunti & facilè recedenti. non enim prophetis sem-
per adest, sæpe illos deserit. Haut ineptè compares versantibus
in tenebricoso loco; qui, candelæ lumine illato, circumstantia
cernere incipiunt; eodem elato, rursùs illis occæcantur om-
nia. Vnde Michæas κ; *cùm sedero in tenebris, Dominus lux mea* κ ca. 7 v. 8.
est. & b. Petrus λ; *Habemus propheticum sermonem, cui bene fa-* λ 2. c. 1. v. 17.
cientes attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Habet ta-
men hoc lumen adeò multa cum supernaturalibus habitibus;
vt Iulius μ Sirenius, vir eruditus, conetur probare, melius re- μ libr. 7 de
duci ad habitum. apud illum inuenietis argumenta, quibus *fato. c. 14.*
communem sentētiam impugnat. nec lubet, nec vacat plura.

QVÆSTIO II.

Quæ sint Species Prophetiæ?

A DVo, quasi suprema *genera, prophetiæ* in S. S. inuenio: vnū *per Sacerdotes*, alterum *per prophetas*; sæpè quidem qui prophetæ, iidem & sacerdotes erant, sed aliter futura prædice-
bant quatenus sacerdotes, aliter quatenus prophetæ. Res est non omnibus peruia, & digna diligentiore examine.

SECTIO I.

De rationali, & Vrim ac Thummim.

SAcerdotalis prophetiæ modus consistebat in applicatione Ephod. fuit autem *Ephod* duplex, vnum linteum, etiam minoribus concessum ordinibus α, vt puero Samueli; alte- α 1. *Reg.* 2. & eo loco
rum Sacerdotale, quod etiam vocatum est *superhumerale*, auro tat *Angelo-*
& tium colorum varietate ornatissimum β; Iosephus etiam *rutis.*
vocat stolam hieraticam, epomidem & diploidem: huic au- β *describi-*
rein cathenulis appensum erat *Rationale* seu *Pectorale*, vtroque *tur Exo.* 28.
enim nomine vtuntur Latini; Hebræi *chosen* vocant, iuxta חשן
punctа

Universidad de Deusto
Biblioteca

חֹשֶׁן.

puncta quæ nunc habemus, nam Iosephus alijs vsus fortassis, cùm vocat *Essen*: Græci eodem teste λόγιον. Scriptum quidem aliquando apud Septuaginta, Philonem, & Hieronymum inuenias λογεῖον, sed mendosè: pertineret enim potiùs ad locum consulendi. rectiùs alibi apud eosdem, λόγιον, quasi dicas oraculum. sic enim ab Hesychio λόγια, explicantur μαντεύματα: & apud Plutarchum *in Sylla*, vates vocantur λόγιοι. Sed cur λογεῖον? Si Græca Iosephi verba perpendas, quia veritatis irrefragabilis oracula fundebat. Latinis dictũ *Pectorale*, quia pectori appensum; *rationale*, quia more animalis ratione prædĩti ruminabatur, hac ipsâ de causâ, *iudicij* elogio addito, illud cognominabant, vocãtes, *rationale iudicij*, & *indicium filiorum Israel*; & *indicium Vrim* in Hebræo quidem fonte δ. Rationẽ reddit Iarrhius, quia supra Vrim inscripta vocula *Mispath*. sed hoc somnium est recutiti. potiùs crediderim, quia Sacra scriptura consueuit, id quod quisque facere debet, siue cuiusque officium vocare *indicium* ε: Sacerdos autem, rationali indutus, proponebat Deo hominum dubia, desideria, & negotia: & per rationale, non tantùm Deus propitiabatur, sed etiã significabat hominibus, quid fieri vellet, & quis rei successus futurus esset, vt non malè Abenezra. Huc sanè facit, ipsum nomen *Vrim & Thummim*: de cuius etiam significatione & vsu videndum. Scripsere quidem multi, sed optes meritò distinctiora & solidiora, vt rei dignitas postulabat. ceteris meliùs egere Tostatus, Lipomanus, Fran. Ribera, & Nic. Serrarius ζ. Agendum accuratè de tribus; nomine, re, vsu.

δ d.c.18. v. 15. & 30. & Num.27. v.21.

ε Prou.1. v. 3.c.1. v.9.

ζ Tostad. & Lipoman. in Exod. ca. 28. Ribe. in li. 3. de templo. c. 11. Serarius, Thesib. de Iosuan. Sacerdotib.

חמים, & אורים. אוך.

Quoad nomen; Chaldæi vocarunt *Vraia & Thumaia*; Hebræi *Vrim*, & *Thummim*. *Vrim* significat illuminationes, seu lumina, à radice Vr, Græci vertunt τὰ δῆλα, δήλωσιν, φωτίζοντας. noster *doctrinam*, cùm agit de rationali; cùm vero de ipso Sacerdote, *eruditum*. *Thummim*, significat perfectiones, à *thamam*, perficere; Græci nuncupant ἀληθείας, τελείωσιν; noster vertit, *veritatem*, & aliquando Metonymicè *Sacerdotes*, vel etiam aliter, prout illi res visa postulare.

Sed quid rei ista nomina *Vrim & Thummim*? quidam negant se scire κ. puto ex scripturâ tamen id colligi posse. Alij censent diuersum quid fuisse in rationali à XII lapidibus: sed dissentiunt inter se. fuerunt qui putarint. XIII lapidem fuisse (Suyd. vocat adamantem) cuius color, pro diuersitate prosperi vel aduersi successus, intrante in atria Sacerdote mutaretur. hanc opinionem, meo iudicio, D. Augustinus ἢ fabulosam vocauit, nec de Iosephi sententiâ locutus. Abenezra nescio quas astrolabij figuras comminiscitur: quem multis rationibus luculenter Tostatus refellit ι. Salomon Iarrhius & Eugubinus censent, fuisse nomen ineffabile rationali inscriptum: Philo Iudæus, & Hugo Victorin. volunt, ipsa haec verba (*Vrim & Thummim*) rationali insculpta fuisse. alij laminas quasdam lucentes, & quisque quod somniauit, vel in buccam venit, vt licèt videre apud Tostatum. *Verum mihi plane* non fuisse. Primò, quia censeo haec ipsorum lapidum fuisse nomina, sicut ijdẽ lapides etiã alibi λ vocantur *Sohã & Milluim* lapides ẽadorum seu pellucidĩtatum & plenitudinum; vel vocantur duntaxat, *Milluim*, vt videtur noster interpres intellexisse, qui vertit; *lapides Onychinos* (hoc dicens de duobus illis supra humerum) *& gemmas ad ornandum Ephod.* (sic vertẽs *Milluim*, de his. XII. lapidibus) obscurius LXX. qui *Soham*, vertunt σαρδίου. nã sardius vnus ex XII. Secundò, quia, si quid aliud fuissent, certè Moses; qui cuncta, quæ in λογίῳ inerant, tã accurate perscripsit & appendit; aliquid de eius, quod erãt, formã, quantitate, qualitate, materiâ, loco, nobis prodidisset: Respondet Iarrhius, idcirco hæc prætermissa, quia vel Deus ipse, vel Moses, in monte Sinai, Vrim ac Thũmim fuerat fabricatus. Apagesis, fabulator. hoc tu de capite tuo. si verum foret, Deus ipsum nobis S.S. tradidisset: sicut tradidit, ptiores Decalogi tabulas à Deo, posteriores à Moyse perscriptas.

Obijciunt, postquã Deus λ Mosi iussit ponere in rationali illos lapides, mox vt de re planè aliâ, alio loco μ, dicitur; *Ponet autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem*. &c. Respondeo hoc dici, vt breuẽ quandã anacephalæosin & explicationem

κ D. Aug. in Exo. q.117 Dauid Kimchi in lib. radicum, Caiet. in Exod. Tagnim. & al.

ι d.q.17.

ι in d.c. 28. q.12.

λ Exod.25. v.7.

λ Exod.28. v.17.

μ v.30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem cunctorum, quæ de his omnibus lapidibus præmisi-
rat.q.d.iussi,vt tales & tales gemmas rationali insererես. cæ-
nũc iussionis illius causam.idcirco iussi, vt hę gemmæ tibi sint
Vrim & Thummim, hoc est manifestatio & veritas rerum fu-
turarum. Hoc enim breuiter, ait; id quod in rationali ponas,
hoc tibi futurum doctrina & veritas. Nec vllam hîc video ob-
scuritatem in hac repetitione;nec nouitatem in nomine, tam
Hebræis non nouo,sed & celebrato. Dicitur autem rectissimè
Moses *ponere in rationali Vrim & Thummim*, quia lapides illos
per Beseleelem curauit ex Dei præscripto inseri rationali. Non
fortè censent, ipsum per se Mosem intexuisse illa verba,&c. sed
per textorum magisterium ac manus. Quod si *ponere*, tum per
illos dicendus Moses;certè & nunc nostrâ in sententiâ. Dein-
de sciant aduersarij,eandem vim esse phrasis huius *lapides mi-*
luim,& *milluim* simpliciter; item *lapides Vrim ac thummim*, &
Vrim ac thummim simpliciter. vtrobique enim ijdem lapides
significantur, sed illic additur vox *lapidum*, quia de ijs agitur, non qua lapides, sed qua gemmæ
oraculi exhibitrices. Quid autem ineptiæ est, si Metonymicè
oraculi nomen tribuatur gemmis, oraculum fundentibus?
Nouæ ne Metonymicę Sacræ Scripturæ sunt locutiones.
Quid tenebricosi. *pones* &c. pro; pones in rationali lapides,
quibus,à munere,nomen est, *Vrim & Thummim*? Nec opus
fuit exprimere modum alium, quàm seriem ipsam gemmarũ
satis expressam. Illi potiùs exprimere deberent, vbi illud in ra-
tionali vacuum,ad hæc nomina intexenda? an inter singulos
lapides? an in ambitu omnium? an ad dextram, an ad sinistram?
ת demonstratiuum, cur potiùs demonstret hanc texturam,
quàm lapidum miraculum? immò hoc potiùs, q.d. admirandos illos lapides, Vrim & Thummim. Auctorum qui nobis
obijciuntur auctoritas magna foret; si vel inter se conuenirent,
vel rem discussissent diligentiùs. D. Hieron. *ad Fabiol.* quod
nobiscum pugnet,nihil habet, quod faueat aduersarijs, tam
tundẽ: vtitur solùm modo loquendi sacrę scripturæ. D. Aug.

q.117. ambiguè loquitur,& quid esse potuerit indicat, profes-
sus id nesciri. D. Gregor. *p.2.pastoral. c.1.* nihil omnino dicit,
praeter verba scripturæ & mysticam expositionem. Rabanus
lib.VI.in Exod. per, *siue hoc siue illud*, rem resoluit. Radulfus
lib.3.in Leuit. asserit dumtaxat fieri potuisse, vt inscriberentur
hęc verba. Rupertus *in Exod.* obiter, nec aliud, quàm; doctrina
& veritas inscribitur illi.] Solus ergo cum Hugone Victorino,
ex Patribus, Philo videatur hoc certo censuisse: etsi de Philo-
ne etiam dicat quis, non ineptè; texturam non vocasse vocum
harum inscriptionem, sed lapidum insertionem, & has ipsas
lapidum texturas, vocatas manifestationem & veritatem: &
sic etiam has virtutes dicere depictas in τῷ λογίῳ, propter lapi-
des fulgorem propheticum emittentes. Et rectè ex Iosepho
lib.3.antiq.c.9. Ribera noster hoc, cum Lirano & alijs, collegit,
quod diximus, quia licet Iosephus nomina *Vrim & Thummim*
non nominet: vsum tamen & miraculum describens; satis a-
perè indicat, se prophetiam per Vrim & Thummim ipsismet
lapidibus tribuere. Scilicet ignorasset Iosephus hanc scriptu-
ram horum nominum: aut si sciuisset, tam pertinaci silentio
inuoluisset.

Sic ergo statuo, *Vrim & Thummim fuisse has ipsas gemmas*
XII. vt volunt Iosephus, Lyran. Tostat. Oleaster & Ribera.
Videtur enim hoc probabilius, tum propter ea quę iam dixi-
mus: tum, quod in Leuit. vbi Sacerdos vestitur *r*, nulla fit ho- *r c.8 v.8.*
rum xii lapidum mentio, sine quibus nunquam Sacerdos ri-
tè vestitus fuisset: sed eorum loco, tantum fit mentio de Vrim
& Thummim: vt hinc appareat, talibus nominibus ipsos lapi-
des met significari. Qui quoniam splendidi & micantes cla-
rissimâ refulgebant luce, dicti sunt non solum splendidi & lu-
centes, *Vrim*; & quoniam erant ex gemmarum illis generibus, le-
ctissimi, integerrimi, & perfectissimi, dicti sunt, non perfecti,
sed perfectiones, *Thummim*: eâ emphasi quâ solent Hebræi, vt
& Latini, abstracta pro concretis vsurpare. quam Oleastrij sen-
tentiam, æquum non fuit à viro erudito acerbiùs exagitari.

Lxx verò & vulgatus dū interpretātur, *doctrinā & Veritatē*; ma-
luerūt suâ nobis versione vsum lapidū, quā vocis significationē
exhibere; prudenter id amplectētes, quod magis ad mores le-
gētis formādos faciebat. Nominū verò ratio hæc fuit. *Vrim* di-
cta, quia vt lux quędā tenebras ignorantię discutiebāt fulgore
suo; *Thūmim* verò, quia, vt omnis prophetiæ, certa quoq; ip-
doris erat promissio, & indubitatò Deus, quod fulgore po-
cebatur, id euētu perficiebat, nec fas erat dubitare. Hæc de re-

De Vsu prophetiæ duo nobis sunt cōsideranda; modus in-
terrogandi, & modus respondendi. Interrogationem Hugo
a *In Cathen. Lipomani.* Victor. censet, per quasdam sortitiones solitā proponi. Quas
vnde acceperit, aut quid illi suffragetur, nescio. Iarchius &
Abenezra tradunt solitos codicillis inscribere quæsita, & ea
rationali imponere: cuius rei cùm in Sacrâ Scripturâ nullum
vestigium inueniatur, nihil vereor istud pro commento re-
cere, communemque sententiam aliorum amplecti *m*. Re-
m Iosephi, Lira. Tosta. Oleast. ptius enim & verius puto, Sacerdotes, post debitas preces,
uâ voce proposuisse interrogata, indutos, cùm alia vestimen
sacerdotalia, tum Ephod & Rationale seu monile gemmat
Ephodi appensum, de quo nunc agimus: quod vocabāt *appli-*
care Ephod, seu *consulere Dominum applicato Ephod* ꝑ; vel bre-
ꝑ 1. *Reg.* 23. *v.* 9. pliciter, *consulere Dominum*, quando de Sacerdote sermo, vel
pro se, vel pro rege. sic enim rex per Sacerdotem consulebat
Dominum σ: quem morem nobis SS. explicat τ per Exod.
σ *d.c.* 23. *v.* 2. *& 4. & cap.* 22. *ver* 13. *& 15. & c.* 28. *v.* 6. si ad Hebræum fontem recurras. vbi enim nos habemus *ut*
staret Sacerdos doctus & eruditus; LXX. vertēre; *staret illum in*
tionibus & perfectionibus (nam qui cū Gentilibus malunt;
tiationibus; Latinè quidem loquuntur, sed vim vocis Hebræ,
τ 2. *Esd.* 7. *v.* 65. quam LXX. sunt optimè interpretati, partim expressērunt)
lic inquā Hebr. est; stet Sacerdos *Lehurim Vethūmim*, & fe-
est: donec sacerdos Dñm consulat indutus Vrim & Thūmim.
Et (quod eruditè Riber notauit) vt collationē summæ dig-
tatis Pōtificiæ designēt sacræ litteræ, dicūt, Vrim & Thūmim
b *Deute.* 33 *v.* 8. alicui collata. Sic n. Moses tribui Leuiticæ benedixit *v*: *Per-*
fectio tua & Doctrina tua Viro sancto tuo. vbi Hebr. est, Vrim &
Thūmim

Thūmim tui viro sancto tuo: & eodē sensu Lxx. vertere: *Date*
Leui manifestationes eius, & Veritatē eius. Quæ ad litterā de co-
dē sacerdotali ornatu sunt accipiēda: sed per hunc ornatū alle-
goricè significatur perfectio & doctrina, quā sacerdotē prædi-
tū esse oporteret. Tostat. ibi valde se torquet, & vertit in varias
interpretationum formas: sed hæc, quā dixi, simplicissima est.

Respondendi modum arbitror duplicē fuisse. Cùm enim
has gemmas Deus inseri iusserit pectorali: vt per tam lucentes
perfectosque lapides, ipse lucis perfectionisque omnis auctor
interrogaretur: & respondens, tam Sacerdotes, quam Princi-
pem & populum spirituali suâ luce illustraret ac perficeret,
euoluens inuoluta, explanās ambigua, & docens quæ faciēda
omittendāue forent, & modos præscribens, quibus res incho-
anda perficiendaque; satis apparet, responsiones interrogatio-
nibus accommodari debuisse: interrogationum verò quædā
per affirmationē negationémue nudā possunt expediri, quæ-
dam longiorem requirunt explicationem. Arbitror itaque ad
primum illud genus interrogationum, nudo lapidum splendo-
re seu fulgore responsum: & ex eo Sacerdotem colligere soli-
tum fuisse, an dissuaderet an suaderet consulenti: quo sensu accipio Io-
sephi dicta ꝑ, quē Tostatus & Ribera meritò sequuntur: nec
est, quod quis arbitretur D. Aug. hoc fabulosum iudicasse: nā ꝑ *lib.* 3. *anti-*
quit. c. 9.
quid peistringat, paullò ante docui. Ad posterius genus inter-
rogationū, non respondebatur illo tantū splendore (nec enim
commodè hoc potuit) sed longè aliter. audiebatur enim à Sa-
cerdote interna quædam, vel externa quandoque locutio seu
oraculum, quod ipse postea interroganti manifestaret. Quan-
quam nec hīc absurdū sit opinari, ad splendorem tunc lapidū
accessisse sacerdoti lumē propheticū mēti eius à Deo infusum
De hac quidē responsione prolixiore, patet ex Regū gestis χ, χ 2 *Reg.* 5.
v. 13.
vbi præter respōsionē ad interrogata, insuper Deus docuit mo-
dū præsij conferēdi. & propter talē modū respōsionis, puto ge- ✝ 1. *Reg.* 28.
v. 6. *vbi Heb. est* Vrim.
nus hoc oraculi vocari cōsueuisse, *responsionē per Sacerdotes* ✝.
Vidi qui contra Iosephi, quem sequor, sententiam, nō vno
ariete moliretur, 1. sibi displicere scribit, & suspectum esse sin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gulare Iosephi testimonium. 2. quoniam in eodem loco Iosephus duabus adhuc alijs in rebus labitur. hîc quoque lapsum. tum quia dicit hoc à Græcis λόγιον vocatum, cùm tamen LXX. sic vocarint, qui Hebræi fuerunt. tum quia decit ducentis ante suos commentarios annis, hos splendores ob legis violationem exstinctos: cùm tamen Thalmudici, & Rhius, & Kimchi, & Elias Germanus testentur, diu antè huoraculo finem impositum, scilicet iam inde à captiuitate Bbylonicâ: quod à Iaddo responsum ferunt Alexandro Mno petenti, vt pro se Deum de belli Persici euentu consuleret. Denique quia sequeretur ex hac Iosephi narratione, hoc ... culum tantum insueuisse de bello respondere; quod non verum. item sequeretur solummodo consueuisse de illis quæstionibus, ad quas, per; *ita* vel; *non*, responderi posset. contra autem sæpè pluribus respondisse, & quidem interdum inopinata & præter interrogationem ω. His vir acutus & egregius doctus conatur Iosephi fulgorem infuscare: sed leui manu ligo potest amoueri.

ω d.v.13.

Ad primum respondeo, licet id solus Iosephus dixisset; maximam eius in rebus ad Sacerdotium spectantibus, cùm ipse Sacerdos fuerit, auctoritatem esse debere: præterea nullus alius supereſt illius æui Hebræus scriptor, qui talia dicere potuerit, præter Philonem & Iosephum. Philo paucula huiusmodi attigit, allegorijs solis intentus; neque negauit. Iosephi ergo solum id affirmasse, quid mirandum?

Ad 2. nego in his Iosephum labi. Licet enim LXX. fuerint Hebræi Sanhedritæ, Græcè tamen non Hebraicè scripserunt, & cùm Græcè scriberent λόγιον dixerunt: & eos postea cuncti proselyti Græci in hac nomenclaturâ secuti fuerunt, non aliam ob causam nisi ob eam, quam Iosephus ibi retulit, ex cuius contextu Græco, manifestum est, eum loqui de Gentibus dumtaxat illis, qui Iudaicos ritus venerabantur. Notum verò Iudæos & Græcos sic distingui, vt Græcorum nomen retineant, quotquot ex gentilibus ad Iudaismum transierint. De oraculi quoque cessatione, meritò Iosephi auctoritate cuncti

α Act.14. in princ. & passim in nouo testam.

nctis Thalmudicis & sexcentis Rabbinis recentioribus, qui totius antiquitatis sunt imperitissimi, præfero. De Iaddi quidem illo responso, quoad oraculorum cessationem, nec Latini β, nec Græci Historici γ, qui res Alexandri scrupulosè fermè sunt prosecuti, vel vno verbulo meminerunt. Iosephus verò δ, Zonaras, & Glycas, quando accuratè narrant quæ Iaddus cum Alexandro egerit, ea recensent, vnde satis colligatur, de oraculo per Vrim & Thummim nihil Alexandrũ cogitasse: cuius illum quoque fuisse ignarum prorsùs verisimile censeo: De victoriâ verò contra Darium, à Deo docent per visam certiorem factũ. Arbitror ergo Iosephum egisse de fulgore huiusmodi penitùs semperque cessante. Nam per interualla, quin aliquando etiam priùs cessauerit; vt Saulis, & posthea quorundam Regum, post Dauidem, tempore; nõ est dubitandum. Glycas quidem ε indicat, quando Israëlitæ Deum desiderant, non consueuisse illis Deum per Ephod respondere. Sic igitur suspicor, solitos Iudæos primò per Sacerdotes, applicato Ephod, Deum consulere: si hac viâ non succederet, recurrisse ad prophetas, etiam qui Sacerdotes non essent ζ. sic enim legas ipsos quoque Sacerdotes ad Holdam prophetissam oraculi causâ adijsse η.

β Q. Curtius Rufus.
γ Diodorus Sic. Plutarch. Arrianus.
δ Ioseph. li. 11. antiqu. in fin. Zonaras tom. 1. Glyc. p. 2. annal.
ε p. 1 Annal.
ζ patet ex 1. Reg. 28. v. 6.
η 4. Reg 22. v. 14.

Ad 3. dico, nihil eorum sequi, quæ inferuntur. nam belli gestis verò tantùm, prætermissâ subsequente Sacerdotali manifestatione, meminit, quia manifestatio illâ res solita; fulgor verò, res ceteris gẽtibus planè insolita & inaudita erat, & ideò illam memoriæ statuerat cõmendare. Duplex ergo fuit vnius oraculi Vrim & Thummim manifestatio siue responsio, prior illa & exterior, tantùm per fulgorem lapidis; & posterior quãdoque etiam extrinseca, per Sacerdotem prophetiæ spiritu imbutum, qui quod perceperat admoto pectorali, id postea quærentibus manifestabat. Fortassis propter tot manifestationes concurrentes, Septuaginta interpretantur iudicium τῶν δηλώσεων, hoc est iudicium bis quidem manifestatorum Sacerdoti, & tertiò manifestandorum consulentibus. Eandem ob causam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sam, *Vrim* vocarunt illuminationem; & *Thummim*, veritatem siue perfectionem (eodem enim hæc recidunt) quoniam Deus neminem fallere vel potest vel vult; sed quicquid Sacerdoti dicebat, hoc verissimum & numeris omnibus erat absolutissimum. Sacerdotis quoque officium erat eadem populo verè ac plenè denũnciare, nulla omissionis, dissimulationis, mutationis aut falsitatis alterius adhibitâ mixtione [θ].

θ *Sic Philo lib. 3. de vitâ Mosis. Orig. lib. 6. in Leui. Hier. in c. 3. Ose. & epist. 127. ad Fabiolam.*

Hæc de re valdè obscurâ, si nõ luculenter, haud certè prorsùs indiligenter dicta, sufficiant.

SECTIO II.

De oraculis prophetarum.

SVffecerint ista de *Oraculo per Sacerdotes*. Post Dauidis regnum, rarò per Sacerdotes Domino respondente, frequentius esse cæpit *oraculum per prophetas*; quod diuidi potest in *Visionem*, & *somnium*: sicut & *oraculum per Sacerdotes* diuidi potuit etiam, in *visionem fulgoris, & manifestationem verbi*, ideo quædam ex dicendis, de *Visione* & *Verbo*, analogiâ quadam possent etiam accommodari prophetiæ *Vrim* & *Thummim*; ne non obesæ naris lectores facilè animaduertent.

Visionem & *Verbum* Græci Patres & LXX. non rarò confundunt, vt & ipsa scriptura, cùm visionem dicit auditam, verbum verò visum vel ostensum [α]. vt cum Isaias dicit [β], *Audite cælum, quia Dominus locutus est*; & tamen initiò vocatur *visionem*: & cum Zacharias & Ezechiel dixissent, se verbum Domini explicaturos, subdunt visionem [γ]. differunt tamen. *Visio* Græcis ὅρασις vel ὅραμα, Hebræis *rcẽ*, est prophetia qua mens spirituali oculo cernit obiectum propheticum quod cælesti lumine repræsentatum. differt à *Verbo*, quia verbum sæpe contingit sine visione, & visio sine verbo: differt à *somnio*, quia visio sæpè offertur vigilanti. crebrò quoque visio patur more Hebræorum pro concreto, seu pro re visâ, sic Moses rubum [δ] vocat visionem: sic prophetæ dicũtur videre visiones [ε].

α *Isai. 2. & 13. & Amos 1.*
β *Isai. c. 1.*
γ *Verba Ieiec. 1. vide etiam Abdiæ 1.*
δ *Exod. 3.*
ε *Ezech. 1. Ioel. 3. cum similib.*

Verbum; siue (vt mauult Ciprianus) sermo, Græcis λόγος, Hebræis *Dabar*, est prophetia, qua spiritus sanctus, mentali quadam locutione, prophetam occulta docet, vt cum Esaiæ [ζ] dixit; *Sume tibi librum*, & iterum [η]; *Vade dic Ezechiæ* &c. Locutio ista fiebat, vel voce formatâ in aëre, & auditâ, vt Abrahamo ne filium necaret [θ]; vel verbis in ore prophetæ positis, vt Balaamo [ι], & hæc Aramæis propriè dicta; *Malki*, Hebræis, *Malchuth* (hoc est consiliũ) quasi dicas regẽ prophetiarũ, siue prophetiæ speciẽ præcipuã. nihil enim consilio est vtilius. Visioni & verbo hoc cõmune fuit, quòd vel de lætis & faustis, e- tia, & in nouo testamẽto tunc vocãtur *Euangelium*, in veteri nonnunquam visionis aut verbi retinent: vel erant de infaustis ac tristibus rebus, minarum & luctus annunciæ, regibus ac populis exitia portendentes: tunc Hebræi vocabant huiusmodi prophetiam, *Massa*, à verbo *Nasa*, leuare, tollere, portare, assumere. Per hanc radicis varietatem factum, vt controuertatur, quid propriè in sacrâ scripturâ significet *Massa*? Olim Aquila vertit ἄρμα, nõ accipiens pro curru (vt apud profanos) sed pro pondere seu onere, vt noster optimè transtulit. Calamitas enim cui impendet, eum Æthnâ grauiùs premit: &, in quem talis prophetica sententia ferebatur, hic metu atq; tristitiâ oppressus, quasi caput nequibat erigere. sic explico, & amplector D. Hieronymi sententiã *in Nahum*. Quid ni amplectar? semper (si attendas) vocabulum pro aduersâ, nunquã pro secundâ denũciatione inuenias vsurpatum: & perspicuè Hebræum nomen, Onus seu Põdus significat [κ], & in Ps. 27. Græca versio φόρτιον habet, hoc est pondus. Sic nonnulli putant à Ioanne [λ] vocari βάρος, hoc est vt noster vertit, põdus: sed, nisi fallor, ipsi fallunmur non enim illic sermo est de prophetiâ, sed de onere interdictorij alicuius præcepti, vt rectè Primasius & Haymõ sensere. Hoc lõgè abit spiritus sanctus, cũ *onus* vsurpat, pro ipso populo, cui tale quid imminere denunciatum fuit [μ]: quia talẽ populũ Deus diu laborauit sustinens, tãdemque humeris suis, quasi onus molestissimum, excutit, dum eum abijcit; cùm suo & Symmac. solẽt vertere λῆμμα; quæ, vox à λαμβάνω deducta,

דבר

{ *c. 8. v. 1.*
η *c. 38. v. 5.*
θ *Genes. 22. v. 11.*
ι *Numer. 22. & 23.*
κ *Exo. 23. v. 5. 4. Reg. 9. v. 25. Ps. 27. v. 5.*
λ *Apoca. 2. in fin. v. 24.*
μ *Ierem. 23. v. 33.*

donum & munus significat ρ; quid commune, dicat aliquis, oneri & muneri? Multum sanè in proposito: imò hîc idem est onus & munus. Nam prophetica comminatio infortunij & supplicij instantis, præclarum & pretiosum est Dei donum, quia quos Deus diligit, castigat; & quos castigat, priùs, vt resipiscant, minas proponit illis, &, vt solent fugare malentes quàm lædere, lapidem manu leuat, & ostentat, priusquam iaciat. Homini sic liberum relinquit, fugere à venturâ irâ. Sic λῆμμα primariò significat leuationem siue assumptionem, secundariò donum: eo quòd dum datur, à donante leuatur & traditur, à donatario verò assumitur. Vnde Theoni & aliis Mathematicis, Dialecticis quoque, λῆμμα nominatur, propositio; quæ demonstrationi vel argumento inserta, & probata, assumitur ab alio, & vt, qui inseruit illam probet, postulatur. Sic cum interpretes isti in S.S. λῆμμα vsurparunt pro reipsâ acceperunt, quæ assumitur siue eleuatur, idque sententiæ idiotismo Hebræorum; quibus propheta dicitur quasi assumere & leuare ipsum Onus, & libratum intonare ceruicibus impiorum; quibus impijs breui imminentem uinam iram comminatur: huc enim pertinent illæ passim occurrentes phrases, *assumere luctum, assumere planctum, assumere parabolam*. Cauendum itaque ne cum Græcis reconditis ribus σ λῆμμα, ad quamuis prophetiam extendamus. Sic hæc nimis fusè dicta videbuntur: is si, quam se viri eggregij his torserint τ, considerare dignabitur, non diffido illû æquo bonique hanc nostram diligentiam consulturum.

Hæ duæ species, *Visio* & *Verbum*, aliquando iunctæ sunt. *raptu* seu *ecstasi*, aliquando separatæ. simul fuere in raptu Paulli, ad tertium vsque cælum; vbi vidit & audiuit, quæ non licet homini loqui: fortassis etiam Ezechielis visio quando talis fuit ρ, quæ vocatur *iad*, hoc est prophetia non lenter violenter influens. Quãdo igitur ecstasis accedit, tunc tenda Patrum σ doctrina; prophetas non fuisse sic mente captos vel attonitos, vt non probè scirent, quid prædicerent. hoc proprium fuit fanaticorum, quales erant hæretici Montani

ρ *D. Hiero. in Iere. c. 23. & Fauorin. in Lexic.*

σ *Theophil. in Habac. & Nahum. Io. Petrus Oliuerius lib. de prophetiâ, c. de Lemmate, Arias Monta. Præludijs in prophet. minor. Fran. Ribera in Nahum.*

τ *Ezech 1. v. 3. & c. 8. v. 1. & 3.*

υ *Iustin. admonit. ad Gent. circa fin. & q. 2 ad Ortodox. Hieron. præfat. in Esai. Chrysost. in Psal. 44. & hom. 29. in epistol. ad Corinth. August. lib. 1. contra Acad. c. 7.*

& vates Gentilium. Immeritò valdè ab Oliuario reprehenditur auctor, *de spiritu & animâ* (exstat inter opera Augustini) quòd scripserit, B. Ioannem in ecstasi Apocalypsim scripsisse. Nam ecstasis duplex est, vna diuina, alia diabolica: vt insinuat Tertullianus his verbis τ; Ecstasis hoc operatur de suo propio; vt sic nobis sapientiæ imagines inserat, vt & errorum. sapientiæ scilicet ac veritatis diuina, errorum & falsitatis diabolica. Non igitur auctor ille ecstasim sumsit, pro mentis attonitæ abalienatione, & animi quadam impotentiâ; qualis erat in pseudoprophetis illis; sed more patrum & recto, pro raptu, siue pro abstractione tantum à terrenis, & sensuum corporeorum functione: nec voluit sic constitutum Euangelistam scripsisse, sed quæ dum in tali ecstasi constitutus viderat, ea postea in scriptum redegisse. vt mittam D. Paulli raptum: tamen haut dubiè D. Ioannis fuit, quod testatur cùm dicit *se in spiritu fuisse* (ἐγενόμην ἐν πνεύματι) scilicet correptum & absorptũ ecstasi, vt rectissimè Haymon fuit interpretatus: breuiter idem vno verbo insinuare voluit Andræas Cæsariensis; πνευματοφόρος γενόμενος κάτοχος; quod vocabulum, sic afflatum spiritu sancto significat, vt totus ab eo correptus mente seu spiritu & occupatus solidâ possessione fuerit: nam affectio animi fanaticorum κατοχὴ vocata, quia sensibus corporeis ad tempus quasi priuantur: vnde & morbus quidam ita nominatus, qui corporis sensu motuque priuat υ, qui & καταληψις. no stri medici *congelationem* appellant. Idem significari puto, quando prophetæ dicunt, *factam super se manũ Domini*. item, *eduxit me manus Domini in spiritu* χ; *irruit me spiritus*, aut, *eduxit me manus Domini in spiritu* χ; *cecidit super eum mentis excessus*, vbi Græcè est ἔκστασις ψ. Purgeram Theodoret. & Theophilact. ω cùm *Lemma* confundant cum huiusmodi raptu, hoc est *Iad*, cum *Massa*.

Tertia species erat *somnium*, dormientibus tantum, medio simulacro siue phantasmate, contingens: Hebræi vocant *chalom* ω, Græci ἐνύπνιον. Si quis quæ cuentura sunt somnians, ipse quid somniet non intelligit; tunc eius respectu non erit prophetia: sed adspectu tantum illius erit prophetia, cui Deus

τ *lib. de anim.*

υ *Galeno lib. 13. Therapeut. & lib. 4. de locis affect. Actio, & Aegyneta* φ 4 *Reg. 3. v. 15.*

χ *Ezech. 11. v. 1. & c. 40. v. 1*

ψ *Act. 10. v. 10.*

ω *in Nahum.*

ρ *Isai. 29 v. 7*

חלום

significationem somnij reuelabit. quare Ioseph propheta, & nō Pharao, vel eius serui β; Daniel propheta, & nō Nabuchodonosor γ: somnians autē ipse demum annumerabitur prophetis, quando cū somnio simul intelligentiā somnij percēpit. vt Daniel in altero superbi Regis somnio δ. De his somniis seu dignitas.

Modus multiplex est, vt accuratè noster Pererius explicauit ε. quædā immittūtur cū pauore & horrore somnianti ζ, quædam pacifice η. 2. quędam non intellecta, quædā statim intellecta, vt dixi. 3. quędam clara & sine inuolucris θ, vt Ioseph, trium Magorū, & B. Pauli; quædā obscura, implexa, inuoluta, vt Pharaonis & seruorū eius, & Nabuchodonosori ι. 4. in quibusdā Deus alloqui videtur, vt Salomonē κ, interdum angelus bonus, vt B. Ioseph; interdum aliquis homo, vt Paulo vir Macedo. λ. 5. aliquando somnia correspondent antecedentibus cogitationibus, & sic initium sumunt ex causâ naturali; vt primū somnium B. Ioseph, & primū Regis illius Babylonij; quādoque verò nulla prędcedit cogitatio, vt in somno secundo B. Ioseph accidit μ. hanc differentiam notauit S. Grego. ν. 6. nonnunquam nihil petenti Deus somnium inspinatò immittit, vt fit plerumque, & accidit in prędictis SS. exemplis: nonnunquam verò petentibus reuelationem eamque desperantibus, vt Danieli ο. consuefactos enim Hebręos huiusmodi desideria sua Deo proponere, & ab eo petere, vt per somnia futurum illis euentum pandere dignaretur, manifestius ex S.S. quàm vt quis debeat dubitare π. Soliti id ipsum Gentiles facere in templo Serapidis seu Plutonis, vt ederent qua ratione à morbis liberarentur ρ, vel ad resolutionem dubiorum habendam, vt fecit Edesius σ, & apud eum Rex Latinus τ: & in tēplo Æsculapij Apollonius υ: & Spartani magistratus in tēplo Pasiphaës φ: tale fuit tēplum Amphiarai χ, & Calliæ apud montē Garganū ψ, & huiusmodi tēpla vocabātur *Psychomantea*. Conatus ad hoc crimē Apollonius ta Iulianus, per calumniam, detorquere Vigilius Christianorum

β *Gene.40. & 41.*
γ *Daniel. 1. & 4.*
δ *Dan.c 2.*
ε *q.3. de obs. seruat. somnior.*
ζ *Gen. 15. v. 12. Daniel. 2. v. 1.*
η *Gen. 28. v. 12.*
θ *Matt. 1. v. 20. & c. 2. v. 12. 13. & 20. Act. 16 v. 9.*
ι *Idd. Gen. 40 & 41. Dan. 2 & 4.*
κ *3. Reg. 3.*
λ *3 citat. loc. in lit. θ.*
μ *Matth. 2.*
ν *lib. 8 Moral. c. 13.*
ο *Dan. 2. v. 18*
π *1 Reg. 28. v. 6. & 15.*
ρ *Aristoph. in Plato.*
σ *Eunapius in Edesio.*
τ *Æneid. 7.*
υ *Phlostra. in eius vitâ.*
φ *Cicero 1. Tusc. & 1. de diuinat.*
χ *Pausan. in Boeot.*
ψ *Strabo li. 6*

rum ad sepulcra Martyrum; sed retudit illum validè B. Cyrillus ω. Iudæos nonnunquam eò superstitionis delapsos, vt ad captanda somnia in Gentilium templis incubarent, docet Esai. propheta α; *qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres; qui habitant in sepulcris, & in delubris idolorum dormiunt.*] vbi LXX. vt solent, paraphrasticè addiderunt, *propter insomnia*, δι' ἐνύπνια, causam incubationis explicantes. D. Hieron. In delubris, inquit, idolorum dormiens, vbi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, vt somnijs futura cognoscerent. Quod in fano Æsculapij vsque hodie error celebrat Epinicorum, multorumque aliorum.] idem Cyrillus *ibi in Comment.* confirmat.

ω *libr. 10. in Iulian.*
α *c. 65. v. 4.*

Causæ somniorum efficientes alio loco explicabuntur; hīc de diuinorum somniorum finali causâ (vt vocant) agimus dumtaxat: quæ ex S.S. multiplex desumitur. 1. vt ægritudine à malo absterreatur, sicut factum Abimelech β Regi Gerarę, & Labano γ; hāc insinuat B. Iob δ; *in horrore*, inquiēs) *visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor terruit me &c.* & alibi ε, *terribus me per somnia, & per visiones horrorem concutes.* 2. vt adhortetur ad aliquod bonum, vt Gedeonem ζ, & Iudā eiusque exercitū η. 3. vt moneat vel doceat quid agendū fugiendumúe, vt B. Ioseph θ, & tres Magos. hāc causam Iobus significat his verbis ι; *per somnium aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplinâ, vt auertat hominem ab his quæ facit &c.* 4. vt spiritum prophetiæ, vel quod aliud spirituale donum simul largiatur: quo pertinent iuxta nonnullos illa Mosis κ; *si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum.* Significare volunt, quod spiritum prophetiæ, vel visione, vel somnio, collaturus sim potiùs crediderim agere, de ijs quibus iam dato prophetiæ spiritu, significat se postea cum eorum nullo tam familiariter, quàm cum Mose acturum; cum hoc ore ad os, cū illis dūtaxat per visionē & somnia. Meliùs huc facit istud λ Ioēlis; *senes vestri somnia somniabūt, & iuuenes vestri visiones videbūt* præcesserunt enim, *effundam spiritum meum super omnē carnē, & prophetabunt*

β *Genes. 20.*
γ *Genes. 31.*
δ *c. 4. v. 13.*
ε *c. 7. v. 14.*
ζ *Iud. 7. v. 13*
η *2 Machab. 15.*
θ *Matth. 1. & 2.*
ι *c. 33. v. 15.*
κ *Num. 12. v. 6.*
λ *c. 2. v. 28.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bunt filij vestri. sic donum sapientiæ & prudentiæ in somnis da-
μ 3. Reg 3. tum Salomoni μ, ex probabiliore sententiâ Tostati ν; sic pro-
ν ad d. c 3. q.11. missio obuenturæ dignitatis, Ioseph & Mardochæo ο. 5. ad
ο Genes 37. Esth. 11. reuelationem diuini alicuius mysterij ϖ, vel magnarum reip.
π Genes 28. Dan. 7. aut imperij vicissitudinum ρ, vt Israëlis σ, Ægypti, & τ Na-
§ Gen. 15. buchodonosor. Ad hæc capita reduci possunt multa somnia
φ Gen. 41. diuina, quorum in Historijs Sanctorum fit mentio; vt illa Af-
τ Dan. 2. & 4. fricana apud Victorem Vticens. *de persecut. vandalic. 2.* obla-
ta Eusebio Episc. Kartaginensi. & quæ post obitum Sidonij
visio oblata pincernæ apud Greg. Turonens. *lib. 2. hist. Franc.*
23. & inter alia vnũ mimi *in vitâ Simeonis Sali*, apud Metaphr.
aliud sacrilego Traiectensi oblatum sæpius, apud Surium *tom.*
4. in vitâ S. Frederici. aliud oblatum monacho Cluniacensi
Beatæ virginis, tempore S. Odonis, apud Ioannem Monachũ
lib. 3. vitæ D. Odonis. c. 9. cuius occasione B. virgo cæpit voca-
Misericordiæ Mater. aliud Bertæ matri S. Suiberti, apud B.
Marcellinum, *c. 1. vitæ Suiberti.* aliud S. Abramio confessori
apud Metaphrast. in eius vitâ. aliud. Henrico Imp. apud Rupe-
tũ, *in vitâ S. Hereberti c. 26.* aliud S. Lutgero apud Monachos
Wertinens. *eius vitæ c. 11. & 16.* aliud S. Hugoni Gratianopo-
litano apud Guigonẽ, *in eius vitâ*; aliud Hartmanno Tuitien-
si apud Conradum *in vitâ S. Wolphelmi.* aliud multiplex Ba-
pediphoro, apud Ioannem presbyterum *in vitâ S. Basilei Iun.*
& Mart. & alia innumera.

De gradibus seu dignitate prophetiæ multa variaque con-
υ *in Doctore Dubitant iii. φ de præcep. lib. 2. c. pen. & vlt.* gessere Moses Ægyptius υ & Francis. Picus φ, sed minutio-
ra, quàm vtiliora: idcirco illis omissis tantum dico quod ex
ijs omnibus, intellectualis reuelatio; quæ fit sine cooperatione
phantasiæ; præstantissima est, si secundum se & præcisè sic
matur; altera verò in qua phantasia ab intellectu excitata cõ-
currit, est præstantior extensiuè, quia primã & quid aliud præ-
terea comprehendit. Sic etiam intellectualis per se sumpta, &
comparata cum imaginariâ perfectior est; sed si imaginaria
addideris ad intellectualem, tum extensiuè simul ambæ per-
fectiores erunt, quam seorsim sola intellectualis. *ita P. Soarez*

Soarez ad 3. p. q. 30. ar. 1. disp. 9. sect. 2.

QVÆSTIO III.

Quopacto prophetia siue diuina reuelatio discernenda sit, à diuinatione siue diabolicâ reuelatione?

NOn minùs necessaria, quàm ardua est huius quæstionis accurata pertractatio, propter quotidianas, etiam spiri-
tualium personarum illusiones: in eâ decidendâ sequar vesti-
gia aliorum, qui certatim ad hunc lapidem versandum accur-
rerunt. præcipui fuere B. Vincentius Ferrerius *tract. de vitâ*
spirituali c. 11. & 12. Ioan. Gerson *tract. de probat. spirituum, &*
alibi passim, Cardinalis Turrecremata *in præfat. Defensorij re-*
uelation. B. Brigittæ, Henric. de Firmariâ *lib. de quatuor instinctu-*
bus, Ægyd. Carlerius *p. 1. Sportæ fragmentor. in prin.* Hieron. de
Ferrariâ *in Compend. reuelat.* Ioan. Francisc. Picus *lib. vlt. de præ-*
notion. & quidam recentiores, quorum dicta cuncta inuenies
apud istos antiquiores. Possunt omnia reduci ad tria capita;
de eo qui iudicat, de personâ cui facta reuelatio, de ipsâ reue-
latione & eius circumstantijs. de singulis videamus.

SECTIO I.

De necessarijs iudicaturo de reuelatione.

VEl quis iudicat de apparitione propriâ, vel de alienâ: &
plus periculi est priore casu. Vtroque oportet sit persona
spiritualis & deuota. nam *animalis homo non percipit ea quæ spi-*
ritus sunt. Oportet itaque eum qui rectè sit iudicaturus, primò
donum discretionis à Deo petere; vt queat sincerum manna di-
uinæ reuelationis, à mellitâ lethalique dæmonis offâ dignos-
cere; & hæc discretio, conceditur aliquando à Deo immedia-
tè simul cum ipso lumine prophetico, vt dictum est: aliquan-
do seorsim, idque vel ad priuatam accipientis instructionem,
vel ad aliorum quoque, & totius Ecclesiæ doctrinam, & reme-
dium. Hoc enim dono homo cõsequitur, vt in se, & de se sciat
probare spiritus, & etiam sciat illos de alijs, & in alijs discerne-
re. Potest autem hic considerari quasi duplex modus, vnus
experimentalis, qui cum ipsâ reuelatione propriâ infunditur
illi,

illi,cui facta reuelatio;qui modus (vt ait Gerſon) ſit per inſpi-
rationem intimam,ſeu internum ſaporem, ſiue per experimē-
talem quandam dulcedinem,ſiue per illuſtrationem, à monti-
bus æternis effugantem omnes tenebras dubietatis.] hic mo-
dus rarus eſt,& paucis conceſſus: & quibus conceſſus non eſt,
illi non poſſunt, ſuo iudicio,in proprijs reuelationibus ſtare:
quibus verò conceſſus à Deo fuerit, illi tamen eo vti non poſ-
ſunt,ad diſcernendas aliorum reuelationes, quia ſicut *nemo nouit quæ ſunt ſpiritus,niſi ſpiritus* ipſemet: ſic nemo cognoſcit
infallibili certitudine, per experimentalem hunc ſenſum, ea
quæ in alieno ſunt animo. Alter modus,qui datur maximè in
ordine ad alios,ille nititur etiam,ſeu confirmatur experimē-
varijs, tum ſui, tum aliorum: & ſolet à Deo concedi maximè
illis, quibus officij & dignitatis ratione incumbit animarū cu-
ra. Sed non debet quis facilè ſibi perſuadere, ſe donum illud
à Deo accepiſſe: ideoque ad preces continuas, etiam debet
adiungere humanæ prudentiæ,& doctrinæ media. Tertius
enim eſt modus diſcernendi ſpiritus quem vocant doctrinā
regulas præbet falſos prophetas à veris diſcernēdi:lectio quo-
que ſanctorum Patrum & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ multū con-
fert,vt, illuſiones & reuelationes, ſignis ac notis peculiaribus
queant diiudicari: his ſi adiungatur obſeruatio virorum ſpi-
tualium,& experientia,& in ambiguis obſcuriſque conſulen-
tur viri docti,& pij,& in viâ ſpiritus longè progreſſi, in multis
verò contra dæmonum aſtus exercitati veteranique: ſperan-
dum eſt poſſe deceptiones ſic ſentiri & vitari. Planè ad hunc
vltimum iudicij ferendi modum, non ſufficit ſola doctrina,
ſed accedat oportet ad illam experientia propria, vt quis ſit
doctus & contemplatiuus: vt & Scripturam & reliquā Theo-
logiam non leuiter delibarit,& in ſemetipſo expertus ſit varias
(ait Gerſon)affectionum ſpiritualium pugnam, tanquam ab
cenderit nunc in cælos,nunc deſcenderit in abyſſos,& videri
mirabilia Dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mag-
ſticum diuerſarum affectionum,quaſi collidentium ſe fluctuū

enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem talium, quid nouit
eorum?] Adhæc autem nulla magis neceſſaria diſpoſitio re-
peritur,quàm ſolidæ humilitatis. vt enim docet Moſes apud
Caſſianum,ſolis humilibus à Deo hæc cognitio datur. Deni-
que non eſt iudicium præcipitandum, ſed res Deo diligenter
prius commendanda,,& multiplex ſcrutinium mentis facien-
dum,iuxta mox dicenda. Docent hoc ſacrę litteræ. Narrat Io-
ſeph Iacob patri ſua ſomnia: increpat eum pater, ſed rem taci-
tus conſiderat α. Apparet angelus,Ioſue filio Nun,formâ viri
armati: ille diſquirit interrogatione, quis eſſet, nec adorat in-
cognitum β. Audit Samuel vocantem Deum, nec reſpōdet
Domino,ſed accurrit ad Heli, donec monitus fuiſſet ab Heli
ſacerdote;quomodo ſe gerere deberet γ. Helias diſcernit in-
terturbinem, cōmotionem,ignem,& aurā lenem, & perpen-
dit prudenter,in quo illorum Dominus ſe manifeſtaret. Salu-
tat Virginem ſacratiſſimā Gabriel Archangelus: illa priuſquā
reſponderet: *cogitat, qualis eſſet illa ſalutatio* δ, non id leuiter,
ſed διαλογίζετο, maturè & diu animo atque cogitatione vol-
debat,vtrum illa ſalutatio illuſoria eſſet & à Deo, an à dæmo-
ne;vt optimè Euthymius. Hoc imitatus D. Ambroſius; cū illi
corpora SS. Martyr. Prothaſij & Geruaſij reuelata; hoc Epiſc.
Cyprius,cū D. Barnabas illi ſe manifeſtauit; hoc ceteri ſancti,
vt vidimus *lib. 2. q. 6.* Si hoc illa mulier Carthaginēſis feciſſet ε,
quæ cauſa fuit ſchiſmatis maximi,nō tā turpiter deluſa fuiſſet,
nec tot malorū Africæ occaſionē præbuiſſet. Sanè quamdiu
res dubia eſt,longè tutius cēſetur, potiùs eā piâ cū humilitate
repudiare,quā cupidè & confidenter eā recipere,aut aſſentiri.
Obijciat forte aliquis; apud Cæſariū legimus multos pre-
cibus à Deo reuelationes viſioneſque & poſtulaſſe, & obti-
uiſſe: ſi petere licet,cur non & oblatas amplecti ſtatim atque
recipere? *Reſpondeo,* multa fieri à multis non imitanda, imò
nec probanda,maximè ab hominibus incompertę ſanctitatis.
Nā ſi quis,de quo conſtaret ſanctū eſſe,id in caſu aliquo pecu-
liari & neceſſario peteret, (quod olim ſanctè factū à B. Ephrē,
docet Amphilochius *in Vit. D. Baſil.* & à S. Mauro, docet *in eius*

α *Geneſ. 37. v. 12.*
β *Ioſu. 5. v. 13.*
γ *1 Reg. 3 v. 9.*
δ *Luc. 1. v. 29*
ε *Vide Optat. Mileu. lib. 1. ad Parmenia*

vita Faustus, *apud Sur. in Ianuar.* & à S. Hereberto docet Rupertus *eius vitæ c. 13. apud Sur. mense Martio.*) vt non auderem damnare; sic non vererer ceteris suadere, ne idem sibi putarent imitandum. Quoniam inuenio viros doctos, & valdè spirituales semper huiusmodi desideria ac petitiones improbasse: quia nasci solent ex occultâ superbiâ, æstimatione & amore sui, quo cupiunt manifestam alijs suam sanctitatem; vel ex curiositate vanâ, vt optimè tradidit S. Vincentius Lirinensis, peritus laudatus: & ideò Deus solet permittere tales decipi & impingere, vt de se ipsâ testatur, mulier singularis prudentiæ & sanctimoniæ B. Catarina Bononiensis [a]. Deinde quia talibus non consistit sanctitas, neque perfectio Christiana, nec ista nos Deo faciunt gratiores, aut proximò verè vtiliores. Denique quia huiusmodi auersari, non est ianuam Deo præcludere, sed per custodiam sui, & humilitatem, & castum timorem, spiritum sanctum allicere; qui amat quiescere super humiles ac timoratos, quæ cuncta diligenter ac seriò tradita fuere à nostri ordinis viro, Franc. Ariâ [b], & prius nos docuit Augustinus conatum hoc dæmonem sibi persuadere, vt non aliquod à Deo peteret: se verò id detrectasse, gnarum quam multos hæc curiositas perdidisset. Ideo alibi monet vt abstineamus, & quod intra nos est, Dei regnum, in ijs quæ videntur non quæramus. post Augustinum idem monent Gerson, cuius in similibus magna sanè auctoritas est, his verbis; Enarrantur exempla sanctorum patrum, qui curiositatem huiusmodi visionum vel miraculorum tanquam perniciosissimam fallacissimamque refugerunt. A quâ se Augustinus liberatum, *in suis confessionibus*, gloriatur in Domino. Quâ propterea D. Bonauentura abhorrendam nimis esse determinat totoque conatu repellendam, nunc orationibus, nunc ieiunationibus seu flagellationibus propriæ mentis & corporis exemplo illius, qui vt tentatione careret superbiæ, quæ fuit & obtinuit à Domino, vt per tres menses Dæmoniacâ vexaretur obsessione. Alter sanctorum Patrum, dum sibi dæmon transfiguratus in Christum, diceret, ego sum Christus te per-

[a] *lib. de vitâ & erroribus suis.*

[b] *lib. de orat. mentali. D. August. lib. 10. confess. & lib. de verâ religione.*

sonaliter visitans, quia dignus es: confestim clausit oculos vsque manu vociferans; Nolo hic Christum videre, satis est ipsum in gloriâ si videro: statimque disparuit. Alter sub alijs verbis similem seruauit in huiusmodi illusione humilitatem: Vide, inquit, ad quem missus sis. Ego certè talis nõ sum, quod dignus sim hic videre Christum. Alterum, quia nolebat intrare templum, dicens; Sibi satis esse, quòd oculis corporeis aspexisset Christum; colligauerunt cathenis, soluere ieiunium, carnibus vesci, vinumque bibere compulerunt. Sicque tumore compresso, sanatus est.] Pro cautelâ postea subdit idem, vt nõ modo suspensum teneatur iudicium, sed reuerenter quoque, cum Apostolorum Principe, dicatur; *Exi à me Domine, quia peccator sum*, quia vilis sum, quia visionibus tuis indignus sum; quas hic neque quæro, neque accepto, sed repello. Sit in alio, non in hoc sæculo visio tua tota merces mea Domine Deus, & sufficit. Quid ad me de visionibus tuis in hac vitâ? quid de Superiorum meorum monitionibus? mitte potiùs alium, quē missurus es: & me meus spiritus humili tegat obscuroque loco.] & B. virgo Coleta ipsi etiam Deo, multa ei secreta reuelare volenti, respondit: Domine Deus, sufficit mihi te solum cognoscere, & peccata mea, eorumque abs te veniã obtinere.] *de Stephano Iuliacus eius vitæ c. 5.* hæc sanè optimè dicantur in proprijs visionibus: in alienis approbandis, credendísue, confessarijs alijsque iudicibus hanc Gerson præscribit regulã: Caue ergo (*inquit*) quisquis eris auditor, aut consultor, vt non applaudas tali personæ, & non laudes eam, non mireris, quasi sanctam dignamque reuelationibus atque miraculis. Obsiste potiùs, increpa durè, sperne eam; cuius sic exaltatum est cor, elati sunt oculi, vt ambulet in magnis & mirabilibus super se: vt digna sibi videatur, quæ non humano more operetur salutem suam; per doctrinam scilicet scripturarum & sanctorum, cum dictamine rationis naturalis; nisi consilium habere præsumat, & putet, ne dum ab Angelis, sed à Deo; nedum semel in necessitatib. sed penè iugiter, velut in quotidianis collocutionibus. talem admone, non sublime sapere, sed sapere ad so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

brietatem: quoniam verissimè ait, qui dixit, *superbia meretur n*
ludi. Et eò dignius, quo instar Pharisæi latentem hærentem
que ossibus superbiam, sicut nec Phtisicus febrilem calorem,
superbus attendit. Quid enim facilius quàm se vilissimum
peccatorem dicere; sed veraciter, simpliciterque ita sentire
ex intimis, hoc diuini muneris est, non humani solius exerci
tij.] Hoc vltimum addidit, quia solent personæ, quibus per
reuelationes dæmon illudit, fateri quidem se peccatores &
indignos esse: sed vel apertè increpationes huiusmodi aegre
ferre, & sic detegitur interna superbia, & cognoscitur illusio
vel saltem ex duobus vnum prætexunt. nam vel dicunt se
idcirco alieno iudicio non credere, quia de suo certi sint per
reuelationem intimam & secretam: vel sanè non audere se vi
sionem reijcere, quia si fortassis visio à Deo esset, hoc forsi
spiritui sancto resistere, & semen gratiæ eius in crepundijs sua
exstinguere. Vtrique dicto idem ille Cancellarius Parisien
sis optimè occurrit. Primò quidem; Deum nunquã esse De
diuisionis, ideò si ab ipso sit illa certitudo, nunquam per alte
rius iudicium contrarium eam impugnabit; sed potiùs illi, qui
vel vt superiorem, vel vt consiliarium saltem, humiliter con
luerint, idem inspiraturum, atque in mentem missurum. Ne
enim patitur Deus sperantes in se, & timentes, & quod in se
est facientes, in tanti momenti negotio, falli. Debet autem
qui vidit reuelationem, hæc ipsa certitudo, quam prætexit, de
superbiâ & pertinaciâ esse suspecta: & tutior pars eligenda
est. Nam sibi credendo & innitendo, potest peccare; superno
credendo, peccare non potest, sed certo certiùs per animi sub
missionem, & obedientiam mereri. Quo ad alterum ait: sed
profectò spiritus sanctus, qui se dat humilibus, nequaquam ex
humiliatione, quam prædiximus, se subtrahet, intrabit potius,
exaltabit, & in beneplacito suo deducet victor super excelsa
animam hanc, in oculis suis vilem, & absque vllâ rugâ fictio
nis, humilem & simplicem.] hactenus ille. Sanè hæc humili
tas Deo tam grata est, quam quod gratissimum: Dæmoni tam
odiosa, vt eam non ferat, sed vt plurimũ statim diffugiat. Non
audes

audes fortè respuere? cogita decipi te posse, & interea cõperẽ
dina, & consule prudentiores te. D. Cyprianus & alij sancti re
uelationes magni fecerunt: sed eas tantũ, quas à Deo esse scie
bant. Olim quoque visiones diuinæ frequentiores fuere, quia
magis necessarię: hodie quo minùs necessarię, hoc infrequen
tiores sunt, & suspectiores habendæ. vt non immeritò debeant
& à magistratu Ecclesiastico discuti, & à priuatis vitari; qui
pretextu vel fictarum (quod hypocrisis proprium) vel habita
rum (quod illusorium esse consueuit) reuelationum, de alijs
(maximè illorum à Deo non commissis curæ) personis; in ea
rum, vt plurimùm muliercularum, familiaritatem & sollicitu
dinem sese ingerunt; vt & auorũ memoriâ Begardi & Lollar
die etiam alij quidam factitant, suo periculo, alienâ fraude.

SECTIO II.

De personâ eius cui facta reuelatio?

QVoad personã prophetæ seu videntis visiones, multa sunt
consideranda. Primò fides illius, an sit sincerè Catholica;
quare non est credendum reuelationibus Dæmonicolarum,
qualis illa Childerico Regi Franciæ facta procurante & ex
plicante Basinâ, quæ viuente adhuc marito ei nupserat, & saga
cem; qua ingenium posteritatis eius declaratum Francici Hi
storici putant, *lege Gaguinum lib. 1.*) vel hæreticorum. Nam ini
tio Ecclesiæ Cherinthus falsas reuelationes finxit, & eas A
postolorum nominibus insigniuit, vt Caius & Dionysius Ale
xandrinus tradidere α: tales prophetiæ sectatorum Marci
Magi β, tales prophetissarum & ipsiusmet Montani, vt Pa
tres antiqui illius temporis prodiderunt, Claudius Apollina
rius Miltiades, Apollonius, & Serapion, quorum verba refert
Eusebius γ: tales Archonticorum Martiades & Martianus,
qui librum confinxere, quem vocabant *Reuelationes propheta
rum* δ: Manetis quoque tales reuelationes, de quibus contra
Faustum agẽs D. Augustinus: talis Iuliani Apostatę, quã nar
rat epist. ad Oribasium, de arbusculâ: tales, quibus Donatistæ

α *Eusseb. lib. 3. c. 22. & lib. 7. c. 10.*
β *Irenæus li. 1. c. 8. & 9.*
γ *lib. 5. c. 15. 16. 17. & 18.*
δ *Epiphan. hæres. 40.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Generosum conati decipere ε: & quibus vtebatur Vincen-
tius Donatista: tales, quibus illusi Messaliani gloriabantur ζ:
tales fuere nostris temporibus Munzeri, & Anabaptistarum
tales Campani, tales Iusti Velsij, & Franc. de la Cruz reuela-
tiones. Nec dissimilis vanitatis sunt prophetiæ eorum, quæ
in medium proferunt, quę decreta Generalium conciliorum
vel Sedis Apostolicæ conuellunt, vt prophetiæ illæ Mario-
Aduocati Parisiensis de Societate IESV, refutatę validè à Ro-
nato des Fons *in lib. contre le playdoyer de Marion. c. 5. & 6.* nam
Marionus iste, vt genero suo complaceret Arnaldo, & cum eo
atque Pasquerio, ac Doleto quadrigam CALVMNIATORVM
& SYCOPHANTARVM nostri temporis impudentissimorum
sufficeret, etiam prophetias falsas coram SENATV AMPLISSI-
MO, proferre in medium non dubitauit. Nimirum vidit fo-
Lutetia, dedit vna curia, quos vix tam diffitis prouincijs tot
cula Pattæcionem, Medium, Ecebolium, Lamponianum, N
mirum tanti est his Herostratis, inter Cathenas, & Quadrup
tores & Æzonenses; inter συκοφροὺς, εὐρυμιτοὺς, & φλεγελάμους
censeri & digito ostentarier.

2. num sint personæ arreptitiæ: nam harum reuelatio-
bus vel prophetijs nihil credendum. delusos à quadam mu-
tos scribit Firmilianus, ad B. Cyprianum ". hoc argumen-
Miltiades probat prophetias Montani falsas, quia spiritu
incipiebat vaticinari, sed inuitus, furoreque & amentia co-
reptus, pergebat θ. Tales fuere prophetiæ monialium Qu
cetensium anno 1491. de quibus ita scribit Christianus Mas
sæus ι; Eodem (inquit) anno, circa festum Cathedræ (ho
ribile dictu) cæperunt dæmones habitare & possidere mon
sterium dominarum Quercetensium; quas annis quatuor, p
mensibus totidem miserabiliter vexauerunt. Vidisses eas cu
brò velut canes per agros discurrere, instar auium volare p
aëra, sicut feles in arbores repere, pendere de ramis, variar
animantium effingere voces, secreta prodere, de futuris eo
tibus prophetare. Denique quoties Dominus Henricus C
meracensis Episcopus, aut Dominus Ægidius Nettelet, de

ε D. Aug. epist. 165. & lib. 3. de animæ orig. c. 11.

ζ Theodore. lib. 4. hæret. fabul.

" exstat inter Cipriani epist. nu. 75.

θ Eusseb. d. c. 16.

ι Chronico. lib. 20.

vos eiusdem Ecclesiæ, viri virtutum, ad exorcismum earum
accederet: En, inquiunt, cornutus ille nunc in viâ est, vt no-
bis comminetur, venit. Post multa remedia, vndecunque col-
lata, earum nomina delata Romam, ab Alexandro VI. lecta
fuerunt in cænâ Domini sub diuino sacrificio, sed nihil pro-
fuit. Ioanna Potiere, quæ malorum dicitur dedisse principiũ,
anno ætatis anno ludere cum Diabolo cæpit; qui accusabat
eum in monasterio CCCC. XXXIIII. vicibus indignè
communicasse, sed ille quia mendax est, non stamus verbis il-
lius. Ipsa Cameracum adducta, quadragenariâ maior, in carce-
re perijt circa festum Martini. Ceterę post annos quatuor, mẽ-
se Iunio liberatæ sunt.] Eandem Historiam narrat etsi paullo
aliter Ioan. Molinetus Valencenensis, *in Chronico Belgiæ non-
dum edito*, è quo quæ lib. 6. referã ea mihi optimâ fide ex M. S.
Codice describi curauit Clariss. I.C. & Senator spectatæ iusti-
tiæ Petrus Oranus Leodicensis.

1. Num fidei sinceritatem, vitæ ac morum integritas, vir-
tutesque commendent; an vero vitia & imperfectiones nota-
biles eam dehonestent. ideò non credendum superbis, ambi-
tiosis, carnalibus, ebriosis, iram fouentibus, odia exercentibus,
dissidia ferentibus, vel alios diffamantibus, vel pecunias hinc
corradentibus; nec etiam hypocritis, qui singularia quædam
affectatæ deuotionis & pœnitentię signa, per superiores Eccle-
siasticos non approbata, ostentant. Confirmantur hæc, vnius
ex primis patribus, Apollonij sententiâ, qui prophetias Mõ-
tanistarum falsitatis hinc arguebat: tum quòd Maximilla &
Quintilla maritos suos deseruerant: tum quòd erant pecuniæ
cupidæ, fœnus exercentes, tesseris & tabulis ludentes, & mer-
cedem prophetiarum accipientes; tum quòd lasciuæ; deditæ
pigmẽtis, cultui corporis & sumptuoso luxui vestimentorũ ". Eusebius etiam sic scribit; Habet præterea quælibet passio
profundata suam læsionem, suam ætatem, suum (vt Origines
loquitur) dæmonium, patet in philocaptis, zelotypis, & ira-
cundis, in inuidis & auaris. Vnde Poeta,

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.]

" Eusseb. lib. 5. c. 17.

Nimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nimirum hi sunt manes, quos quẽque pati poëta cecinit: hæc quæ *cuique Deus fir dira cupido*. Solent animi cuiusque vitia varijs signis deprehendi: ex familiaribus & amicis quibus sunt notiores; ex actionibus & opinionibus eorum, vt si à Deo sese de quibusque actionibus præsumant erudiri; si consilia & indicia spernant aliorum; si foris Curios simulant, & intùs euant Bacchanalia; si mulierculas peccatis onustas circumducant; si se in officia concionandi, cõfessiones excipiendi & alia huiusmodi ingerant (vt faciebat Petrus ille Sartor Antverpiensis pseudoheremita) sine legitimâ vocatione ac missione; si aliis suis actionibus, moribus, exercitijs vani sint, præcipites, imprudentes, indiscreti; maximè in oratione mentali, v.g. si adhuc imperfecti, & viæ purgatiuæ cùm sint, præcipitẽt se per vnitiuam, aut statim ac orare incipiunt, sine præparatione idoneâ, præsumunt se habere tantum passiuè, nihilque suâ ex parte conãtes influxum diuinum exspectent. Nam si quod aliud, hoc sanè est illud in quod temeritatis saxum impingẽtes, plerique spirituales, per illusiones periculosas, & hæreses fædissimas, Begardorum, Beginarum, Dulcinistarum, Lollardorum, Illuminatorum &c. naufragium fecerunt. Duo sunt huiusmodi illusorum scopuli, vnus est opinionum iuxta fallarũ atque erronearum credulitas, & superba contumacia: & interdum fædissima quædam & execranda gradatim irrepentia peccata, etiam cum Angelis illis deceptoribus: alter valetudinis delitatio, & cerebri lęsio, non in mulierculis tantùm, sed etiam in viris, aliàs nec leuibus, nec insipientibus, sed dulci hoc & vernato ocioſæ contemplationis (ab omni voluntatis cooperatione, vel intellectus adminiculo, quare & meritò, remotæ) & infructuosæ ipsorum corporeorum sensuum titillatorij inflexus, poculo ebrijs. Quo in genere longum foret planè recensere: tia, eorum qui, ab indiscretis & indoctis magistris in hanc foueam præcipitati fuerunt, nota nobis exempla recensere: neque id expedit, superstitibus etiamnum tam cęcis, quàm eorum ductoribus. Ceteros vtinam vel serò faciant istorum cautos pericula. Eodem pertinent, qui contumelias, examen, iudicia

iudiciaque aliorum, modũ procedendi ipsorum aut dicta mirantium probantium, vel illis non credentium, ægrè & impatienter ferunt; qui demùm contenti non forent, huiusmodi carere revelationibus, & illas potiùs alijs concedi; sed in his nimium illi complacent, & doni huius cæco amore tanguntur. Solet enim dæmõ, cuique per id quod vitiosè amat, illudere. Prudẽter D. Leo λ; Nouit diabolus, cui ingerat illecebras gulę, cui adhibeat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus inuidiæ, cui exhibeat escam cupiditatis; nouit quem fallat gaudio, quem mœrore cõturber, quem errore seducat, & causas quęrit decipiendi, vbi quemque studiosiùs viderit occupari.] idem cõfirmat in vitâ Mosis Gregorius Nissenus. Præ ceteris apti sunt deludi, qui naturâ sunt tenaces sententię suę, seque solos putant sapere, reliquos despuunt vt fungos: talis ille, qui se in puteum pręcipitauit apud Cassianum; talis postea Fr. Ioannes de Rupescissâ, ante trecentos annos; talis nostro tempore Franciscus de Cruce in Peruuiâ, de quo postea.

λ *serm. de circumcis.*

4. Consideranda corporis constitutio. Nã si valetudo parũ firma, si præferat redundantiam bilis atrę; si habitus corporis medijs, vel insomniâ plus ęquo deformatus; si sit cerebro lęsior, vel nimis apprehensiuus, aut imaginationis turbidæ & æquo vehementioris: quia tales, vt dici solet, etiam vigilantes putant se videre, audire, gustare, quæ nec gustu, nec auditu, nec oculis percipiunt. talibus dæmon facilè imponit, quia falsarum rerum imaginibus obuersantibus tenaciter adhærent, & assentiuntur. Hoc solet epilepticis contingere, vt vi morbiferâ agitati vaticinentur. Quare annis superioribus non fuere cauti: qui sic affecti vnius ariolationes tanti fecerunt.

5. addit Gerson, referre, qualis sit & fuerit persona, qualiter erudita, quibus assueta, cum quibus conuersata, quibus delectata, pauper sit, an diues: in diuitibus timendam superbiam & ambitionem, in pauperibus verò fictionẽ.] Sed hęc obseruatio est petita à valdè remotis & incertis. Melior est sequens.

6. nec ætatis, nec sexus differentia negligenda est. Nam si

Universidad de Deusto
Biblioteca

si casca sit & caduca ætas, delirij periculum est; si puerilis, leuitatis & morbi imaginosi. quia humidiore, quam par est, sunt pueri cerebro, & pleni vaporibus, qui paruo negotio commouentur. Quare & per eos, vt aptiores suis conatibus, dæmones olim amabant oracula fundere: sed & hodie factitant, in cristallomantiâ, & in hydromantiâ. De fœmineo sexu, constat hunc esse suspectiorem: sed de eo separatim agetur, sequenti sectione.

Notat hoc loã. Nider. in 1 præcep. c. 11. q. de diuinat.

7. Considerare oportet, vtrum sit in spirituali exercitatione persona veterana, an verò nouitia tantum; an alias eam diabolus sic decipere conatus fuerit, aut deceperit: an quæ ab alias reuelata, vera fuerint; item quæ vera, quæ falsa fuerint. Si tiro, valde verenda fraus. quia (vt inquit Gerson) nouitius feruor citò fallitur, si caruerit regente, præsertim in adolescentibus & fœminis, quarum est ardor nimis auidus, varius, crinis, ideoque suspectus.] hoc indicio Francis. Picus [a] primo detexit falsitatem cuiusdam reuelationis visionisque: post & alia indicia accesserunt, vt quod vana quædam bonis mixta Diabolus in formâ Christi Domini, cæpit suadere.

[a] libr. 9. de prænot. c. 3.

SECTIO III.

De reuelationibus mulierum non sanctarum.

SExus ratio est habenda, vt dixi. quia, si cetera sint paria, fidei virorum reuelationes merentur. Quia sexus ille imbecillior, naturales vel dæmoniacas suggestiones, plurimùm habet pro diuinis; multa quoque sibi somnia fingit, quæ vera credit, iuxta illud paræmicum, *Anus quæ velit somniat*: abundat passionibus admodum acribus & vehementibus, quæ quod à passione natum, id à veritate profectum putat. Insuper tiam fœminæ naturæ humidioris & viscosioris; humidum verò facilè commouetur, & varias figuras recipit, ægriùs autem acseriùs à motu cessat. ideò mulieres citiùs imaginantur, viri minùs pertinaciter imaginationes fouent: cumque minùs ratione polleant, minùs etiam prudentiæ habeant; promptius est dæmoni eas, similitudine falsâ & apparente, de-

cere. In earum moribus præcipuè consideranda, præter lasciuiam, luxum, auaritiam; (quæ ex Apollonio notaui) vtrum loquaces sint, garrulæ, criminatrices, laudis cupidæ, aut cerebrosæ; quæque se in docendi, prædicandiue in Ecclesias aut Sacramentorum administratione (absque legitimâ maiorum licentiâ) contra doctrinam Apostoli ingerant. Nam quæ sunt huiusmodi, non se ipsas dumtaxat fallunt, sed & viros eruditos tandem, si nimis illis creduli, in præceps trahere consueuerũt. Tertullianus est, sui temporis doctissimus, Tertullianus; qui dum visionibus mulierculârum (vt illi, de animæ quantitate ac colore [a]) confidit, immemor eorum quæ doctissimè & verissimè contra has ipsas scripserat, in absurdissimos errores delapsus fuit. Sed ætas nostra præbuit in Peruuiâ illustrius adhuc exẽplum, quod P. Iosephi à Costâ verbis adscribã [β]: Fuit in hoc Peruensi regno vir magni pro illo tempore æstimatus, doctus Theologus, ac Theologiæ professor, idemque Catholicus ac pius diu habitus, ac penè tunc huius orbis miraculum. Is fallacitate mulierculæ cuiusdam; quæ se edoceri ab angelo magna quædam mysteria iactabat, quæque extra se interdum rapiebatur, aut rapi simulabat, velut altera olim Philumene aut Maximilla Montani; ita deuinctus est, vt illam de summis Theologiæ quæstionibus sæpè consuleret: in omnibus pro oraculo haberet, magnis reuelationibus plenam & Deo valdè charam prædicaret, satis alioqui sordidam & perexiguo sensu præditam, nisi ad instruenda mendacia. Igitur, siue à Diabolo circumueniretur (quod faciliùs est credere) cùm eiusmodi ecstasim pateretur, siue callidè eam fabulam simularet (quod nonnullis viris prudentes existimarunt) ille Theologus, quod à mulierculâ magna & mira de se audiret, ac multo grandiora futura conciperet, libenter ei se discipulum addixit, cuius patrem spiritualem agebat. Quid multa? eò abductus est homo, vt miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet: cùm miraculi vestigium, ne tenue quidem, exstaret. Ob hæc, & quòd propositiones aliquot ab illâ prophetissâ accepisset, à sensu Catholicæ Ecclesiæ alienas, à sanctissimæ inquisitionis iudicibus, toto

[a] lib. de animâ c. 6.

[β] de notissimis temporibus lib. 2. c. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc regno ſtupente, comprehenſus eſt. Ibi per quinquennij ferè auditus, toleratus, examinatus, ac tandem patefactus eſt homo omniũ ſuperbiſſimus ac inſaniſſimus. Cũ enim Angelis fibi diuinitùs datum, à quo omnia quę vellet diſceret, ac de de ſummâ Dei ipſius familiaritate & immediato colloquio potitum pertinaciſſimè diſſereret; in eas nugas delatus quas, niſi ab homine prorsùs mẽtis emotę dici, nullo modo bi quiſquam perſuadeat. Erat verò ille tam integro ſenſu quo ad cerebrum attinet, vt mihi integrior non ſit. Itaque & affirmabat, ſe & Regem futurũ & Pontificem ſummũ fede poſtolicâ ad hæc regna tranſlatâ; cõceſſam quoque ſibi ſanc tatẽ ſuper omnes Angelos & choros cęleſtes atque Apoſtolos omnes; quin etiam oblatam ſibi à Deo vnionẽ hypoſtaticã ab ipſo nõ eſſe admiſſam. Datum quoque ſe redemptorẽ quoad efficaciam, vt ipſe loquebatur, quod Chriſtus ſolũ quo ad ſufficientiam fuiſſet. Omnem ſtatum Eccleſiaſticum abo gandum: leges verò alias ſe editurum faciles & apertas, ſecun dum quas cælibatus clericorum tolleretur, multitudo vo rum concederetur, confeſsionis neceſsitas excluderetur. Ha atque alia tanta contentione affirmabat, vt nos teneret attoni tos, quod homo talia ſentiens non inſaniret. Denique ad euolutis geſtis illius, & plus quàm centum & decem propo fitionibus hæreticis, aut à ſanâ doctrinâ Eccleſiæ alienis co demnatis, iuſsi ſumus; vt habet de more ſacrum illud tribunal cum homine diſputare, ſi fortè ad mentem & fidem homo reuocare poſſemus. Conuenimus autem cum ipſis Iudicibus & Epiſcopo Quitenſi, tres alij. Eò introductus homo eã libe tate & facundiâ perditiſsimam ſuam cauſam defendit, vt eg in hodiernum diem etiam ſtupeam, eò adigi poſſe mentis hu manæ ſuperbiã. Profeſſus eſt doctrinã ſuã nõ poſſe mentis niſi diuinâ ſcripturâ & miraculis, quòd eſſet ſuperior omni hu manâ ratione. Scripturæ autem teſtimonijs longè ſe aperti atque efficaciùs probaſſe; quàm probauerit Paullus Chriſtum fuiſſe verum Meſsiam. Miracula autẽ ſe perpetra plurima eaque tanta, vt Chriſti reſurrectio non fuerit maio

Nam & ſe veriſsimè eſſe mortuum, & reſurrexiſſe, atque id e identiſſimè (aiebat ille) eſſe oſtenſum. Scripturas verò pro ferebat memoriter (cùm nullum librum haberet, atque ipſo etiam Breuiario ſpoliatus eſſet) ex prophetis, ex Apocalypſi, ex Pſalmis ex alijs locis tot & tam longas, vt vel memoria eſſet admirationi. Eas verò ita ad ſua commenta adaptabat, ita allegorizabat: vt quiuis vel rideret vel fleret. Poſtremò ſi mirabilis rem agere nobis placeret, ſe libenter ea ſtatim exhibiturum. Hęc ita dicebat homo, vt vel nos inſanos putare videretur, vel ipſe inſanire. Nam & per reuelationem ſibi innotuiſſe iactabat Sereniſſimum Ioannem Auſtriæ bello nauali à Turcâ eſſe ſuperatum, & regnũ Hiſpaniæ à Philippo inuictiſſimo iã penè amiſſum, & conciliũ Romæ habitũ, vt de Gregorio deponẽdo & alio ſubrogãdo ageretur. Quę ideo nobis ſignificaret, vt, quoniam erant nobis certis nuncijs nota, ſciremus ea non niſi diuinitùs innotuiſſe. Et cùm eſſent omnia adeò falſa, tamplius eſſe non poſſent, ab illo tamẽ aſſerebantur, vt nobis differẽdo, & ad publicum ſpectaculum eſſet cum ceteris, vt in Hiſpaniâ fieri ſolet, delatus; intuebatur ſemper in cælum, ignem in inquiſitores & omnes graſſaturum cęlitùs exſpectans, illi erat pollicitus Diabolus: atque ignis quidem nos nullos ex alto corripuit, illum verò & regem & pontificem, & redemptorem, & legiſlatorẽ ex imo flamma rapuit atque redegit in cineres.] *Haclenus P. Iosephus.* En fructus incautæ confeſſionis cum mulierculis prætextu confeſſionum, & nimię facilitatis in credẽdis; primò, quę ad laudem propriã; mox etiã ea ad ceteros & publicum Eccleſię ſtatum; denique ad fidei myſteria morũque doctrinã. ex ſuperbiâ occultâ ſuique amore tanta credulitas, ex hac hęreſis, & vaniſſima quędã diuinitatis affectatio, cum incredibili mentis cęcitate. Sic igitur viliſſima fœmella, virum eruditione & ſapientiâ clarum decepit. Sic & Magdalena de la Cruz Cordubæ multis impoſuit γ; & in Belgio non multi elapſi ſunt anni, cũ, in vnâ vrbiũ Hannoniæ, religioſa quædã credita energumena, & adducta ad ſuperiorẽ

γ *de qua P. Ribadeneyra, lib. 5. Pat. noſtri Ignatij, c. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem ordinis,vt exorciſaretur : dum res in longum abit,& illa vocibus diuerſis ſucceſſiuè loqui incipit ; quarum vna tenuior ſe Deum Chriſtumque Dominum noſtrum fingebat, alia dæmonem craſſior imitabatur.hac multa palam impia edebat: futiebat:illâ quædam ad pietatem(vt videbantur) pertinentia. ita creditum, à quibus minimè decuit, in illâ modò Iesv Ma- modò Diabolum loqui. ſic periculi plena & fallaciæ res cò progreſſa,vt muliercula ſollemni ritu, quaſi per eam Chriſto loquente,hoſtiam incruentam,prolatis verbis canonis, conſecrare auderet;& (proh dolor)pij, ſed vel indocti, vel incauti, conſecratas(exſecratas potiùs dicere deberem) ab hac Sacerdotiſsâ, ſed non ſecundum ordinem Melchiſedech, azimas panis eulogias acciperent, & tãquam verum Domini corpus, allatis & prælatis cereis, in altari collocarent, & venerarentur. Duo tamen hic erant impoſturæ indicia:tum quod erat enecgumena,tum quod auderet Sacerdotale ac virile officiũ vſurpare.Sed Domine libera nos à ſimilibus:homines ſumus, decipi poſſumus. Propter huiuſmodi ſimiliaque pericula Gerſon addit ; Hoc præcipuè conſiderandum, qualiter cum ſuis confeſſoribus & inſtructoribus tales mulierculæ cõuerſentur. Si collocutionibus intendunt continuis ſub obtentu nũc crebrę confeſsionis,nunc longæ narrationis viſionum ſuarũ, nũc alterius cuiuſlibet confabulationis : expertis (inquit) credendum nominatim Auguſtino & Domino Bonauenturæ,vix eſt ra peſtis vel efficacior ad nocendum , vel inſanabilior. J quæ monitio aureis digna litteris eſt. quot enim hinc lapſus ſtellarũ de cælo? quot qui ſpiritu cæperant, carne conſummantur

α *libr. 4. de ſpecl. c. pen.* P.Leloyherius addit α regulam aliam,plus tribuendum revelationibus virginum,quàm viduarum,& viduarum quàm coniugatarum. fateor hoc verum,ceteris paribus : quia virgo potior,& Deus puritatis amans,ideò & plures legimus virginum reuelationes:& virgo cogitat, quomodo placeat Deo, coniugatæ cor diſtractius adhuc quàm cor viduæ. ſi paris non ſint ſanctimoniæ; plus credendum coniugatæ ſanctæ,quàm vidуæ laſciuienti; plus viduis,quæ verè viduæ ſunt,quàm virginibus anxiè

anxiè coniugium optantibus, vagis aut parum recollectis.

SECTIO IIII.

De prophetijs ſeu reuelationibus virginum ſeu mulierum, quæ canonizatæ, & notæ ſanctitatis.

FVere multę huiuſmodi,quarum exſtant reuelationes,vt S. Angelę filię Regis Boëmiæ virginis ordinis Carmelitarũ, quæ ſcripſit librum reuelationum ante annos CCCC. B. Birgittæ Sueticæ Virginis cuius exſtant lib. multi reuelationum,quas qui tribuunt B. Brigidæ Scotæ virgini α , fallunHæc: niſi & iſta fortè reuelationes ediderit,quod non arbitror. hæc virgo vixit anno 518. at B. illa vidua poſt annum. 1370. exceſſit è viuis. Hac etiam longè antiquior, Pepini ducis Brabantiæ filia , S . Gertrudis anno 664. reuelationes quoque eiũs collegit: claruit S. Hildegardis in Germaniâ anno 1180. cuius & aliæ ſuperſunt.Hac recentior,tempore Gregorij. XI. circa annum 1360. quo tempore S.Birgitta viuebat,fuit S. Catharina Senenſis,& ipſa reuelationibus illuſtris. de harum itaque reuelationibus , maxime de B. Birgittæ , quæ plurimas ſcripſit & habuit, nonnulli ambigunt , quo illas in precio habere oporteat.

α *Similerus, Leloyher. & alij.*

Henricus de Haſsiâ β, & Sibyllanus γ , ambo Catholici, ambo religioſi;ſed (vt verum dicam) nonnihil audaces,volũt D.Birgittę & ſimilium reuelationes , non debere haberi pro indubitanter veris,nec acceptari tanquam à ſpiritu ſancto editas. Qui ſi hoc intelligerent de certitudine fidei Catholicę, eiuſque veritate;item de editis à ſpirituſancto dictante, vt credendum SS. editam; ſanè verum dicerent : ſed puto neminẽ ſanctiò prudentiorem tale quid vnquam opinatum. Argumẽta quoque illorum, cùm longè tendant vlterius , indicant eos longè aliud voluiſſe;ſcilicet,loqui de certitudine humanâ ſeu morali,& de dictamine Spirituſſancti , in diuinis reuelationibus ordinario. quod ſanè, nimis multum, de auctoritate & opinione Sanctarum Chriſti ſponſarum, eſt decerpere. Sic illi argumentantur. Primò, quia quæ prædixerunt poſſent aliunde

β *Comment. in Geneſ.*
γ *Decad. 1. Peregrinar. queſtion. q. 3*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de prædici,vt ex industriâ solo lumine fidei, & doctrinæ confortata. 2.quia potuerunt ex illusione dæmonum nasci, Deo hoc meritò permittente;eo quòd,etiam sine culpâ, præsumebant facere,quæ mulieribus illicita, vt concionari & docere. 3.quia potuerunt prouenire ex fantasiâ nimis debilitatâ,& ex errore quodam mentis. 4. quoniam in illarum dictis quædam occurrunt minùs,secundum communem Theologorum sententiam,consentanea rationi & veritati. 5. quia prophetica illarum doctrina superuacua, & parùm Ecclesiæ videtur necessaria. Hæc momenta non me deterrent, non mouent à debitâ sanctis mulieribus,earumque dictis exhibendâ reuerentiâ. Non quidem reuelationes illas, tanquam fidei Catholicæ assertiones, tueor:sed vt reuerentiâ dignas, & à cælesti lumine collustratis mentibus prolatas,venerabiles defendo,& quamdiu ab Ecclesiâ,vt piæ approbãtur, nõ nisi temerè reijci posse contendo. Ad primum argumentum respondeo,plurima in his contineri;quæ,cùm tot annis priùs prædicta fuerint, non nisi à Deo potuerunt reuelari. Ad secundum,quod Episcopi varij,& Summi Pontifices modum illum Sanctarum extraordinarium,in docendo & exhortando permiserint; & ideo nihil illas indebitum vsurpasse.quare nec causa fuit vlla,cur spiritus suas Christus tam fædè ab animarum adultero diabolo decipi & rideri pateretur. Ad tertium respondeo, nullum delirij vel aberrationis à mente sanâ signum vnquam in illis deprehensum fuisse. quare non minùs hęc coniectura, quã præcedentes,vanitatis & malitię plena censenda. Ad 4. negamus in earum reuelationibus quidquam reperiri,quod Catholicę fidei sinceritati palã repugner,vel cum eâ consistere nequeat. Si quid fortè communiori Scholasticorum sententię repugnat, non ideò confestim damnandum vt erroneum; cùm pię & prudenter intellectum,suis quoque probatis auctoribus & rationibus non absurdis stabiliatur. Alioqui Pontifices Romani,vt Eugenius tertius Hildegardis,Bonifacius verò nonus Birgittę,reuelationum libros, adhibito maturo Doctorum & Cardinalium concilio atque examine, non permisissent, ad Ecclesię

Ecclesiæ vtilitatem,in vulgus edi. Ad 5.dico,solere Deum,sæpe quędã permittere,imò & facere;quę nobis videntur Ecclesiæ nõ admodum necessaria, vel idcirco, vt maioris suę munificentiæ nobis sint signa,& famulos amicosque suos amplius honoret. Præterea, quis consiliarius Dei fuit, aut quis mentis eius abyssum sic penetrauit;vt pronunciet aliquid ab eo fa-
1 ctum superuacuè?

Ioan. Francis. Picus aliud argumentum molestius adfert is mediũ,quod sanè inprimis remouendum.Harũ Sanctarum reuelationes contradictorias esse; quare alteram earum necessariò falsitatis conuinci. D.quidem Catarinam Senensem, vt sibi reuelatum, prodidisse, Deiparam cum originali peccato conceptam fuisse:contra B.Birgittam, huius illam maculæ adspersione liberam ab initio conceptionis exstitisse. *Respondeo*, me talem contradictionem non fateri; D. Birgittæ reuelationem agnoscere,& quod illa asseruit credere.Quod attinet ad D.Catharinæ Senensis prætensam reuelationem; sunt qui respondeant, eam deceptam & falsam reuelationem pro verâ habuisse ‡. Sed hoc in Sanctã parũ honestè dicitur. Alij
2 volunt huiusmodi reuelationem post obitum Sanctę Catharinæ præpostero & pertinaci quodã zelo confictã à defensoribus illius sententiæ: ad infirmandam reuelationum contrarum fidem. confirmat hunc conatum similitudo attentatorum Bernæ apud Heluetios, priusquã ad hæresim ea ciuitas defecteret (nępe anno 1509.) vt testatur ea de re editus auctoritate publica Historiæ libellus, è quo id alij Chronographi deprehenditur,non & aliàs factum credatur », contentibus pro contrarię partis veritate multis indicijs? Neque hoc ordini toto, sed paucis quibusdam foret falsi crimen impingere. Mihi probabiliùs videtur, neque hoc ab ordine falsò confictũ, neque à D. Catarinâ, vt reuelationẽ, prodiisse; qui cũ sit sanctissimus tale crimen in se non admisisset:nõ à Sanctâ proditũ,vt reuelationem: quia nec F.Raimund.nec vllus confessariorum ceterorum, vel familiarium

1 Petr. Loyherius lib. 4.de spect.
2 Sic Amb. Catarinus,eiusdem ordinis,lib.3 pro immacular. concep. circa princ. & Fr. Suarez in 3. q.27. disp.3. sect.5.
‡ Additio. ad Chron.Estef. & primæ additionis ad Naucler.m. 1 cap. semel malus.de regul.iur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium B. Catarinæ, qui diligentissime cunctas D. Catarinæ re-
uelationes collegerunt, & posteritati collectas emisere, vllam
huius reuelationis mentionem fecerunt: nec etiam in libris
B. Catarinæ illa reuelatio inuenitur. Duo hic obijciuntur, pro-
mò dictum Caietani, qui hoc ex D. Antonino affirmanter re-
ferit. 2. locus quidam ex opusculis illius Sanctæ. Ad 1. re-
pondeo S. Antoninum θ scribere tantùm, si quis obijciat ibi
reuelationem S. Birgittæ, sciendum alias sanctas miraculis cla-
ras contrariam reuelationem habuisse: Sed Antoninus dicit
suum non confirmat vllius auctoris testimonio, vt solet; nec
etiam ipsemet, vbi de vitâ B. Catarinæ egit, vllam inter alias
huius reuelationis facit mentionem, vt nec Confessarij Beatæ
illius, sicut dictum est. ideò nõ magnifacio hoc dictum Anto-
nini: quo, ad solutionem argumenti, pro tẽpore vsus; cò quòd
Ioan. de Neapoli alia solutiõ, quam ibi refert, ei meritò ri-
mis impudens videbatur. Ad 2. respondeo, optare me locum
ex scriptis eius adduci. Nec enim inuenio; nisi fortè id ex-
gant, ex illis verbis quæ adnectuntur in fine Orat. XVI. cui
sic legitur; *Tu scis Domine, quia ista est Veritas.* quem locum
strà quærenti, Ioann. Deckerius noster mihi ostendit. De quo
verbo potest esse non iniusta suspicio, hoc additum ab iis
qui volebant, ea quæ in præcedenti oratione dicta fuerant, ita
beri pro prophetică reuelatione, & dicto contrario similiter
ctum B. Birgittæ volebant refutare: præcesserant autem ver-
nulla de conceptâ Deiparâ in Originali peccato. Suspicionem
facit, quòd sine his verbis tota oratio perfecta est: & quod
voluisset B. Catarina hæc verba addere, non fuisset ei necesse
ponere illud; *subiunxit*, quod immediatè his verbis videtur
à librario præponi: accedit quòd orationum eius alia nulla
sic terminatur. Quare vel illa hoc non addidit; vel si addidit,
non addidit; vt sibi à Deo reuelatum; sed vt opinionem suam
quam cum plerisque sui ordinis omnino veram & certam,
manis tantum rationibus & persuasionibus inducta, putabat.
Potuit autem sancta illa, hac in re; qua de Theologicâ quæ-
stione, naturali, non diuino, lumine præeunte, differebat, er-

θ p. 1. Sum. Theolog. tit. 8. c. 2.

re: quod humanum est. Fuêre quidam olim DD. qui cen-
serunt, posito; quod, B. virgo in Adamo peccauit, & Chri-
sti Domini redemtione indiguit; consequi, vt non potuerit
eo momento conceptionis sanctificari: sed qui rem meliùs
examinarunt, illi multis contrarium docuêre κ; ex quorum
dictis cum clarè colligatur, Deum hoc non absolutè tantum
& simpliciter facere potuisse; sed etiam, stante illâ hypothesi:
non intelligo quo pacto, fuerit à Deo reuelatum; *Non potuisse*
Deum animam B. Virginis Mariæ infundere, nisi in materiam pu-
tridam? Sic enim illic vocatur caro, infecta peccato originali.
Nomine hoc dictum repugnat decisioni Sixti. IIII. Pij. V.
& Concilij Tridentini? nam si hoc Deus non potuit, ergo fa-
ctum credere non licet. Si hoc Deus sciebat, *quia Veritas esset:*
atque hoc B. Catarinæ reuelarat: certè illi reuelauit implicitè;
contra sentientes in fide errare. Quo igitur pacto permittit
Ecclesia, vt pium & probabile, credi sine originali peccato
conceptam de facto fuisse? si hoc probabile credi: certè ne-
quit Deus reuelasse, hoc à se fieri non potuisse. Absit ergo, vt
credamus illâ in oratione diuinam reuelationem contineri:
Absit vt credamus B. Catarinam, humillimam, sanctissimam,
& circumspectissimam Dei sponsam, talia præfractè & pa-
rum solidè dicta, tam graui Dei testimonio confirmare vo-
luisse, aut pro diuino oraculo obtrudere. Nulla igitur reuela-
tionum hîc pugna est, vbi vnica inuenitur S. Birgittæ reuela-
tio, quam non ipsa tantum, idque pluribus locis λ, vt videas
constantiam; sed & alij sancti confirmarunt. Vnus Marsil.
Theologus grauis μ, & neutrius Ordinis, Dominicani ne-
que Francisceni; tres reuelationes diuersorum recensuit, &
eas addit fuisse graues & miraculis confirmatas. Quoad cete-
ras reuelationes aliarum rerum, quæ contrariæ sibi primâ fa-
cie videntur; si quis illas eodem modo discutiat, & circum-
stantias sedulò conferat; non magno negotio deprehendet,
eas vel conciliari posse, vel earum alteram non ex reuelatio-
ne, sed ex opinione peculiari, putantis id verissimum esse, vel
ex vehementi tantum imaginatione, profectam.

κ Sic Halēs. 3. par. q. 9. memb. 2. Richh. in 3. d. 3. a. 1. Capreol. Ferrar. & alij.

κ Bonau. d. 3 p. 1. a. 1. q. 1. Anton. d. 2 Paludan. in d. 3. q. 1. ar 1 Caietan. Opusc. de cõcep. c. 3 Suarez, & Valencia in d q. 27.

λ lib. 1. revelat. c. 9 lib. 6. c. 49. & cap. 55.

μ m 2. q. 10. & m 3. q. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO V.

De indicijs à naturâ ipsius reuelationis petitis.

SVppono, si lumen illud certitudinis, de quo Sect. I. dictum, cum reuelatione adiunctum fuerit, tunc parũ refert vigilantúne an dormienti visio contigerit: si desit hoc lumen, tunc semper plus vigilanti reuelationi, quàm (vt Varro vocat) somnoriæ deferendum. Hoc suppositio,

Considerandum primò, qualis sit illa reuelatio: vtan sit ta piens visio, nempe conformis sapientiæ quæ de cælo est, tale autẽ futura (teste Gerson) si habeat illa à D. Iacobo requi

a c.3.v.17. ta *α*; *vt sit pudica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordiæ & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.* Si (vt hoc fusiùs explicem) instiget ad aliquid, quod exẽplo Christi & Sanctorũ magis assimilet; si hominẽ intrinsecè de missiorẽ reddat, quàm sine reuelatione fuisset; si mitiorẽ, man suetiorem, recollectiorẽ, & à sæcularibus & extrarijs curis ab stractiorem; si inuitat ad simplicitatem, vnionem, & (vt sic lo quar) intimitatẽ cordis: si id, ad quod instigat, pluribus virtu tibus sit ornatum & præstãtioribus, quàm eius omissio, vel ctũ contrarium: si ad quod inuitat, sit simpliciter & intimè bo num, non aliquâ dumtaxat ex parte: denique si incipientẽ ad peccati detestationem, & præteritæ vitę confusionem excitet proficientem per boni desiderij inflammationem, & feruo ris deuotionem, ad meliora carismata promouet: perfectum verò implet diuinæ dulcedinis internâ prægustatione. Vnde præclarè scriptum à Ioanne Salisber. *lib.2.c.17.* Sed cùm hæc à spiritibus circa homines fiant, eam solam rerum imaginem fidelis anima non aspernatur, quæ innocentiam relinquit in columem. Quod si materiam vitijs afferat, libidinem fortè ac cendens, aut auaritiam, aut dominandi ingerens appetitum, aut quidquid huiusmodi est ad subuersionẽ animę, proculdo biò aut caro aut spiritus malignus immittit.] Petitè duo falsarũ reuelationũ fontes memorat, *carnem & dæmonem*: fo mox minùs peritè & verè, quę de Lamijs dicũtur omnia fata pronun-

pronunciat; quod fuit à nobis alibi refutatum, ſ. *lib. 2.* Dæmoniacæ reuelationes censendæ, quæ prædictis operantur contraria, ad scurrilia & carnalia, vel inuida & detractoria & immodesta incitant; quæ hominẽ reddũt auersum à Christi & Sanctorum imitatione; reddunt gaudentẽ nouis & singularibus inuentis suis. Vt enim optimè D. Bernar. ait *β*, se transfigerat malignus ille spiritus aliquando in angelum lucis, vt virtutis simulatione plus noceat: sed & tunc quoque, si diligenter aduertimus, nunquam nisi amaritudinis & discordiæ semina spargit. Suadet enim nonnullis singularia ieiunia quę dam, vnde ceteri schandalisentur. non quia diligit ieiunium, sed quia schandalo delectatur.] Item si suadeat aliqua contra canones, vel constitutiones, vel regulas, vel alia præcepta maiorum. hoc indicio B. Simeon Monachus Treuirensis eũ deprehendit. narratur historia ab Euervvino Abbate *γ*: in vertendem mõtis Sinai iussu superiorum cùm missus fuisset, ibi hauitatus: nocturnis horis illi specie Angelicâ dæmon appa ret, vt missam celebret hortatur. Ipse nec planè dormiens, nec perfectè vigilans contradicit, non debere sine presbyterij ordine aliquem hoc ministerium implere. contra inimicus fingit se Dei legatum esse, Christum hoc velle, nec decere sanctum locum ministerio tali diutiùs priuari. Renitentem ergo & contradicentem, adiuncto sibi consortio alterius dæmonis, de lectulo educunt, ante altare iam vigilantem statuunt, albâ adduunt, de stolâ vtrimque altercantur: hostis more presbyteri Simeon more diaconi contendebat sibi imponi debere. Tãdem Dei famulus, ad se reuersus, *virtute orationis, & signo Crucis* inimicum repellit, seque delusum ingemiscit.] Deprehensa quoque illusio ex attentatâ similis ferè superbiæ audaciâ, &, quàmodestiæ auctor non erat, reuelatio, in initio ordinis Præmonstratensis. Rem totam narrabo verbis scriptoris illius B. Nortberto coæui *δ*: Inter quos (*Præmonstratenses reli-*

β *serm. de vtil. verbi Domi.*

γ *apud Sur. 1. Iunij.*

δ *Surius 6. Iunij. c.27.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fionis ſapientiâ repleuit,vt qui prius in libris vix legere nouerant,iam ex libris magna quędam dicerent, & de futuris prophetando maiora & ſtupenda prędicerent. Danielis denique vnus ex eis prophetiam ſe ſcire aſſerebat,& de eâ quædam,de ce mendacio,loquebatur: vbi de quatuor,& ſeptem,& decem cornibus, & regibus propheta ſcribendo, inducit, & de Antichriſto. In quibus iam ſimpliciores quoſque attentos reddebat,& ſi fieri poſſet, etiam ipſum Dei hominem & Venerabilem Abbatem Simonem S. Nicolai, in errorem induxiſſet. Iam enim eo vſque progreſſa erat eius arrogantia, vt ipſis confidentibus, etiam in capitulo, ſermonem facere auderet. Et qui vidit & audiuit,præbet huius rei teſtimonium. Et hoc ſignum eius,quia de ſermone profert initium. Erat enim hic ſermo: *Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente.* Hæc ſpiritus ille mendax per organum illud ſuum proferebat: ſed ad veritatem quæ ſequitur; videlicet, *Et accipietis regnum æternum*, hautquaquam procedere nequam valebat. Porrò cùm auditoribus veritatis & dulcedinis fallax ille ſpiritus ſe ex parte deprehendi cerneret, vt eſt mille artifex, maiore arte ad fallēdi genera ſe cōuertit. vt quia manifeſtæ operationi intentos non poterat ſubuertere, ſaltem contemplatores quoſlibet auerteret à contemplatione. Nam ille idem clericus, laborans huius miniſter, ſubitâ quadam & grauiſſimâ infirmitate correpitur,& qui priùs de viſibilibus reſponſa dabat, iam in cœlum os ſuum,ad inuiſibilia & ineffabilia promenda,ponere nouerebatur. Concurrunt fratres,vt conſuetum eſt ad inungendum eum: concurrunt ad ea quæ dicebat audienda. De ſe quidem magna,ſed de pluribus circumſtantibus aſſerebat maiora. De ſe quòd eâdem veſperâ aut futurus eſſet cum angelis in cœlo, aut ſtaret ſanus cum ceteris fratribus in choro. De aliis verò ſingulorum conſiderans habilitatem, quaſi prophetando & augurando dicebat: Hunc cùm nuper in Eccleſia ad ſuperiora raperer, vidi ad æternitatem vocatum: iſtum iam &c. *Inchoat, & agit varia de aliis.* Vide hîc gradus ſuperbiæ, primùm idiotas ſibi dæmō deligit,& facit videri doctos: deinde facit illos ſcripturam

turam interpretari. 3. etiam coram maioribus diſſerere in locis, vbi tacendum de his,& culpa potiùs humiliter agnoſcēda. 4. facit eos Pſeudoprophetas, de ſe magna loquentes; nec de alijs minora, vt ſuperbia pluribus affricaretur. Subijcit porrò de alio idem faciente,& has omnes dęmonis machinationes diſſipatas, ſtatim vt religioſi, fraudem ſubolfacientes, reſponderes; ſe nec hunc, nec vllum alium amplius audire velle, donec pater eorum Norbertus reuerteretur. hæc enim reſponſio, *humilis obedientiæ virtute*, dæmonem vicit. Nec efficaciora ferè vllum exſtat remedium. dabo aliud exemplum verbis Fran. Bentij *ex annuis litteris noſtrorum prouinciæ Mediolan. anni 1590.* In oppido quodam ſuburbano propè Aronam, ad triginta mulieres malo dæmone agitantur, omnes ferè virgines, infimæque conditionis, eæ præſertim quæ ſunt voto virginitatis obſtrictæ. mirum, has, quibus dolis circūueniat, quibus artibus oppugnet. varias inducit formas, vt alliciat ad impietatem, vt deterreat ab honeſtis. aſſimulat modò perſonam & habitum monachi, &, quod audire aures horrent, ipſiuſmet Chriſti crucifixi, hortantis ad impia: quin & vrſum, leonem, draconem: impetum facturus in puellas hianti ore, & deuorato & inſtructo, iamiamque extruſuro pernicialem glandem cum flammâ tonitruque, niſi extorqueat aſſenſum. Sed *ſimplicitas* virginum vincit omnem aſtutiam *Deo nixa*. Magna omnino earum *fides*, eoque clypeo ignea nequiſſimi tela extinguere. E plurimis narrationes duæ reponentur. Ex earum numero quædam nobilibus orta parentibus & molliter educata, cùm haberet aliquando noctem infeſtam à diabolo inſidente, ſtratum deſerit, & hieme licet mediâ ac tempeſtate frigidâ, in nudo pauimento nuda cubat. cùm creſceret nihilo ſecius flamma (vt magnum incendium aquâ ingeſtâ) clam cubiculo egreſſa in hortum ſecedit, ibique magni ærumnâ proiecit in aggerem niuium tamdiuque peruolutauit, obſtrepente licet dæmone (qui ab eâ viſebatur) & dentibus frendente,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dente,vt internum ignem externo frigore reſtinxerit. Alteri » item dæmon noctu ſe oſtendit imagine Beatæ Vrſulæ, cru- » cis vexillum præferens cum multarum virginum comitatu, » atque ita locutus eſt, videt Deus amatque tuum iſtud ſtudiũ » tuendæ pudicitæ: ſed quoniam difficile admodum eſt in pa- » ternâ domo in tanto ſtrepitu occurſantium, & periculorum » obiectu non contaminari mentem aliquâ ex parte, nos allegi- » uit, vt te duceremus, in cænobium ſacrarum virginum, om- » fis curis omnibus ipſius numini ſtudiosè famulantium. Hic » virguncula Deo aſpirante cum verens Diaboli inſidias, dex- » teram duxiſſet manum à capite in pectus, moxque à ſimili » produxiſſet in dexteram, vt efformaret *crucem*, ſe talibus vanis » tantoque honore indigniſſimam eſſe profitetur. Neque vos » vobis habeo magnam fidem. timeo & in ſpecioſis conſiliis fa- » ctos dolos. quod ſi Dei legatione fungimini has *Sanctorum re-* » *liquias* (habebat reliquias adalligatas ad collum) humiliter ve- » neramini. Mirum dictu, procubuerunt in genua laruæ vene- » rabundæ: & tanto magis vrgent, vt maturet profectionem. At » illa, mihi non licet quicquam grauius ſtatuere mei patris ſpi- » ritualis iniuſſu, neque ad eum adire decet nocte intempeſti- » ue. conuenite vos illum & exponite mandatum Dei. vbi dilux- » rit, ego accedam & vtar conſilio illius. Hoc reſpõſo, dæmones » abiectâ omni ſimulatione, in ſuas ſe tenebras abdiderunt, cum » fremitu in irridentem puellam, quod linguâ ſolum bellaret, » grateſque agentem ſuppliciter Deo, contumelias & probra » certatim ingerentes.] Hactenus Bencius. quid hac virgine » ſapientius? ſed docebat nimirum illam VERA SAPIENTIA, » cui ſe pudicitiæ Zonâ colligarat. Impudicitia ſtatim procaſ » dæmonem: ſic enim ex calamiſtris, & procaci vultu, & curioſa » diſcurſatione D. Robertus Abbas dæmonem in Nuptijs agno- » uit [e]. Ex laſciuâ forma & motu, ac verbis, eumdem cognos- » uit S. Dunſtanus, & ignita forcipe arrepto eius naſo lepidè » irriſit [ζ], teſte Osberto Cantuarienſi. Addam ſingularis cau- » telæ exemplum, quo docemur, nihil tutius eſſe, quam timere » ſuum ſequi iudicium, aut ab obedientia maiorum nullius re- » uelatio-

[e] *Vide Sur. 7. Iunij. tom. 3.*
[ζ] *Surius 19. Mai.*

» lationis etiam certæ fiduciâ recedere. Genebaldus Laudu- » nenſis Epiſcopus per incautam cum vxore, quam deſeruerat, » familiaritatem, ex bono principio ortam, tandẽ, quę huma- » næ fragilitas eſt, cum eâ corpus miſcuerat: ſed poſtea ad cor » reuersus, & D. Remigio Remẽſi confeſſus in anguſtiſſimũ lo- » culũ inſtar ſepulcri recluſus fuerat, vbi cum ſeptem annis pæni- » tentiam aſperrimâ egiſſet: Septimo (inquit Hincmarus *in D. Remigij Vit. n.*) anno, in vigiliâ cænę Domini, cùm idẽ Gene- » balduſ in oratione Domini pernoctaret & ſeipſum deſleret, » circa mediam noctẽ angelus Domini, cùm magnâ venit luce, » ad eum in oratoriũ vbi pronus iacebat, & ait ad eum: Genebal- » de exauditæ ſunt pro te orationes patris tui Remigij: ſuſcepit » quoque dominus pænitentiam tuam, & dimiſſum eſt pecca- » tum tuum. ſurge, & hinc egredere, facq; miniſterij Epiſcopa- » lis officium, & reconcilia Domino pænitentes criminibus » ſuos. Genebaldus autem, nimio terrore perculſus, reſpondere » nihil potuit. Tunc angelus Domini confortans eum, & ne ti- » meret hortatus eſt, ſed gauderet in miſericordiâ Domini ſibi » collatã. Qui animatus, dixit ad angelũ: non poſſum hinc egre- » di, quia dominus & pater meus Remigius clauẽ huius oſtij ſe- » cum habet, quod & ſigillo ſuo ſignauit. Et angelus ad eũ; vt nõ » dubites (inquit) me à Domino miſſum, ſicut patet tibi cælũ, » ſic & oſtium iſtud patebit. Et ſtatim, ſaluo ſigillo ac cera, oſtiũ » illud apertum eſt.] Ecce tibi veræ viſionis indicia; priùs per- » turbatio, mox conſolatio, & verũ ac apertum miraculũ, ſigil- » li ac ceræ integritas: non tamen cenſuit vir ſanctus obedien- » tiæ quidquam derogandum. Tunc Genebaldus in modũ cru- » cis ſe iactans in limine, dixit; Etiamſi ipſe Dominus IESVS » Chriſtus dignatus fuerit ad me venire peccatorem, hinc non » egrediar, donec ille venerit, qui me in eius nomine, in iſtâ re- » clusione conſtituit. Et ſtatim angelus Domini receſſit ab eo.] Quid ergo? placuit Deo Genebaldi animus, & per angelũ hęc omnia, eadẽ nocte, Rhemis pernoctãti in oratione D. Remig. manifeſtauit; eũque Laudunum proficiſci iubet, & Genebal- dum Epiſcopali ſedi reſtituere, quod & factũ ab eo cõfeſtim.

[a] *apud Sur. 13. Ianuar.*

Contra D. Guilh. Aquitaniæ dux, ſi dæmonis ſuggeſtionibus quibus & feruor deuotionis minuebatur, & ad ſæcularia reuocabatur, initiò diiudicatas repreſſiſſet, non ſe ſic Lucenſibus ad bellum ducem obtruſiſſet, nec cæcitate percuſſus fuiſſet: ſed hæc illum deceptio, cautiorem reddidit poſtea, vt facile ſecundæ reuelationis falſitatem contemneret ι. Prudentiſmus ſenex Abrahamius (vt B. Ephrem prodidit) reuelationes illas; quibus eum dæmon, *Sanctum* & *Beatum* prædicabat, contrario humilitatis actu ſtatim profligabat κ. Vah! quam contraria fuit illa Gandenſis virgo, noſtris temporibus! miſella diu vacarat orationi, & ſacramenta frequentarat: ſed vel nacta ſatis exercitatum nacta fuerat confeſſarium, vel ſi nacta, ei ſecreta ſpiritualia non pandebat, vel benè monenti non credebat. quicquid horum fuerit, paullatim varijs reuelationibus eam diabolus ſuperbiæ ſpiritu inflauit. tandem perſuaſit meritis reliquis parem eſſe Deiparæ virgini: deeſſe fœcunditatem iunctam virginitati illibatæ: ſi pergat, id quoque conſequi cuturam. ô vafrum commentum, & muliebri ingenio accommodatum! iam illa ſe confeſſionis indigam non eſſe rebatur: itaque per annos aliquot eam intermittens, non abſtinebat ſolum à ſacrâ ſynaxi. Quid multa? ſemel dum in templo verſatur, & communionem exſpectat, ardentiuſque beneficium illud reliquum poſtulat; audit, bono ſis animo, dilecta, exaudiuiſſe te ſcito. conceſſâ tibi fœcunditatis cum caſtimoniâ prærogatiua, quam petis: de cælo confide te grauidatam. domum reuerſa, ſentit vterum tumeſcere: iuſto poſt partus tempore adueniente, pium quemdam & prudentem adit ciuem, benè notum; narrat rem totam, petitque vt in domus eius penetralibus ſibi liceat parere; & ſtipulatur arcanum fore. Ille nec credulus dictis de reuelatione, nec tamen ſuſtinens virginem domo excludere: veritus, ne graſſari iam incipientibus Sectarijs, materiam res vulgata præberet blaſphemis, hæreticorum dicterijs atque lædorijs; eam ſuſcipit, & adhibitâ obſtetrice fidâ partum exſpectat. Miſera doloribus vehementer torquebatur: tandem, tandem magnam, pro prole humanâ, horridorum, & villoſorum, fœdiſſimorumque vermium copiam effudit vtero; quorum tam dirus erat aſpectus, vt omnes exhorrescerent; tam teter odor, vt fœtore fermè exanimarentur. Sic demum miſella ſe deluſam intellexit, & ſuperbiæ ſuæ fructum, à ſuperborum Principe retuliſſe, quem oportebat. Sic mulier decepta: ſed & viros ille doloſus coluber ſupplantauit. Apud Gregorium Turonenſem leguntur hæc de S. Friardo, & ſocio eius Secundello; Sanctus Friardus cum Secundello Diacono in ſupradictâ inſulâ ſtetit immobilis: habebat tamen vterque eorum propriam cellulam, ſed procul inter ſe poſitam. Cumque ſtrennuè in oratione perſiſterent, nocte Secundello Diacono apparuit tẽtator in ſpecie Domini dicẽs: Ego ſum Chriſtus, quem continuò deprecaris: iam enim ſanctus es, & nomẽ tuum in libro vitę cum reliquis Sanctis meis adſcripſi: egredere nunc ab hac inſulâ, & vadens fac ſanitates in populis. His ille illectus deceptionibus diſceſſit ab inſulâ, nec ſocio nuncians: tamen, cùm infirmis in nomine Chriſti manus imponeret, ſanabantur. Reuerſus autem poſt multum tempus ad inſulam, venit ad ſocium cum vanâ gloriâ, dicens: Abij extra inſulam, & virtutes multas in populis feci. Cúmque conterritus ille interrogaret, quid hoc ſibi vellet; cuncta quę geſſerat ſimpliciter pandit. At ſenex obſtupeſcens, ſuſpiranſque ac lacrymans ait: Væ nobis, in quantum audio à tentatore deluſus es. vade age pœnitentiam, ne vltrà tibi pręualeant eius doli.] Ecce vides lapſum, primò quia occultâ ex ſuperbiâ credidit ſe ſanctum, & ex hoc frontiſpicio non cognouit doloſam malignitatem. 2. quia deſciuit à bono propoſito manendi in illâ inclauſa. 3. quia clam habuit magiſtrum conſilia ſua, & obedire neglexit. Vide nunc, vt victus vicerit, fretus *humilitate, obedientiâ, & oratione*. Sequitur apud Gregor. Turonenſ. λ Quod ille (*Secundellus*) intelligens & periſſe ſe timens, cum fletu ad pedes eius proſternitur, rogans vt pro ſe Dominum deprecetur. Cui, Veni, inquit, & pariter eius omnipotentiam pro ſalute animæ tuæ poſcamus: non eſt enim difficilis Dominus ſe confitentibus miſereri, cùm ipſe per prophetam dicat: *Nolo*

ι *Theobald. in eius vitâ, cap. 16. apud Sur. Februar. 1 ibid. c. 19.*

κ *Simeõ Metaphraſt. ex Ephremo apud Surium Martij 16.*

λ *lib. de vit. Patrum c. 10. citat Surius 1. Auguſt.*

mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Orantibus ergo illis, aduenit iterum tentator in simili specie ad Secundellum Diaconum dicens: nónne præceperam tibi, eò quòd essent mea morbidæ essent, & pastore indigerent, vt egrederetur & visitares, atque opem sanitatis eis tribueres? Et ille, In veritate comperi, quòd seductor sis, neque te Deum credo, cuius specie mentiris habere. Tamen, si Christus es, crucem tuâ quam reliquisti, ipsam ostende, & credam tibi. Cumque non ostenderet, Diacono *crucem* in os eius *faciente*, confusus euanuit. Et ecce tibi consilium, quod in similibus dubijs potes adhibere, petere vt se cruce consignet, vel vt formatâ cruce tibi benedicat. D. Matronæ similiter dæmon, apparens in formâ speciosæ mulieris, suasit vt relicto deserto vrbem peteret, minans pudori eius periculum ibi fore: sed beata statim insidias, et austerioris vitæ dissuasione, intellexit inimici [*Simeon Metaphrast. in eius vitâ mense Nouembri.*] Sic S. Marcellus Abbas dæmones ex obsessis pulsurus, ijsque aliquoties clamantibus, Iube nos exire, quoniam in nos accepisti potestatem; ille iussit, sed perseuerauit in oratione, donec à Deo compulsi recesserunt. Causam quærentibus, cur non statim iussisset, prudentissimè respondit; Quoniam dicentes me in eos accepisse potestatem, nihil aliud agebant quàm quòd vanæ gloriæ laqueis me conabantur implicare μ.] Cuius documento litas non in exorcismis modò, sed & in reuelationibus cauenda maxima est; quia maximum in his vanæ gloriæ periculum, de Secundello vidimus. Sed & illud attendendum multimes in omnem partem esse dæmonis fraudes, aliquando det quod optimum est, tunc periculum subest superbiæ: tum valdè cauenda hæc pestis. Aliquando suadet quod bonum est: sed tunc considerare oportet, num hoc bonum sit maioris boni impedimentũ. si posterius hoc obseruasset B. Iordanes Prædicatorij ordinis Magister Generalis; non illi Diabolus liquoties hac technâ imposuisset: semel quidem; vt ad contemnandũ eum redderet inidoneũ ac debilẽ, specie boni exemplo præbendi, & austerioris vitæ, impulit, ea relinquere, quæ corpusculo illius erant necessaria, & eum ad maximam virium infirmitatem ν redegit. Sed & alias iterum iterumque eum hoc prætextu decepit. quæ Historia, quia religiosis vtilis futura, digna est pluribus locis legi. sic ergo scribit Leander Albertus ο, de illo febribus acutissimis laborante; Fortè cum venerando patre, erat quidam cœnobij cuiusdam præsidens, quem priorem appellant, ordinis nostri, vir discretus, sollers, prouidus, litteris callens, & moribus compositus, qui aliquantum medicinæ operam dederat. Is igitur Iordanis patris animum non ignorans, & sciens eum in ægrotatione sibi ipsi ridiculissimum, dixit: Pater oportet ægrotum in omnibus medico se subijcere, si pristinam nancisci cupiat sospitatem. Quapropter licet sis nostræ religionis præfectus & caput, ægrotus præfecturæ auctoritatem dimittas, mihique te subdas, & obedias necesse est. Quod si feceris, haud vereor, quin in breui incolumis hinc exeas. Annuit venerandus pater humiliter. præter ergo ordinis nostri consuetudinem super plumas ægroto quiescenti (sic enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus, mirabundus: Estne hic Iordanes, famâ & opinione apud omnes tam præclarus? præfectus & pater tã insignis Prædicatorum ordinis? Essem anceps, nisi antehac te diu nouissem. O quã vana & impudens factus es, qui veluti vnus de dominis terræ, in strato plumis & sericis ornato quiescis? O infelix, quale ornamentum præ se ferens angelicam apparuit, dicens, veluti adm

Universidad de Deusto
Biblioteca

per ſolum iacere conſpexiſſet, apprimè indignatus, dixit: mi-
ror tuam ſimplicitatem, ne dicam inſcitiam; qui non ſolum in
corporis, ſed & animæ præiudicium, contra obedientiam hoc
facere præſumpſeris. Ego enim Deum cæli, terræque Domi-
num teſtor, quod noluiſſem pro toto terrarum orbe ſic grauā-
ter contra Deum & ordinem deliquiſſe: & hæc dicens, in ſu-
tum maximum prorupit. Quod cernens venerabilis pater, &
ipſe lacrymans procidit ad pedes eius. narrans ei viſiones, &
magis illuſiones: & qualiter, vt conijcere poterat diabolum
illum fuiſſe, qui in angelum lucis fuerat transfiguratus.
Prior verò captus admiratione ac quadam commiseratione
illius, aliquantulum lenitus, iuſſit ipſum ſtratum aſcendere. Ex
hoc enim tantam membrorum debilitatem contraxerat, ſic
que humores indurati fuerant, vt vix ſpiritum ad quieſcendū
haberet. Tertiâ nocte Diabolus, vt prioribus, adfuit: quem, vt
conſpexit vir Sanctus (iam enim in increpationes eruperat)
ait: O nequiſſime generis humanis hoſtis, ô impudice canis,
ô immunda bellua, quomodo meam auſus es ſimplicitatem
deludere, ceu zelum qualemcumque erga ordinem præ te fe-
rens? Et ego quidem, niſi hoc omnipotentis Dei diſpenſatio
permiſiſſet, ſapientius aduertiſſem, quod multo melior eſt o-
bedientia, quàm ſtultorum victimæ. Et *in faciem eius expuens*,
eum fugauit.] En vt Sanctus vir deceptus inani ſpecie boni
reſipuit *ſolido obedientiæ bono* ſe muniens. Nota etiam vltimum
illud, quod apparenti in angeli formâ in faciem expuit: nam
hoc etiam viri ſpirituales commendant, quando viſio ſuſpe-
cta eſt: & noui hominem, cui hoc optimè ceſſit. Concludēn-
dum hoc caput teſtimonio B. Meinulphi Diaconi & confeſ-
ſoris, qui ipſe apparens hanc regulam docuit viſiones veras
eſſe, quæ ad pietatem & religionem duces forent. Hiſtoriam,
ex Gobelino Perſonâ, verbotenùs accipe: non longè ab obi-
tu cuidam cubiculario ſuo per viſum in ſomnis apparuit, hor-
tans eum, vt mundo & pompis eius ocyus valefaciat, & ad re-
gis æterni ſe conferat militiam. At ille viſionem illam non ſa-
lio quam illuſionis loco habens, nihil de vitæ emendatione
curauit.

curauit. Sanctus autem vir, eius infirmitati ſe accommodans,
rursum eum vt priùs admonuit. Sed cùm neque ſic quicquam
de vitâ rectiùs inſtituendâ cogitaret, tertiò ei apparuit, aitque
ad eum; Neſcis miſer, neſcis, quàm immanis prædo mentem
tibi vendicet tuam; qui tibi auctor & ſuaſor eſt, vt neque mit-
tenti Domino, neque mihi ab eo miſſo obtemperes. Certè
cùm tu malè viuendo planè deſipias, neque ab hac ſtultitiâ
ſponte recedere velis; diuina te admonuit reuelatio, vt vel ſic
ad frugem meliorē te reciperes. Tu autem ſtulte tibi pateris
miſerè & perniciosè illudi, qui veram reuelationem pro phan-
taſticâ habes illuſione. Neque enim quiſquam fidelium am-
bigit illam viſionem eſſe illuſionis expertem, quæ ad Chri-
ſtianam pietatem & religionem inuitet: quod ſi quilibet face-
ret tibi vigilanti, nequaquam negligere deberes. ſed quando
te verba non corrigunt, ad facta veniendum eſt. Itaque planè
efficiam, vt viſionem quam te intelligere diſſimulas, reipsâ ve-
riſſimam eſſe certò experiaris. His dictis, ille expergiſcitur:
ſentit à mento barbam omnem auulſam, fugit procul ab ocu-
lis ſomnus omnis &c.] addit quo pacto viſioni obtemperarit.

Secunda conſideratio eſt, quod quando in viſione vel reue-
latione ſuadentur aliqua pia, bona, rectaque, tum diligenter
perpendendum eſt, num ſimul aliqua ſuadeantur, impia, im-
profana, vana & inutilia. Multarum huiuſmodi paſſim occur-
runt exempla: ego contentus ſum, eris & tu (pie lector) non-
nullorum Sanctorum. Iacobus Vitriacus ρ egregiè confirmat
hoc dictum, cùm ita ſcribit; Quidam ex amicis eius (*B. Mariæ
Oigniacenſ.*) præcipuis à dæmonio meridiano perambulante
in tenebris, aliquando tantò periculoſiùs quantò ſubtiliùs in-
ſidiabatur. Callidus enim hoſtis, transfigurans ſe in angelum
lucis, ſub ſpecie pietatis ei familiariter in ſomnis apparebat,
nonnunquam eius quædam vitia reprehendens, ad quædam
etiam facienda bona eum fraudulenter adhortans, vt priùs tā-
quam antidoti cuiuſdam falſâ ſpecie oblatâ, poſtea occultiùs
venenum inſtillaret, & mellitâ linguâ blanditer exertâ, poſt-
modum dentem infigeret, & ad extremum caudam ſuam
quaſi

π *in vitâ S. Meinulphi apud Surium 5. Octob.*

ρ *lib. 1. vitæ B. Mariæ Oigniacenſis c. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi cedrum stringeret. cùm enim iam illi fides ceu veraci haberetur, tum instar sophistæ & impostoris, veris quibusdam proditor ille falsa permiscebat, bonorum intermixtione fallis quandam vmbram insidiosè prætexens. Tandem suis machinis eò perduxit fratrem illum, vt res eius pessimum exitū sortirint habituræ; si non ancilla Christi, reuelante spiritu sancto, callidi veteratoris fraudes didicisset. Cùm autem diceret homini, reuelationes illas non esse à Deo, sed maligni dæmonis illusiones esse, & ille è diuerso, non sancto sed suo spiritu obijceret; Cùm tot beneficia præstiterit mihi spiritus ille, tot vera & futura prædixerit, nullo pacto mihi vult imponere: illa sed solita orationis arma confugiens (*En bonum remedium, bonum scutum.*) pedes Domini rigat lacrymis, cælum precibus instanter pulsat, nec facit finem, donec impius ille impostor, cum multo gemitu & pudore ipsi nocte in cellulâ suâ oranti adstaret: quem illa commētitio præditum splendore intuens: Quinam es tu, inquit, aut quî vocaris? Ille superbo vt erat vultu illam toruis oculis vicissim aspiciens; Ego sum, ait, quem tu mandicta precibus tuis compulisti venire ad te, quæ meum mihi amicum per vim auferre conaris. *Somnium* autem, ego vocant. Multis enim præsertim religiosis, in somnis, instar Luciferi apparet, mihique obediunt illi, & ex meis consolationibus animis efferuntur, dignosque se putant, qui diuinis & angelicis fruantur colloquijs. Amicum illum meum, quem pro tuâ voluntate mihi abstulisti; iam eram à bono proposito retractus. Et id sanè euentus rei docuit: sed oua aspidum rupta sunt, & maligni illius fraudulenta consilia in lucem prolata. Quibus verbis, nobis simul & artes dæmonis, & modus, & finis, & remedium, quo in re dubiâ vtendum, proponuntur. Hoc remedio B. Vincentius Ferrerius aliam dæmonis illusionem deprehendit, & dispulit *σ*. sic & B. Gutlacus insidias, immoderata suadentis ieiunia, intellexit & cauit *τ*. sic specie iuuandi animarum Diabolus persuasit S. Elphego, vt ex carcere, se deducentem, deducentemque sequeretur, exemplo B. Petri angelum sequentis, suasit & persuasit in angeli specie: sed edoctus confes-

s Pet. Rauennas lib. 1. Vitæ D. Vincent. c. 11.

τ Sur. in eius vitâ, April. 11.

sionem & martyrio, quod fugerat, se iterum obtulit, ac coronam meruit *υ*. Sic eodem prætextu conatus cuidā Monacho suadere vt cellam desereret, deceptus fuit à B. Arsenio. Quare diligenter notanda, fideliter retinenda est, doctrina eiusdem B. Arsenij; quâ, velut in speculo, simulachra pugnæ dæmoniacæ, & capita insidiarum præcipua, nobis, apud Metaphrastē, proponuntur, quæ sunt spectanda. Et quia huius capitis res ista, & inprimis vtilis, ideò verbotenùs exhibebo; Hoc quoque vos non lateat, ô fratres, quòd noster inimicus Diabolus, multis & varijs vtens machinis nos conatur decipere, & boni prætextu in mala impellere: vt, verbi causa, suggerens hospitalitatem, & consequenter fratrum, qui accedunt, gratam & benignam exceptionem efficit, vt simul comedāt & compotent. causa autē est, bonum caritatis. deinde sic paullatim suffurans & attrahens, imprudentes nos trahit, vt ventri seruiamus, & deinde, ad saciem usque libidinis, nos polluit & voluptatibus. Alijs rursùs subtrahens in animum eleemosynam & benignitatem, & in pauperes beneficētiam, immittit amorem pecuniæ, & in furorem impellit auaritiæ. Alijs autem multorum vtilitatem tanquam obtentum porrigens, efficit, vt silentium & quietem relinquant, tanquam rem inutilem, & vt cū multis quidem mundanis habeant consuetudinem, & nonnunquam etiam cū mulieribus autem hoc faciant, persuader; tanquam qui iam eo peruenerint, vt sint impatibiles: & sic miseros reddit libidinosos, & seruientes animi perturbationibus. Alijs nullam exhibens molestiam, & vt à nullo capiantur vitio insidiosè procurans, extollit in superbiam, & sic nullo negotio præcipitauit. Nonnullos autem faciens, vt à bellando abstineant, & maximè qui ad susciepienda exercitationis certamina se paullò ante exuerant; decepit efficiens, vt essent securi, & de nullâ re solliciti. Ex quo factum est, vt cùm eos iniecerit in socordiam, & vt labores negligerent effecerit, repentè illos inuaderet tanquā expugnatu faciles & inermes: & sic maximâ tē-

υ Osbernus Cantuariens. in eius vitâ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã in vitiorũ profundum immergeret. Alios rursus cùm, vt sibi siderent, persuasisset, vt qui iam ad maiorem peruenissent mensuram, suggessit vt eis crederentur aliorum cogitationes, vitiorumque & bellorum annunciationes. Quibus cùm postdum rectè sua vitia abluissent; primùm quidem recordationem & informationem eorum, quæ audiuerant, immisit, postabsque animi perturbatione. Deinde verò etiam miserè illpulit ad carnis contaminationem φ.] His enumeratis, subdit propter tot stratagematum multiplices noxas, nobis multNOSTRI CVSTODIA, & SOBRIETATE, VIGILANTIA quque, & ad BONVM ATTENTIONE opus esse.

φ *Sim. Metaphrast. in Arsenio.*

Tertiò consideratio est Gersonis χ, considerãdum an quod reuelatum fuit, id humanâ intelligentiâ quis sine reuelatione potuerit assequi: tunc enim suspectam esse debere, vt supercuam & minimè necessariam. Quod si fuerit de rebus, quæ & humanam intelligentiam, & dæmonis scientiam excedunt, tunc non poterit aliunde, quàm de sursum, missa fuisse reuelatio. Sed an res huiusmodi sint, difficile est statim iudicare, quia non potest nisi successu temporis, quando euentus prædictionis declarat veritatẽ, vel diligenti discussione (quando occulta cogitatio reuelatur) id deprehendi, sitne diuinæ tùm res illa cognitionis, an etiam dæmonis aut hominis: Havitio prophetiæ Sauonarolæ laborarunt, ipsiusmet cõfessione.

χ *lib. de probat spirit.*

Quarta consideratio, videndũ an, non tam sit desumpta cris litteris (tunc enim suspecta haberetur) quàm illis contanea omni ex parte, & constans; congrua quoque Sanctorum hominum doctrinæ & exemplis, nihil falsi & erronei admihabens, totaque pertinens ad salutem hominũ & Dei gloriDiuinę namque reuelationis hæc illustria sunt documenta.

Quincta consideratio est, vtrum reuelatio aliis reuelationibus indubitatis confirmetur: nam si nec aliæ certæ, res dubmanet. potest enim Diabolus, vt semel sic sæpiùs, vt vni pluribus, idem reuelare. Certarum reuelationum ex hoc cpite multa superstunt in Ecclesiasticis Historicis vestigia, tailla admiranda B. Hermanni Steinfeldensis; qui & Ioseph vcanis.

nus, cò quod B. Virgo Maria ab angelo paranympho in somnis ei visa desponderi, Virgineæ benignitatis exemplo clarissimo, cuius iucunda descriptio in Beati illius vitâ continetur ✝. talis alia Eutychij Patriarchæ, *apud Eustathium in eius vitâ.* talis alia B. Guilhelmi Roscildensis, *apud Surium April. 6.* talis alia S. Adalberti sub mortem ei oblata, & à Leone explicata, *apud eumdem. XXIII. mensis eiusdem*; tales multæ eius quem paullo ante laudaui B. Meinulphi ω; tales multæ apud Petrum Venerabilem *in libris Miraculorum* α. Validior censenda confirmatio per alios, quàm per eumdem; item per incognitos, quàm notos, per viros, quàm feminas.

✝ *apud Sur. 8. April tomo 7.*

ω *apud Sur. 5. Octob.*

α *lib. 1. c. 23. & 27.*

Sexta consideratio, si pugnantes sint diuersæ de eadem re relationes, vt plurimùm ambæ suspectæ sunt habendæ: interdum tamen sic veras conatur diabolus contrarijs oblatis inferre; ideò non statim reijciendæ omnes, sed illis, re maturè deliberatâ, credendum, non quæ priores sunt, (fieri enim solet, vt cùm dæmon conatus fuerit illudere per falsam, Deus sed verâ immissâ nebulam illam, lucis superuentu, disijciat) sed quas plures ac probatiores sanctitate, prudentiâ, & sacrâ doctrinâ confirmant; & quarum auctoribus minùs causæ fuit alia confingendi. v.g. in reuelationibus de Immaculatâ conceptione DEIPARÆ Virginis MARIÆ, quando paria sunt rebus momenta circumstantiarum, plus tribuendum reuelatoribus habitis (si quæ sunt) ante controuersiam eadem de re nactam: & post natam cõtrouersiam, ijs quas habuerunt, qui nec addicti, cuius D. Thomas, nec alterius cuius Doctor fuerit: hi enim ab affectu liberiores: & hac sanè ex parte reuelatio D. Birgittæ præponderat alteri, quę tribuitur D. Catherinæ Senensi.

SECTIO VI.

De indicijs petitis à reuelationum circumstantijs.

DVo præcedentia indicia quasi mixta sunt, partim ex ipsâ reuelatione, partim extrinsecùs petita: sequitur nunc, vt

quæ in circumstantijs obseruatu necessaria indagemus.

1. occurrit, illud à fine petitum; quid mouerit hominem vt hanc reuelationem alijs indicaret, propalaretque: Num curiositas, leuitas, vanitas, cupiditas, auaritia, ambitio, vtilitas propria, an aliorum; si propria, an spiritualis, aut carnalis; si aliorum, paucorúmne, multorum, an omnium? Et in his ipsâ causæ inuestigatione perpendendus finis, non tantum proximus & apertus, sed occultus etiã & remotus. Potest enim (*Gerson ait*) finis proximus apparere bonus, & salubris, & deuotus ad ædificationem aliorum; qui tandem prolabatur in multiplex schandalum, dum non respondebunt vltima primis; vel aliàs fallum fictumque deprehendetur in persona, fuisse; reputatis magnæ sanctitatis, vt docuit ætas nostra in deceptionibus Doctorũ Ioannis de Varenis, Ioan. Husi, & similium.] Idcò Elias, quantum poterat, conabatur, amans discipulum, militatem, à se amoliri Eliseum, ne videret eum rapi igneo curru in cælum. [*4. Reg. 2.*] Prudenter Arsenius sibi factas reuelationes nunquam, nisi aliorum posceret vtilitas, narrabat; & tum narrabat quasi alteri accidissent, vt Simeon Metaphrast. obseruauit α: B. quoque Hildegardis vix superiorum iussu induci potuit, nec inducta fuit, donec Eugen. 3. Pontifex eam ad reuelationes suas scribẽdum animauit β. Idem fecit sensus B. Libuinæ, cui cũ Christus Dominus vigilãti apparuisset, quinque vulnerum suorum signa luculenter impressa, vt quisset; & cerneret virgo tam hiantia vulnera hominem sustinere non posse, timeretque cõcursum & applausum hominum, Deũ deprecata scribitur; Maneat obsecro Domine hoc dignationis sacramentũ inter me & te. sufficit enim mihi gratia tua. Noli dubitare gratam sponsæ humilitatem & custodiam tuam esse. magno enim miraculo confestim cute vulnera obducta fuêre, dolore tamen & liuore perpetuò permanente γ. Eadem virgo alio tempore meritò quendam solitũ reuelationes suas narrare, & (quod facilè accidit) narrationis calore quædam de suo adijcere, idcirco pœnis purgatorij addictũ vidit δ.

α *in eius vit.*

β *Theodori Abbas lib. 1. vitæ Hildegard. c. 4.*

γ *Ioan. Brugmannus, in vitâ S. Libuinæ p. 2. c. 8.*

δ *Idem Brugmã. p. 3. c. 1.*

Secundò, discutiendæ cogitationes, quæ reuelationem subsecutę vel præcesserunt. nam ex præcedentium imaginatione posset nasci fantastica illusio. Ad malis cogitationibus fluctuantem animum spiritus sanctus non accedit, nec vera reuelatio: nec tamen semper bonam & piam cogitationem vera reuelatio & diuina subsequitur: in ipso namque orationis fervore, plerisque Diabolus conatus irrepere. Ad veram reuelationem semper sequuntur bona desideria, & effectus boni: ad illusoriam, aliquando per accidens, & ad tempus boni, qui ramen à diabolo in maius malum diriguntur. Notatum illud » gundis, addit; In cunctis huiusmodi reuelationibus virgo prudens magis magisque se humiliabat, regno Dei propior fiebat, » spons cælesti feruentiùs inhærebat ε.] Hic profecto genuinus est effectus verarum reuelationũ; qui huic contrarij sunt, » ijdem magis se durè, implacidè & violenter, quasi cum strepitu quodam, vt imber in saxa decidens, infundit: bonus verò ijsdem » leniter, placidè & suauiter, sicut aqua irrorat spongiam. Illis » verò qui in deterius proficiunt, experientia docet, contra » euenire.

ε *Huchal. in vitâ S. Aldegund. c. 2.*

Tertiò notatum à quibusdam, vtilissimum quoque esse, ne decipiamur, ipsi visioni seu reuelationi signum crucis opponere, seque cruce cõmunire. Confirmat hanc doctrinã, efficacem sanè & piam, senatus Brauonius. narrat enim S. Osualdũ Episcopum cùm, dæmonis irrisis & diffiatis terriculamentis omnibus, veterator ei in formâ speciosâ Angeli se ostentasset, *cruce signo* se muniuisse; eo quod sciret Angelum lucis id non molestè ferre, angelum verò tenebrarum illo in fugam compulsum iri. Quod & factũ est. Nam (*Verba sunt Brauon. S.*) » fumi atque signum illud malignus tentator vidit, instar fumi » ab oculis eius euanuit ζ.]

ζ *Senatus Brauon. in vitâ S. Osualdi V Vigorn. sanct. c. 2.*

Quartò videndum quomodo se spiritus ipse ingesserit. Nam » proficientibus (vt admonet P. noster Ignatius ») Spiritus

» *in lib. exercit. de dignos. spirit.*

Quintò aduertendum an, quæ initiò mentẽ lętitia demulserat, sit postea in horrorem & mærorem versa: item num

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui cæpit à principio, ſenſim horror amotus non fuerit, ſed conſtans permanſerit. duæ enim ſunt hæ reuelationum falſarum notæ. Sin autem initiò quidem homo perturbetur, & horroris aliquid perſentiſcat, ſed poſtmodum hac moleſtiâ & anxietate animi detersâ, dulcedine quadam internâ perfundatur; ſignum eſſe diuinę conſolationis, vt nos B. Antonius docuit. Cui rei naturalis eſſe cauſa videtur, antipathia quæ eſt homini cum dæmone homicidâ, & ſympathia quæ homini cum angelis intercedit θ. Ad illam antipathiam retulerim libens vulgarem quandam opinionem, quæ vigebat temporibus B. Petri Cluniacenſ. ι à qua ipſemet non erat alienus; nempe eos quibus mortui apparuiſſent, non diu ſuperuiuere. fortaſſis orta opinio inde, quòd nonnullis dæmones in mortuorum ſpecie cùm apparuiſſent, illi, ex horrore, & vitæ mœtiſque antipathiâ morbo contracto, mox deceſſerant. Cerùm documentum illud D. Antonij, eſt accipiendum, de veri internâ dulcedine, quæ famem ac deſiderium virtutũ adfert, & adauget, præcipuè caritatis & humilitatis; quam limitationem meritò B. Catharina Senenſis adiecit.

θ *Guilh. Parisiens. 2. par. principal. de vniuerso p. 2. c. 151.*

ι *lib. 1. de mirac. c. 11.*

Sextò conſiderandum, num reuelationes veris miraculis ſtruantur, tunc enim nihil dubij manet, quin à Deo fuerint vt illa Nobili matronæ factâ, cui reuelatum S. Winvvalocus ei, quam amiſerat, oculorum claritatem redditurum. Mox nim vt Sanctum adijt, viſum amiſſum recuperauit κ. Miverò & prodigia, non ſatis idoneè reuelationem confirmant, quia poteſt ea dæmon efficere. Etſi tamen miracula defuerint, non tamen ex hoc ſolo capite cenſenda reuelatio falſa fuiſſe. B. Præcurſor Chriſti propheta fuit, & plus quàm propheta, miraculum tamen nullum fecit.

κ *Sur. in vitâ S. VVinvvaloci, 3. Mart.*

Septima regula eſt, quòd ſi cum reuelatio fuerit abſolutè aliquid, & non ſub conditione, prædicens (prophetiam vocant abſolutam & independentem) & poſtea contrarium euenit, vel non euenit, quicquid prænunciatum fuit; falſa reuelatio, & non de cælis eſt. Probatio (*inquit Gerſon*) ſpirituum reſpicit, nedum perſonam, quæ viſiones patitur; ſed viſionum qualita-

tes, ſi veræ ſint, per omnia, etiam vſque ad minimam propoſitionem. quoniam in ſpiritu veritatis falſitas non eſt: in ſpiritu autem mendacij mille quinque ſunt viæ apertæ, vt in vnicâ latenti falſitate decipiat. Ideo Chriſtus dæmoniacos & Paulus Pythoniſſam prohibuerunt à teſtimonio veritatis, quam probebantur.] Ex hoc indicio probantur veræ fuiſſe reuelationes Catharinę Raconiſiæ, quas recenſet Ioan. Franciſcus Picus λ, & Margaritæ Rauennatis apud Hieron. Rubeum μ, & B. Aloyſij Bertrandi, & de ſocietate noſtrâ P. Frãciſci Borgiæ ex illius vitâ retulit Thomas Boſius ν. hinc etiam prolatum diuinæ fuiſſe reuelationes Ioannæ illius virginis Lotharingicæ, quæ dicta Gallis *La pucelle Ienne*, quæ Carolũ Septimum Francorum Regem in regnum, vnde Anglorum fuerat armis deiectus, reſtituit circiter annum 1428. quàm pari inuidiâ, crudelitate, calumniâ, & iniuſtitiâ, ſæpè ab illâ victi profligatique Angli, cùm in pugnâ viuam cæpiſſent, flammis feralibus, quaſi maleficam, combuſſerunt: ſed poſtmodum anno 1456. Callixtus Romanus Pontifex, aut iuxta alios Pius II. cauſæ cognitionem Archiepiſcopo Rhemẽſi Ioanni, & Guilelmo Pariſienſi delegauit. hi verò innumeris teſtibus omni exceptione maioribus de innocentiâ, modeſtiâ, caſtitate, & religione Iohannæ auditis, eius innocentiam, & ſententiæ illius iniuſtitiam, declararunt: iudicij acta Pariſijs aſſeruari, eâ in vrbe natus Papyrius Maſſon. teſtatur. fauent eiuſdem innocẽtiæ non Franci modò ſcriptores (quos vt ſuſpectos Britanni reijciunt) ſed & alienigenæ Itali, Græcique ο: ſed & Belga Meierus π, parùm aliàs in Francos benignus, & Hiſpanus Mariana de reb. Hiſpan. libro viceſimo extremo. Philippus Bergomenſis ait, tum duos adhuc ex iniquis Ioannæ iudicibus fuiſſe ſuperſtites, citatos, & legitimè conuictos, damnatoſque & cõfeſſores: duorum verò aliorum iudicum mortuorũ oſſa, effoſſa, & ſimiliter concremata fuiſſe: & iuſſum Rothomagi, vbi virgo fuerat combuſta, templum conſtrui, & ex reliquis prædiorum bonis, quę confiſcata per ſententiam fuerant, ibidem ad Dei honorem, & defunctæ propitiationem, ſacrificium quoti-

λ *in eius vit.*

μ *Hiſt. Rauennatis anno 1520.*

ν *libr. 6. de Notis Eccleſ. c. 2.*

ο *citat Tho. Boſius lib. 8. de Not. Eccl. c. vl. cui addit Philipp. Bergomat. de clar. mulier. c. 157.*

π *li. 16. Annal. Flandr.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quotidianum inſtitui. ſic honor immeritæ detractus, tandem vix viceſimo poſt mortem anno, iudicio Pōtificio, reſtitutus. Hoc lapide veritatis Lydio deprehenſę leues & fictę reuelationes, olim quidem Montaniſtarum ρ; & recentiori memoriâ Ioannis Sagi Bethyci & Frat. Ioan. de Rupeſciſsâ σ, & noſtro tempore Monialis Luſitanæ, quæ fortè adhuc in viuis; Franciſci de Cruce in Peruuiâ τ. Ideò, meâ quidem ſententiâ, incaſſum quidam conati fuere reuelationes Hieronymi Sauonarolæ Ferrarienſis tueri, Apoſtolico iudicio damnatas. Quam ille multa de Eccleſiæ reformatione, de Turcarum & Maurorum conuerſione, de Florentinorum felicitate, quæ mox adimplenda, & aſtantium multi erant viſuri antequam morerentur, prædixit? addens (*in reuelationum compendio, illas*) abſolutas & immutabiles prophetias eſſe? attamen nihil horum ferè adhuc contigit, pleraque omnia intra centum fermè annos contraria contigerunt. Quare ex partium ſtudio, & Alexandri VI. atque Mediceorum odio factum, vt non conſideranter Hiſtorici nonnulli defenſionem Sauonarolæ ſuſceperint, vel damnationis iuſtitiam in dubium υ vocarint. Profectò ſicut euentus eius prophetias coarguit, ſic contumacia in fui ordinis præfectum, & contemtus Pontificiæ (quæ, vel poſtlam iniuſta, nihilominus metuenda eſt) excommunicationis & aliæ ſimiles actiones, illuſionis Diabolicæ, &, quæ ſubſequi ſolet arrogantiam, obſtinationis, grauia & vrgentia ſunt argumenta. Legite Raphaël. Volaterranū φ, quem vera ſcripſiſſe patet ex illis ipſis quę Fran. Guicciardinus χ, quamuis in Sauonarolæ defenſionē propendens, memorię mandauit. Nōne magis piè & cordatè faciunt, qui pro ſedis Apoſtolicæ iudicio, quàm pro priuati hominis exiſtimatione, induunt arma litteraria, calamiſque decertant? Neque id magis clariſſimi ordinis; qui vt aſtrum in hoc militantis Eccleſiæ cœlo locum ſplendori obfuerit, quàm Angelorum choris Luciferi factio, vel Apoſtolico cœtui Iudas impius. Et ne hæretici ſe iactent illuſionum: quid quęſo aliud eſt liber illi manuſcriptus Iacobi Brocardi Caluiniſtę reuelationum, ad Elizabe-

ρ *Epiphan. hæres. 48. & Euſebius lib. 5. c. 15.*

σ *Mariana, lib. 19. cap. 3. Petr. Leloyb. li. 2. de ſpect.*

τ *Ioſephus à Coſta lib. 2. de temp. nouiſſ.*

υ *Sabellicus Ennead. 10. lib. 9. Arnol. Ferron. lib 2. rerum Francicar. & alij.*

φ *li 5. Geographi ſub fi.*

χ *lib. 3. rerū Italicarum.*

Elizabetham Angliæ Reginā, & præfatio in Geneſim, aliaque nonnulla eiuſdem opuſcula; niſi farrago quędam dæmoniacarum reuelationum, quarum præcipuam de anno. 1580. iam tē pus mendacij conuicit? Contra prudenter ex ſubſecutâ euentus veritate Nicolaus Sanderus Sanctæ Virginis Cantiæ Elizabethæ Bartonæ, vaticinia à Deo fuiſſe comproba- uit, *lib. 1. de ſchiſmate Anglicano*: ſanè vitæ ſanctitas, Martyrij laurea, & clariſſimorum Synmartyrum Roffenſis & Mori conteſtatio locum dubitationi relinquunt nullum. Nā diſſimilis in eadem inſulâ nata Elizabetha alia, de cuius fraudulentā prophetiâ ſic Sanderus ſcribit; Hæretici, inquietum & turbulentum genus hominū, ad commouendū Londinēſem populum, ſeditioni tum & hæreſi valdè deditum, inauditum adhuc inuenerunt ſtratagema. Induxerunt quippe quandam puellam octodecim annos natā, hęreſi ſimul & prætio corruptā, in eam improbam ſimulationem, vt ſe permitteret in abdito inter duos muros cuiuſdam domus angulo ad tempus concludi, & per fiſtulam ad id aptatam eas voces edere, quas iſtius ſtrophæ artifices ſibi ſuggererent. Nomen puellæ Elizabetha Croſta erat, doli author Dracus quidam. Ita ergo illa inſtructa & in loco ad fraudem accomodato collocata, mirabiles emittebat cōtintò ex antro ſuo voces, eaſque tam ſonoras vt per omnes vicinias audiretur. Accurrunt vndique ciues, quid ſit inquirunt, mirantur, voces non mortalis hominis ſed angeli eſſe clamabant. vrbi ac reipub. iſte ſpiritus comminatur miſeriam, ærumnas, mala omnia, ſi nuptias cum Hiſpano aut cōſtitutionem cū Papâ Romano admittāt. Multa itē contra ſanctum ſacrificium, & reliquam fidē Catholicam quaſi oracula fundebat: erant ex conſpiratoribus qui datâ operâ ſe turbis adſtantibus ſemper ingeſſerant; qui huius ſpiritus propheticas & obſcuriores ſententias, ad religionis euerſionem & ſeditionem mouendam interpretabantur. Magiſtratus autem ad multitudinem compeſcendam & quid rei ſit luſtrandum accedit. fraus difficillimè apparuit: ſed tandem inito conſilio de diffodiendo muro & vicinis parietibus vnde voces

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddi conijciebant, misera puella prodijt, ac examinata quorum suasu & consilio hoc fecerit, confessa est statim; se à quibusdam seditiosis sectarijs, & ab eo inprimis quem nominauimus Draco, ad istam, nequitiam inductam fuisse.] *Hæc ille lib. 2.* Quid autem necesse Munzeri, Lutheri & similium pseudoprophetias memorare?

CAPVT I.

De diuinatione.

SIcut species præcedens vera, sic ista falsa. ideò illam Confectationi præposui, quæ quasi mixta.

QVÆSTIO I.

Quid sit diuinatio?

ESse aliquã constat, vel Cicer. teste, cuius de eâ duo libri supersunt. videtur nihil aliud esse, quàm significatio occultorum ex pactis conuentis cum dæmone.] *Significatio, inquam, quia non perficitur solâ mentis intellectione, sed signis quoque & verbis exterioribus vtitur, in re differt à scientiâ per vanam obseruantiam acquisita. Est autem tam præteritorum & præsentium, quam futurorum, dummodo illa sint occulta, hoc est procul remota ab humana* α *cognitione* α. Ideo malui dicere, *occultorum*, quàm, *futurorum*. Nam prophetia & diuinatio in materiâ conueniũt. Quæ de pacto cum dæmone adduntur, illa separant diuinationem à prophetiâ, & à naturali coniectatione. hæc enim naturali, ex disciplinâ & obseruatione humanâ: illa verò desuper à Deo infunditur. Cũmque quanta quanta est diuinatio, dependeat ab ope dæmonis, qui æmulatur diuinitatem furando diuinationem, vnde & dicta diuinatio quasi diuinitatis furatio: sequitur diuinationem non posse progredi vlteriùs, quàm dæmonis cognitio pertingit. sequitur etiam, nec arte, nec naturâ diuinationem perfici. Vtuntur ad eam magi diuersis instrumentis. Qui pactum expressum habent cum dæmone, quia nouerunt gratiùs illi nihil accidere hominum idololatrico cultu, ideo plerumque Sacrificium interponunt, aræ stare

α *Vide quid hoc sit. §. c. 1. q. 1.*

ã, precibus nuncupatis, accensõ thure, vestibus ferè, quales sunt nostrorum Sacerdotum β. Neque tamen hoc semper faciunt, sed omittunt aliquando, vel quia temporis angustia non patitur, vel quia hoc non exigit forma diuinationis qua vtuntur. sunt enim plures & diuersæ, vt post docebo. Qui tacitum pactum habent, ij varijs vtuntur obseruationibus, pro natura sceleris; non quidem sacrificantes, sed quæ faciunt & dicunt, tamen referentes gnari, vel ignari in honorem dæmonis.

β *fuit è Grillando. q. 5. n. 1.*

QVÆSTIO II.

Quæ occulta possit dæmon reuelare?

QVædam, non omnia, possunt; quia non omnia norunt: quę communis est Orthodoxorum sententia, post Tertullian. & Origenem, nempe D. Augustini, Eusebij, Anselmi, Rabani, Damasceni, D. Thomę α. Adscribam solius verba Marci Historici, qui postquam narrauit mendaces responsiones idoli Veneris, subdit ista; Tales enim sunt dæmones, vt qui decipiant & nihil veri dicant. Neque enim possunt aliquid certò præscire: sed ex verisimilibus præ se ferunt se præscire apud eos qui eis seruiunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt à veritate? Quod si in aliquibus contingit eos diuinare, hoc fit ex eo, quod euenit: quo modo etiam accidit in hominibus, vt sæpe quædam prædicant futura, de re quæ euentura β.] Quæ valdè obscurè dicta, sic intelligenda, vt vera sint: malle dæmones mentiri; sed posse, si velint, verum aliquando dicere, atque adeò dicere solere, vt tandem hac ipsâ veritate decipiant. Nonnulla quoque, quæ sciunt, ex ea illa, quæ mox dicenda.

A. *Primò nequit* dæmon certò prędicere, ea quæ sunt omninò γ, vt sunt, primò quæ dependent absolutè à voluntate Dei, cuiusmodi sunt supernaturalia mysteria, necnon gubernationes & mutationes regnorum ac rerũpub. quia corda Principum sunt in manu Dei, qui solus illa commutat

α *Tertullia. Apolog. c. 21. Origen. Pearch. lib. 4. Euseb. lib. 5. de præparat. c. 10. Augustl. de diuinat. dæmo. & 2. Retract. cap. 30. Damasce. lib. 2. de fide ca. 4. Anselm. de casu Diaboli c. 21. Raban. in c. sciendum 26. q. 4. D. Thom. in tract. qq. 16. q. de dæmon. & p. 1. q. 56.*

β *Marcus in vitâ S. Porphyrionis Gazæ Episc.*

γ *Tertul. & Orig. §. August. lib. 2. de Gen. ad litt. c. 17. & Anselm. ũ.*

vt lubet. 2. ea quæ dependent ex arbitrij humani libertate, vt quid cras sim facturus vel cogitaturus. 3. quæ sunt omninò & propriè futura contingentia, quamdiu illa non habent causam certam & determinatam.

Secundò, ex istis quę certò non nouit, potest dæmon multa probabiliter tantum & coniecturam faciens prædicere. Summam enim diuturnâ obseruatione sibi experientiam comparauit, & pollet angelico ingenij acumine, & optimè nouit rerum naturalium facultates, & ad quid valeant hominum voluntatem mediante appetitu sensitiuo inclinare, nouit omnium hominum temperamenta affectumque; nouit quid ex his & illis sequi soleat. Vnde contingit, vt sæpè ad amussim prædicat, quid quando homines sint facturi; vel etiam quod Deus hunc vel illum populum sit puniturus; quod talis exercitus gladio, fame, pestilitate affligetur; quod talis à tali sit occidendus; quod Princeps de solio exturbandus. nam & hoc ex diligentiâ & fide coniuratorum, socordiâ & incuriâ cauendi, vel pellendi, potest colligere. Sic apud Nicetam, fanaticus ille Basilacius Isaacio excæcationem, & de solio deiectionem, quæ mox consecuta, prædixit [a]. Degebat iste vates prope Rhadestum: habebatur à vulgo propheta. Ceterum (ait Nicetas) nihil veri aut perspicui de rebus futuris loquebatur, sed verba confusa, inter se dissidentia & perplexa fundebat: & quamuis sæpè ridicula quædam admisceret, tamen turbam pastorum, agricolarum & remigum attrahebat. Nam mulierum ad se venientium mammis contrectatis, & talis explorationis, obscura promebat oracula, & ad plęraque quęstiones respondebat, & suas diuinationes discursationibus & insanis gestibus peragebat. Adstabant ei quoque cognatæ anicułæ vęcordes & insanæ, quę consultoribus explicabant, quid illa Basilacij gestus rerum futurarum designarent, & taciturnitatem, vt sapientem orationem, interpretabantur. Is igitur homo, vt dixi, vates vulgò habebatur, & futura prædicere putabatur, à mulierculis præsertim, quibus turpes quæstiones, & deformes vestium implexiones, pro ludo & ioco, cordi erant.

A Euseb. d c. 10. Aug. de diuina. d. em. c. 5. & 6. Damascen. lib. 2. de fid. c. 4.

[a] *Nicetas Chonia. lib. 3.*

Cordatis verò hominibus, ineptus histrio, & vetus silicernium videbatur. Erant etiam, qui eum Pythonico spiritu esse præditum haut obscurè iudicarent: quorum ego iudicijs maximè assentior] rectissimè. nam & obscæna illa disquisitio, & discursationes, verbaque perplexa, cuncta Satanicum fanaticum fuisse conuincunt. Vt & ea quæ sequuntur; Imperatorem enim ad se venientem, neque vt tantâ potentiâ præditum excepit; neque salutationi eius, quæ erat, *Salue pater Basilaci*, respondit, neque tacito nutu capitis gratias egit: sed huc atque illuc, instar pulli equini, aut hominis furiosi saltans, acceruix tandem inquietis illis agitationibus omissis, scipione, quem manibus gestabat, imaginis Imperatoris, quæ in eius oratoriæ cellę pariete depicta erat, oculis erasis, etiam pilum de capite illius auferre studebat. Quæ cùm fecisset; Imperator eo, vt deliro, despecto, discessit.] vaticinium mox eiusdem comprobauit; quem poterat quiuis sagaci prudentiâ præuidere, cùm & Alexius diligentissimè in fratris perniciem tenderet, & Isaacius, inopportunâ securitate, omnes delatores arceret atque repelleret, adeò vt velle perire videretur.

Tertiò, potest Diabolus certò prædicere, quæcumque dependent à causis necessarijs, quæ quidem ab alijs naturalibus causis nequeunt impediri; vt sunt motus cælorũ, eclypses, conuersiones astrorum & eiusmodi: quæ verò nõ necessariò, sed plerumque dumtaxat eueniũt, eò quod possint ab alijs causis naturalibus impediri, vt imbres, pluuias, nimbos, tempestates que sonantes, & alia de hoc genere; illa per coniecturas cognoscit & probabiliter prædicit tantum. Certò quoque potest prædicere, ea quæ nouit se permittente Deo facturum. Sic v. g. si Deo permittente ipse pestilitatis alicuius auctor & illator fuit, vi mali cessaturâ certo die; nouit pestem cessaturam: idque certiùs adhuc, si ex pacto, ad certi signi alicuius reconditi vel condicti sublationem morbus desinet: potest certò finem mali prædicere. Sic puto Turca ille Famagustanus,

ſtanus, qui congregatâ in foro concione populi, prædixit ſe intra horæ ſpacium moriturũ,& confeſtim ſe mortuo luẽ deſituram: quod & factum. huic dæmon hoc manifeſtaret. *refert hiſtoriam Villamontius lib. 2. peregrin. c. 7.* Item quæ intellexit per reuelationem: ſiue illa contineatur in ſacris litteris, ſiue aliter dæmoni fuerit à Deo manifeſtata. Hoc pacto tam multa olim maligni ſpiritus prædixerunt de fidei arcanis, de Chriſti ortu & miraculis, de idololatriæ euerſione & ſimilibus, vt cum Hermetem ijdem ſpiritus docuerunt Ægyptiorum ſuperſtitionem abolendam ζ ; cùm Apollo ſe cedere Hebræo puero pronunciauit,& alia quæ accuratè congeſta à Steucho Eugubino ν . Hæc quo ad futura.

ζ *Aug. lib. 8. de ciui. Dei c. 23.*

ν *lib 3 de perenni philo. a. cap. 14.*

Quartò, nihil dubitandum præterita dæmonem omnia memoriâ tenere, quæ vel alienâ relatione accepit, vel ipſo coram geſta fuere: tunc enim actus cognitionis cognoſcentem vt præſentem, ſui ſpeciem in mente dæmonis imprẽſam reliquit.

ℓ 3. *Reg. 8. v. 39. Act. 1. v. 24.*

Quintò, de præſentibus res obſcura non eſt. nam quæcunque actu exteriore prodita ſunt, vt ſecreta furta, res perditæ, theſauri olim defoſſi, metalla ſubterranea, quæ hominum cognitionem fugiunt, dæmonibus nota ſunt. de ſolis cogitationibus in animo manentibus controuertitur, an eas dæmones cognoſcant? Experientia ſæpe probauit illum non eſſe mendacem indicem, ſed per energumenos veris infamiæ iactis configere. Scio quid Scot. Duran. Ockam cenſuerint: ſed placet communior ſententia Alberti Magni, Alexa. de Hales, D. Thomę, D. Bonauent. Richardi, & Ariminenſ. virtute ſuâ naturali, nullas eum affectiones liberas, vel cogitationes ſpontaneas hominis, ſine alicuius manifeſtatione, poſſe cognoſcere. quia hoc Deo proprium θ . Quo argumento Sancti Patres Ambroſ. & alij ι probant Chriſti diuinitatem, ex cognitionum ſecretarum cognitione. Sed & Gentiles hoc fatẽtur ж . Verùm ſi cogitationes vultus vel membri alicuius motu aut mutatione, vel alio extrinſeco ſigno prodantur: periuis & ſollertiùs, quam exercitatiſſimi medici, ex huiuſmodi dæmones indicijs internas animi affectiones deprehendunt, vt docent Auguſtin. & Caſſianus λ . Poteſt etiam veterator adeò vehementer phantaſmatibus immiſſis hominem turbare, vt vix ad aliud aduertere, vel aliud queat tum cogitare, quam quod ab eo ſuggeſtum fuit: ita fit vt videatur diuinare quæ homo cogitat. hoc accidit in Albigerianâ viſione, de qua ex Auguſtino Cardanus μ . ita Scottus Parmenſis anno 1579. Trajecti ad Moſam hanc cogitationum ſcientiam aucupabatur. dicebat enim, cogita quod voles, & cogitationem diuinabo. ſcilicet dæmon importuniſſimam ſtatim de re aliquâ Magno notâ immittebat cogitationem.

λ *D. Aug. d. c. 5. Caſſia. collat. 7 c. 16.*

μ *libr. 8. de varieta. rer.*

Notandæ ſextò circa hæc fraudes aliquæ diaboli. Nam cùm eſt ignarus rei futuræ; tum, ſi coram prudentioribus & doctioribus agat, exili ſono, ambiguè, vel perplexè & obſcuram adeò reſpondet, vt vix intelligatur. exempla vetera ſuppetunt varij ξ , recentius vnum Grillandus ο , idemque fieri ab eo ſolere teſtatur Pſellus lib. de Nat. dæmon. Si res ipſi ſit cum ignaris & ſimplicibus, fucum non facilè deprehenſuris; audacter, & palam mentitur ϖ . Cauſa tam ambiguè reſpondendi eſt, vt quomodocumque res accidat, vel laudem conſequatur, ſi pro conſultoris voto; ſin contra, queat prætexere ignorantiam atque ſtuporem interrogantis, qui mentẽ reſponſi non intellexerit. Ecce Cræſo reſpondet.

ξ *Cicero de diuinat. Euſeb. lib. 6. præpar. c. 10. Socrat. libr. 4. Hiſt. Eccleſ. c. 15.*

ο *q. 6. n. 7.*

Perdet Cræſus, Halyn tranſgreſſus, maxima regna.

Si viciſſet Cyrum, hoc volebam dixiſſet, te copias omnes hoſtium depopulaturum. Vincitur Cræſus; hoc ait volebam, te filium depopulaturum. cur mentem meam non aſſecutus? Simile reſponſum tulit Ferrantis Flandriæ Comitis matri cum pro diademate carcerem filius ſibi infelici prælio deſponderet. *lege Gaguinum lib. 7. Hiſt. Franc. & Bernard. Girard. lib. 6. Annal.*

π *Euſeb. lib. 4. de præpar. c. 1. & lib. 5. c. 6.*

Septimò ſciendum dæmones qua pollent celeritate, quæ in remotis longo itinerum interuallo regionibus geruntur, tam celeriter denunciare poſſe, vt diu ante prædicta ab ignaris

ι *D. Ambr. in Luc. c. 5. D. Hieron. in Matth. c. 9. D. Chryſoſt. homil. 30. in Matt. B. Cyrillus lib. 2. in Ioan.*

ж *Xenoph. libr. 4 de dict. & fac. Socra. Apol. Ioniusque Tyan. in Orat. ad Domitian. Iulianus Apoſtat. apud Ammianũ lib. 25. Pacuuius apud Gell. lib. 14.*

naris putentur. Sic Apollonius cùm Ephesi esset, exclamauit, vt præsens spectaculo, Romæ interfici Domitianum ρ. aliud exemplum de quodam iuuene refert Gellius σ, aliud de Chariberto Aimoinus τ, aliud sui temporis Grillandus υ, plura æui huius Nicol. Remigius φ.

ρ *Philost. in vitâ Apoll.* σ *li.15.Noct. Attic.c.18.* τ *lib.3.Annal.c.22.* υ *q.6.nu.8.* φ *lib.3.de mensal.c.10.*

De his qui volet plura legat Grilland. *q.6.a.n.3.* Michael Medinam *lib.2.de rectâ in Deum fide c.1.* Binsfeldium *in tract. de malef.& mathema.Notab.10.*

QVÆSTIO III.

Quomodo dignoscatur diuinatio à prophetiâ & coniectatione?

QVando pactum adest expressum, nihil res habet difficultatis: in pacto tacito difficilius iudicium. Tria tamen poterunt obseruari; nempe proportio rei cognoscendæ & causæ per quam cognitio quæritur; natura quoque, qua præditus est cognitio quæsita; & intentio, quam habet qui quærit.

Primò si talis sit illa proportio vt sufficienter vnum ex alio deprehendatur, non erit diuinatoria neque damnanda haec inquisitio. Proportio autem huiusmodi triplex est. vna, qualis effectûs ad suam causam, sic cognoscitur eclypsis ex cæli motu: alia, qualis causæ ad suum effectum, sic ex fumo ignis cognoscitur: tertia, qualis diuersorum effectuum cum causa communi cui vterque effectus connectitur, & sic originatione etiam sibi quodammodo proportionãtur; sic, quia quæ causa est arcus cœlestis, eadem quoque causa est serenitatis, recte è serenitatem ex arcu cœlesti colligemus. Si vero ex nullo horum capitum trium queat vnum ex altero cognosci; cessenda inuestigatio cum tacito dæmonis pacto coniuncta.

Secundò quoad ipsam cognitionem, siue modum cognoscendi, considera; Num quæratur cognitio certa & infallibilis, vel saltem firmior, quàm par sit sperari, consideratâ humana arbitrij, & aliarum similium causarum concurrentium libertate; tunc pactum tacitum censebitur. Hinc vehementissima suspicio nascitur contra astrologos, onirocriticos & similes, qui

de huiusmodi futuris contingentibus aliquid absolutè asserunt, etiamsi dicant, se velle id probabiliter tantùm affirmare. Contra ex eodem capite excusandi astrologi, oniro- α *Sixt. 5. in bullâ cont. astroleg. &c.*
critæ & similes: qui reuerâ non nisi vt probabiliter, & indefinitè, circa humanos euentus, quædam conijciunt, ex impressionibus cælestibus & corporeis affectionibus, quas homines verisimilimùm suâ sponte sequi solent β.

β *Caietan.2. 2.q.95.a.5. & 6.*

Tertiò attendendum, velitne quis seriò quærere cognitionem occultorũ, per media ad id vana, & ex medijs istis solis, non à Deo, illam exspectet. nam & tunc præsumitur tacitũ pactum subesse. Ex hoc capitè à superstitione diuinatoriâ excusantur. 1. qui ioci tantum causâ huic diuinationi vacaret, sciens eam inutilem esse: quemadmodũ nemo superstitiosum iudicet eum, qui in cerebro gallinæ smaragdum, vel in simiæ tergo caudam quæreret, sciens se illic non inuenturum. 2. qui gnarus rem ad hoc naturâ suâ inefficacem esse, per hanc tamen à Deo cognitionem exspectaret precibus & desiderijs petitam: sic in S. S. excusantur sortes consultoriæ, de furto Achan γ, & de causâ tẽpestatis δ, & de Ionathâ ε; iuxta dictum sapientis ζ; *sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* sic etiam excusandi, qui in graui causâ & arduo negocio vel terrâ; vel doceri cupiunt, per aliquam vocem siue actionem humanam, præter intentionem dictã vel factam η, vt fecerunt Abrahæ, & Ionathas θ. Et hæc veriora sunt, quàm quæ nimis rigida Niderius posuit in Præcep. 1. cap. 9. n. D. in fine.

γ *Iosu.7.* δ *Ion.1.* ε *1.Reg.22.* ζ *Prouer.16. v.vlt.* η *D.Thom. d.q.95.a.7.* θ *Genes.24. & 1.Reg.14*

QVÆSTIO IV.

Quale peccatum sit diuinatio?

IN primis illicita est, & superstitiosa, & sapiens hæresim, quãdo quæritur cognitio rerum ipsi dæmoni incognitarũ. Illicita, superstitiosa & manifestè hæretica, quando dæmoni cultus latriæ vel duliæ exhibetur, vel imagines baptizantur, vel pueri rebaptizantur, rerúmue sacrarum abusus accedit.

cedit. Illicita tantum & non superstitiosa, quando quæritur cognitio quæ dæmonis scire non superat α.

α Peña cõm. 67. in par. 2. direct. Inquisit. de quo nos plura lib. seq.

Secundò sciendum, quod explicitum pactum, semper sit mortiferum, siue voce, siue facto dæmon inuocetur: nec inter fideles vllus videtur locus esse ignorationi. Alcimus Auitus vt mittam ceteros, contra diuinationẽ illicitam hanc tulit sententiam verissimam *lib. 2. Carmin. c. 15.*

Nec minus hos pulsat temeraria cura sciendi
Angit præscitus ducti quos terminus æui;
Cùm tamen eductas inferni sedibus vmbras
Colloquium miscere putent, & nota referre:
Spiritus erroris, qui tum bacchatur in illis,
Ad consulta parat vanis responsa figuris.
Ne vero multis dicamus singula verbis,
Præsenti illusus, damnabitur ille perenni
Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat.]

Sint exemplo Saul consulens Pythonissam in Endor, & vxor Ieroboami consulens Beelzebub Deum Accaronitarum. [*1. Reg. c. 28. & 4. Regum c. 1.*] Naturâ quoque suâ lethalis est Diuinatio coniuncta tantum implicitè siue tacitæ inuocationi, seu quod idem est pacto; sed fit veniabilis, 1. propter ignorantiam; si illa tanta vt difficulter vinci potuerit; hoc est non affectata, nec nimis crassa vel supina fuerit. 2. licet materiæ leuitas ordinariè non excuset, eo quòd hæc est vsurpatio cognitionis Deo reseruatæ, quæ per se admodum grauis etiamsi materiâ abstrahatur; tamen quando claris indicijs constat animum & intentionem planè caruisse superstitione, (e.g. quia non tam cognitionem adipisci voluit, quam tali obiectatiunculâ sic se per iocum oblectare) peccatum fieret venia-le vanitatis: possetque nonnunquam contingere, vt talis iocus ab omni delicto immunis esset, & adeò decenter & opportunè adhiberetur, vt ad virtutem Eutrapelię videretur pertinere.

β 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 4.

Sic P. Gregor. Valencia β, quem in hac quæst. sum secutus.

QV Æ-

QVÆSTIO V.

Quotuplex sit diuinatio?

EX D. Augustini & D. Thomæ doctrinâ α, diuinationis omnis fundamentum est implicitum vel explicitum pactum cum dæmone. Implicitum censetur, quando quis quæsitæ cognitionem soli Deo reseruatam, aliunde quam ex Deo, absque medijs indebitis, hoc est à diuinâ prouidentiâ ad hoc minimè institutis. Nam hoc ipso quòd quis ad has vanitates & inanias falsas respicit, vult profectò à dæmone edoceri; qui huiusmodi curiositatum auctor est, & earum functionibus se libentissimè permiscet. Explicitum pactum seu inuocatio duplex est, nam vel fit expressis & conceptis verbis, vt faciunt incantatores, qui coniurant per illicitas formulas à dæmone expressas; vel fit ipso facto & actione, quando quis facit illud, quod nouit dæmonem, pro signo seu tesserâ suæ opis & efficaciæ constituisse β.

α *Aug. lib. 2. de doctrin. Christ. c. 21. et 23 D. Tho. d. q. 95. a. 2.*

β *Caietan. d. q. 95. ar. 3. Natar. c. 11. Manual. nu. 11.*

Theologi explicitas omnes (vt & Grilland. γ) reducunt ad *Nigromantiam*: implicitas, ad *Sortilegium* & *augurium*, nisi significatio, nec satis omnes species (quæ penè innumerę) comprehendens: de quibus iam materia & ordo me vocant singillatim agere. Diuidam in duo quasi capita omnes quas intendo species, priore complectar eas in quibus clarè cognoscitur pactum expressum: posteriore ceteras.

γ *d. q. 6.*

QVÆSTIO VI.

De speciebus diuinationis, in quibus aperta inuocatio interuenit.

HVius summa quasi genera sunt duo, *Oraculum* seu *Dæmonomantia*, & *Mangania*.

Oracula, Vaticinia, χρησμοὶ, μαντεύματα, Dæmonomantiæ, hæc omnia possunt pro ijsdem sumi; nam communè omnium est, quòd ijs *Theomantiam* veram siue *propheriam* Diabolus semper fuit imitari, dando petentibus responsa vel ex antris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel ex ſtatuis, vel ex hominibus. Talia fuere, oracula, Iouis Dodonæi, quod à poſteris Dodanim inſtitutũ; qui Magi fuere, & quercus conſecrarunt, & pelues pulſari inſtituerũt, quę ſpectris diuinandi diu ſanè viguit: itẽ Iouis Ammonis, quod Hebræi vocabulũ ſignificat veracẽ; item Iouis Trophonij de quo exſtat accuratus Dialogus Nicolai Leoniceni α, item Apollinis Delphici, Clarij, Delij, Smynthęi & innumera β alia; Venas etiam Gazenzis, paucis noti γ. Horum cauſam phyſicã reddere poſſe multi cenſuerunt, non veteres tantum, ſed & recentiores viri eruditi δ; pleriſque viſum eſt peculiarem quandam loci illius è terrâ exhalationem, quæ fanaticos efficiat adducere. Vtuntur ſimilitudine petitâ ab illis, quos ætra bilis exagitat, quos, inquiunt, non modò ſibi ignota fari ſolere, ſed ſinguis etiam loqui quas, dum ſani erant, nullo modo ſciuiſſent. Verùm hoc, quod de linguarũ locutione addunt, atrę bilis temperationi, quam cauſæ efficienti, nequit aſcribi, quia dependet à conſideratione. Præterea ſanior, hoc eſt Chriſtiana, philoſophia hac in re conſentit Pſello; quem illi iniuriâ reprehendunt, qui Pſellus, & cum eo Fernelius inſignis medicus ε, cenſuerunt effectus tales adſcribendos dæmoni adſiſtenti, vel obſidenti hominem, ſpecũ, ſtatuamue; per accidens tantũ fieri, vt dæmon hæc, quàm illa loca, vbi talis non eſt exhalatio, velut accommodatiora inſtituto ſuo deligat; ſicut & libentius obſidet animalium biliariorum corpora. Quare quòd, expurgato medicamento corpore, ceſſet vaticinatio; hoc inde fit, quia dæmon illa corpora deſerit, in quibus non inuenit ampliùs amicas ſibi diſpoſitiones. Quod verò priſca ceſſarint oracula, non tam tribuendum vapori ſeu exhalationi illi deficienti, quàm virtuti Saluatoris noſtri IESV; qui ſuperueniens fortior, fortì armato hæc deceptionis vaſa extorſit. Iamblichus, ipſe ſibi contrarius ζ, vaticinia nec ab arte, nec à naturâ, nec à ratione, nec ab aliâ quapiam cauſâ manare cenſuit, ſed diuinitùs tantùm concedi, hoc eſt à dæmonibus. Dæmon autem hæc oracula pleraque per maleficas fundebat, tales enim fuere illę feminæ quæ dictæ *Dodonides columbæ*; vt docuit Pauſanias in Ar-

α *Dial. Trophonius.*
β *vide Celiũ Calcaguin. li. de oracul. Iul. Siren. libr. 7. de fato. Leloyer. lib. 4. de ſpect.*
γ *Marcus in vitâ S. Porphyrionis Gazenſis Epiſc.*
δ *Iamblich. lib. de myſter. Plutar. lib. de defec. oraculi Pomponat. lib. de incant. Aponenſ. in ſect. 30. problem. Leuin. Lemn. lib. 1. de occult. c. 2. Sirenius 3. & alij.*
ε *lib. de abdit. rer. cauſ. 2.*
ζ *lib. de myſter. c. 11. & 26.*

dic. η tales *Gallicenæ* (ſic dictæ mulieres antiſtites Gallici oceani, in Senâ Britannici maris inſulâ) quæ magici carminibus vi tempeſtates ciebãt, ſeque in quas collibitum animalia videbantur transformare, futura prædicebãt, & ſanabant quæ alijs inſanabilia θ. tales *Pythiæ* Delphis, vt ex deſcriptione Oraculi à plurimis ι traditâ patet: talis *fatidica Branchidarum*, quod oraculum ab Iamblicho κ deſcriptum. Magi etiam fuere Colophonij, Trophonij, & Soractini, de quibus Paulò in Achaic. & Strabo Geograph. lib. 5. legendi. Talis Francica Pythoniſſa, quæ Meroueum decepit, de qua Greg. Turonenſis hiſt. Franc. lib. 5. c. 14. Tales omnes *Pythonici*, qui & ἐγγαστρίμυθοι, & ἐγγαστριμάντεις (eo quod ex imo ventre vox prodire videbatur, vt explicant Origenes & alij λ) & γαστριμάντεις, eò quod aliquando ſub pectore infra cutem ſe dæmon oſtentet, & per pectus loqui videatur (talem ſe vidiſſe teſtatur Cælius Rhodiginus μ) vocantur etiam pythones à ſibilando πυθωνίζεσθαι, & ἐνυπτίλλιοι à quodam Eurycle ſic obſeſſo, iuxta Suidam & Ariſtoph. vel ab ipſo dæmone obſidente, quę Euryclen vocat Plutarchus. Huc pertinent quibus dæmon ex arcâ reſpondet. operæpretium puto adſcribere, quod duo recentiores ſcriptores Germani de hac re cõmemorarũt: fuiſſe in Miſniâ ruſticum quendam: hũc domum retuliſſe pedatiuã veſicæ ſuis incluſam, & ſcamno impoſuiſſe: cumq; aliò abiiſſet, ſus domeſtica, vt vorax & multiuolũ eſt animal, in ventrem incidit, & vt vidit deuorauit. Ruſticus rediens, quam nõ inueniebat, ab vxore depoſcit. negat mulier vidiſſe ſe. quid agat? adit ſtolidus vetulam propè degentem, quam pro veratricibus habebant. iubet muliercula virum in limine domus reſiſtere, nec à lineâ quã cretâ notarat latum abire culmum: mox ingreſſa cubiculum, dæmonem ſciſcitatur de fure, his verbis, arcanitroſpiciens: Quidam N. pecuniã ſuam domũ reuerſus eſt amiſit die. quem ais furatum? reſpondit veterator ex arcâ (motuo ſuo tripode) ſus comedit domeſtica. Tu tamen dicito, & iugem eius vt cũ ſacerdote amaſio eam abliguriret, clã fabulaſſe. Ita reſpondet illa ruſtico, quod à dæmone iuſſa, tacet

η *Natalis Comes libr. 6. Mytholog. c. 10.*
θ *Pompon. Mela libr. 1. & Cælius li. 13. antiq. c. 33.*
ι *Herodot. Xenophon. Strabone, &c.*
κ *lib. de myſter. Ægypt.*
λ *Origen. lib. 7. contra Celſ. Chryſoſt. in 1. ad Cor. c. 11. & Oecumen in c. 16. actor.*
μ *lib. 8. c. 10*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de sue. Sed rusticus cuncta sciebat. nam nihil veritus ani-
le interdictum, pedetentim ac leniter illam fuerat subsecu-
tus & ante ostium cubiculi substiterat, vt quid malefica moli-
retur, accuratè per rimam obseruaret. Reuersus domum vxori
& amicis cuncta narrat; ex eorum consilio suem mactat, ejus
menam potitur. Defert triueneficam, vt calumniatricem, ad
dæmonis partiariam. magistratus portentum flammis exp-
uit. Vocantur etiam huiusmodi, *à dæmone afflati*, vocantur
ν *l. 1. D. de aedil. edict.* *natici* etiam à Iurisconsultis ν, Græcis ἔνθεοι, ἐνθεάζοντες, ἐνθου-
σιάζειν: differunt ab *arreptitijs* & *obsessis* solâ vaticinatione. Ex
hoc genere fuere, Orpheus, Musæus Atticus, Tyresias & alij
& cõmuniore consensu *Sibyllæ*, quarum nomen nõ est im pro-
o *Esther 4. v. 4.* קבל babile deductum à *Kibel* ο, recepit, acceptauit, vnde *kabala*
significat doctrinam cælitùs traditione acceptam. Sanè Sibyl-
larum antiquissima Sambethe, Noachi filia fuit. Tales etiam
sunt ἐκστάτικοι, qui à dæmone extra se rapti, motu sensuque
priuati, & mira putantes interea sese adspicere, quæ futura
postmodum, enunciãt. Omnes huiusmodi fanatici, siue vates
idolorum, ventriloqui, Ecstatici, & reliqui quos dixi, damna-
π *Leuit. 20. v. vlt. Deut. 18. v. 11.* tur in sacrâ scripturâ π. & contra hos Saul pœnã mortis sanc-
xerat, vel potiùs à Mose sancitam fuerat executus ρ.
ρ *1. Reg. 28.*

SECTIO II.

De Manganiæ modis varijs, & primò de Necromantia.

ALterum diuinationis caput vocatur γοήτεια, siue μαγι-
κὴ cuius plurimi sunt modi.

Præcipuus est, ille quẽ cum Iamblicho perperam nonnulli
audent vocare θεουργίαν, rem pessimam honesti nominis pallio
α *libr. 4. de spect. cap. 4. vide August. lib. 10. de ciuit. Dei, c. 9.* tegentes, vt accuratè docuit Petr. Leloyherius α; alijs magiæ
dicitur ψυχομάντεια, ψυχαγώγια, ψυχοπομπαία, sepulcralis
carmen vocat Apuleius, communiter dicimus Græcâ dictio-
minatione *Necromantiam*. hanc gentiles certis locis (quæ pro-
β *Claudian. in Rufin.* tabant esse inferni ostia, vt in occiduo Gallię litore, & vt apud
Thesprotum, Tarẽtum, Auernum, Cimmerios, & Heracleã)
certis ritibus exercebant; quibus se putabant manes elicere
descri-

scribitur accuratè à nostris poëtis. Horatius Sat. 8.

carminibus quæ versant atque venenis
Humanos animos; has nullo perdere possum
Nec prohibere modo, simulac vaga luna decorum
Protulit os; quin ossa legant, herbasque nocentes.
Vidi egomet nigrâ succinctam vadere pallâ
Canidiam pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Saganâ maiore vlulantem (pallor vtrasque
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram,
Vnguibus, & pullam diuellere mordicùs agnam
Cœperunt. cruor in fossam diffusus, vt inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea. maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat seruilibus, vtque
Iam peritura, modis. Hecaten vocat altera, sæuam
Altera Tisiphonen. &c.

Seneca in Oedipo, canit in nemore obscuro densitate arborũ
Tyresiam hanc magicen peregisse, vt Laium euocaret;

Huc vt sacerdos intulit senior gradum,
Haud est moratus, præstitit 2 *noctem locus.*
Tunc 1 *fossa tellus, &* 3 *super rapti rogis*
Iaciuntur ignes. ipse 4 *funesto integit*
Vates amictu corpus, & 5 *frontem quatit,*
Lugubris imos 6 *palla perfundit pedes:*
Squallente cultu mœstus ingreditur senex:
Mortiferâ canam 7 *taxus astringit comam,*
Nigro bidentes vellere 8 *atque atræ boues*
Retro trahuntur 9 *, flamma prædatur* 10 *dapes,*
Vinumque 11 *trepidat igne feràli pecus.*
Vocat inde 12 *Manes, teque qui Manes* 13 *regis,*
Et obsidentem 14 *claustra lethalis lacus:*
Carmenque magicum voluit, & rapido 15 *minax*
Decantat ore; quicquid aut placat leues
Aut cogit 16 *vmbras. irrigat sanguis* 17 *focos,*

Solidasque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solitaſque 18 *pecudes vrit, & multo ſpecum* 19
Saturat cruore : libat & 20 *niueum inſuper*
Lactis liquorem, fundit & Bacchum 21 *manu*
Læuâ. 22 *canitque rursùs,* 23 *& terram intuens* 24
Grauiore Maneis voce, & attonitâ 25 *ciet.*

Aſcripſi notulas numerarias, vt intelligatis, totidem his ve-
ſibus ritualia exprimi, accuratiſſimè, vt ſolet poëta iſte: de qui-
bus qui plura volet, adeat Aduerſaria & Commentaria noſtra,
quæ iam edita ſuperioribus annis. Statius tamen addidit nu-
merum ararum, hoſtiarumque & alia quędam, hoc ipſum Ty-
reſię elicium deſcribens copioſiſſimè, ſed parùm clarè: addam
lucis aliquid aſcribendo, quod illorum erat officium, qui com-
mentarios polliciti. Primò itaque ſignificat Tyreſiam ſolitum
huic dumtaxat diuinationi, neglectis alijs vacare:

Conſulit ille Deos, non largâ cæde iuuencûm,
Non alacri pennâ, aut verum ſpirantibus extis,
Nec tripode implicito, numeriſque ſequentibus aſtra,
Thurea nec ſupra volitante altaria fumo:

Subdit ſolitum dumtaxat Maneis elicere; idque tum facit-
rum, priùs Thebanum regem, qui ſe conſuluerat, ritè purifi-
caſſe, & communiuiſſe, ne quid illi noxæ à Manibus inferre-
tur. Sed primus verſiculus, mendoſus eſt, & fortè præcedens a-
liquis intercidit:

Tam penitus duræ quam mortis limite manes
Elicitos patuiſſe refert. mox;
parat ante ducem, 26 *circumque bidentum*
* malè meus cod. odoris. *Viſceribus laceris, &* * *odori ſulfuris aurâ,*
Graminibuſque nouis, & longo murmure purgat.

Deinde, deſcriptâ ſiluâ veteri, & tenebroſâ, & horrendâ,
Hecatæ ſacrâ, & ſpectris infeſtâ:

Cęruleæ coronæ vocantur ferrugineæ, nam color hic Diis ſacer.
Hic ſenior vates (Stygijs accommoda quippe
Terra ſacris; multoque placent ſola pinguia tabo)
Velleris obſcuri pecudes armentaque ſiſti
Atra monet.
Tum fera 27 *cæruleis intexit cornua ſertis*

Ipſe manu 28 *tractans, notæque in limine* 29 *ſiluæ.*
Principio largos nouies 30 *tellure cauatâ*
Inclinat Bacchi latices, & munera 31 *Verni*
Lactis, & Actæos 32 *imbres, ſuadumque cruorem.*
Manibus aggeritur quantum 33 *bibit arida tellus.*
Trunca 34 *dehinc nemora aduoluit, mæſtuſque ſacerdos.*
Tres Hecatæ, 35 *totidemque ſatis* 36 *Acheronte nefaſtis*
Virginibus, iubet eſſe focos. tibi rector 37 *Auerni,*
Quanquam infoſſus 38 *humo, ſuperat tamen agger in auras*
Pineus: hunc iuxta 39 *cumulo minor ara profundæ*
Erigitur Cereri, frondes atque omne cupreſſus
Intexit 40 *plorata latus. iamque ardua ferro*
Signati 41 *capita, & frugum libamine* 42 *puro*
In vulnus cecidere greges. Tunc innuba 43 *Manto*
Exceptum pateris 44 *prælibat ſanguinem & omnes*
Ter circum 45 *acta pyras, ſacri de more parentis,*
Seminecis fibras 46 *& adhuc ſpirantia reddit*
Viſcera, nec rapidas moratur frondibus 47 *atris*
Subiectare faces. atque ipſe ſonantia 48 *flammis*
Virgulta, & triſtes crepuiſſe vt ſenſit aceruos
Tireſias.

Cuius mox ſubit carmen Magicum (nam & Papinius duo ponit) quo inuocantur Infernus Pluto, Proſerpina, Hecate, Tiſiphone, & iubentur Tartarus, Cadmeæ gentis Manes liberè pati exire, ceteros manere.

Tartareæ ſedes & formidabile regnum
Mortis inexpletæ, tuque ô ſæuiſſime fratrum,
Cui ſeruire dati Manes, æternaque ſontûm
Supplicia atque imi famulatur regia mundi:
Soluite pulſanti loca muta, & inane ſeuerę
Perſephones, vulguſque caua ſub nocte repoſtum
Elicite, & plenâ redeat Styge portitor alno.
Ferte ſimul greſſus, nec ſimplex Manibus eſto
In lucem remeare modus. tu ſepare cætu
Elyſios Perſea pios, virgaque potenti
Nobilius Arcas agat. contra per crimina functis,

Imbres Actęi, *melliti liquor.*
Quantum) *Verſus iſte nõ pendet à præcedenti: declarat fuſionis modũ.* Trunca nemora, *arbores decapitatas. quod hic ſolemne.* Acheronte fatę *ſunt Eumenides. aræ ſic ponũtur Hecatæ: tres Eumenidibus ſed hæ, nõ infoſſæ, bimęles tamen. Vnica Plutoni, Infoſſa, ſed ſuper illas etiam alias eminens: ſimilis, paulò hac demiſſior, Proſerpinæ. Cupreſſum ploratam vocat, quæ in funere alicuius ambuſta. Præſibabat Virgo ſanguinem quę Manes bibituri. Secũdus enim iſte ſanguis: primus effundebatur quãdiu terra imbiberet: poſterior Manium potus ac deliciæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui plures Erebo, pluresque è sanguine Cadmi,
Angue ter excusso & flagranti prævia taxo
Tisiphone dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat vmbras.

Sequitur tandem secunda & minax incantatio, moram non ferente.

Atque hic Tiresias, nondum aduentantibus vmbris,
Testor (ait) Diuos, quibus hunc sacrauimus ignem,
Læuaque [49] conuulsæ dedimus carchesia terræ,
Iam nequeo tolerare moram. cassúsne sacerdos
Audiorè an rabido iubeat si Thessala cantu
Ibitis? an Scythicis quoties armata venenis
Colchis agit, trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor? si non attollere bustis
Corpora, nec plenas antiquis ossibus vrnas
Egerere, & mixtos Cælique Erebique sub vnum
Funestare Deos libet, aut exsanguia ferro
Ora sequi aut ægras functorum carpere fibras.
Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ
Spernite, ne moneo, & nobis sæuire facultas.
Scimus enim & quicquid dici, fierique timetis,
Et turbare Hecaten, ni te Thymbræe vererer,
Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum est.
Illum. sed taceo, prohibet tranquilla senectus.
Iamque ego vos auide. &c.

Ecce tibi Magorũ in dæmones iaci solitas minas, de quibus dixi lib. 2. ex Anebone Ægypt.

Triplicis &c.] Dæmogorgonem describit.

Ex his Papinij ritualia præterea, plus viginti, notaui notatu digna: quæ singula probare libri integri foret. Illud tantum addidero, ex his colligere hinc duos Necyomantiæ modos; vnum per sacrificium, alterum per incantationem solam, quo vtebatur Tiresias; alium Thessalicum, adhibitis funestioribus ritibus, ossibus, fibrisque mortuorum, & alijs rebus planè feralibus, quem Lucanus describit lib. 6. agens de Erichto excitante animam defuncti militis Romani. primùm itaque illic inter cadauera, nutans animo quod caperet,

1 *Electum tandem traiectum gutture* 2 *corpus*

Ducit, & inserto laqueis feralibus [3] vnco,
Per scopulos miserum trahitur, per saxa cadauer,
Victurum, montisque caui, quem tristis Erichto,
Damnarat sacris, alta sub rupe locatur.

Vbi illic in suâ specu, quã nemus tenebrosum magis inumbrat, vbi nulla vnquam à sole lux; cadauer habuit; assumsit habitum artis suæ præceptis congruentem:

** Discolor [4] & vario furialis cultus amictu*
Induitur, vultusque [5] operitur crine soluto,
Et coma vipereis substringitur horrida [6] sertis.

* pro, decolor hoc est ater.

Tum opus aggreditur, & adhibet instrumenta solita, quibus corpus viuificari videatur.

Pectora tunc primum feruenti [7] sanguine supplet
Vberibus laxata nouis, taboque medullas [8]
Abluit, & vivus largè [9] Lunare ministrat.
Hæc quicquid fetu genuit natura siniſtro
Miscetur. non spuma canum [10] quibus vnda timori est,
Viscera non [11] lyncis, non diræ [12] nodus hyenæ
Defuit, & cerui pasti serpente [13] medulla;
Non puppim [14] retinens Euro tendente rudenteis
In medijs echeneis aquis, oculique [15] draconum,
Quæque [16] sonant fera tepefacta sub alite saxa,
Non Arabum [17] volucer serpens, innataque [18] rubris.
Atquoribus custos pretiosæ vipera conchæ,
Aut vmentis adhuc [19] Libycæ membrana ceraſtæ,
Aut cinis [20] Eoâ positi phœnicis in arâ.
Quo postquam viles, & habenteis nomina pestes
Contulit, infando [21] saturatas carmine frondes,
Et, quibus os dirum [22] nascentibus insputt, herbas
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa veneni.

Virus] Spumam quam vocant Lunæ de qua Cõm. in Senecam. porro cuncta quæ hic recensentur, habentur vt venena magica, veterum libris commemorata.

Postremò herbas, incantatio sequitur duplex, primùm vlulatu & infremitu ferarum sono; deinde cõcepto ac solemni Carmine. Hodie quoque murmur, verbis præmittunt.

Tunc vox Lethæos, cunctis pollentior herbis,
Excantare Deos, confudit [23] murmura primùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dissona, & humanæ multum discordia linguæ.
Latratus habet illa canum, gemitusque luporum.
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur,
Quod stridet, vlulantque feræ, quod sibilat anguis,
*Exprimit, & planctus illisæ * cantibus vndæ,*
Siluarumque sonum, fractæ tonitrua nubis.
Tot rerum vox vna fuit, mox cetera cantu
Explicat Aemonio, penetratque in Tartara linguâ.

* corrige cautibus.

Duo mox subduntur carmina, prius quoque (vt superiora Tiresiæ,) deprecatorium, posterius comminatoriũ. In deprecatorio aduocantur Eumenides, Styx, Chaos, Pluto, Mors, Hylsij, Persephone, Hecate, Cerberus, Parcæ, & Charõ; & obiuratio additur, commemoratis suis meritis, ac cultu illis adhibito duo, necatorum infantium, & antropophagiæ;

Exaudite preces; si vos satis ore nefando,
Pollutoque voco; si nunquam hæc carmina fibris
Humanis [24] ieiuna cano: si pectora [25] plenâ
Sæpè dedi, & laui calido [26] profecta cerebro:
Si quis, [27] qui vestris caput, extaque lancibus infans
Imposuit, victurus erat: parete precanti.

Vulgò male legitur, profecta.

Demùm, cùm vmbra, iam apparens, suum cadauer subire reretur, ac detrectaret, quod illa iusserat;

Miratur Erichto
Has satis licuisse moras, irataque Morti,
Verberat immotum vino serpente [28] cadauer,
Perque cauas terræ, quas egit carmine [29] vimas
Manibus illatrat, regnique silentia rumpit:

Idque minis illis Magorum veterum, quas Porphyrius commemoratis, quas apud alium neminem tam diserte expressas inuenio: sunt autem sequentes:

Tisiphone, vocisque meæ secura Megæra,
Non agitis sæuus Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam vos ego nomine vero
*Eliciam: * Stygiasque canes in luce supernâ*
Destituam, per busta sequar, per funera, cunctis

* En Zoroastreũ illud: qui damones vocat telluris canes, vt doctum lib. 2.

Expellam tumulis, abigam vos omnibus vrnis.
Teque Deis, ad quos alio procedere vultu
Ficta soles, Hecate, pallenti tabida formâ
Ostendam, faciemque Erebi mutare vetabo.
Eloquar immenso quæ te sub pondere terræ
Contineant, Ennæa, dapes: quo fædere mæstum
Regem noctis ames; quæ te contagia passam
Noluerit reuocare Ceres. Tibi, pessime Mundi
Arbiter, immittam ruptis Titana cauernis,
Et subito feriêre die. paretis? an ille
Compellandus erit, quo nunquam terra vocato
Non concussa tremit, qui Gorgona cernit apertam,
Verberibusque suis trepidam castigat Erinnym,
Inspectata tenet vobis qui Tartara; cuius
Estis vos superi, Stygias qui peierat vndas?

Hæc imitatus Cl. Claudianus.

Minatur Dæmogorgonẽ, *quod imitatus fuit Statius versibus citatis.*

Neque hæc tantum, sed postquam vmbram in corpus suũ impulit, illam quoque adfata, eique pollicita est immunitatem à magicis de cetero cantibus.

Dic (inquit Thessala) magnâ
Quod iubeo mercede mihi. nam vera locutum
Immunem [30] toto mundi præstabimus æuo
Artibus Aemonijs. tali tua membra sepulcro,
Talibus exuram Stygio cum carmine siluis,
Vt nullos cantata magos exaudiat vmbra.
Sit tanti vixisse iterum. nec verba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes
A me morte datâ.

Addidit & carmen, quo [31] quicquid consulit, Vmbram
Scire datur. Denique cùm cadauer respondisset, non potuit, sine veniâ Erichtûs vmbra discedere. concedit ergo redeundi facultatem.

Sic postquam fata peregit.
Stat vultu mæstus tacitò, mortemque reposcit.
Carminibus magicis opus est, herbisque, cadauer
Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consumtoiam iure semel. 32 tum robore multo
Exstruit illa rogum. Vadit defunctus ad igneis.
Accensa iuuenem positum relinquit Erichto
Tandem passa mori.

Si mortuus mori quiret, vel arte Magicâ resuscitari. sed de vmbrâ, vt de animâ locutus poëta, metaphoricè vitam mortemque vsurpauit. Sunt autem & in his versibus, triginta duæ notatæ obseruantiæ Magicæ in hac specie diuinationis. Huius secundæ speciei, quatenus iniurij sunt in vitâ functos vel deportationis, vel mortis pœna statuta in viliores γ, & posteriore iure, in vtriusque speciei euocatores à Constantino Ethale supplicium sancitur δ. Tertullianus arcanum detegit, cùm docet non vmbras defunctorum, sed earum loco dæmones apparere, dæmones operari sub obtentu animarum: item, omnem incorporalem corporum exhibitionē præstigias esse, Prior illa Tiresiæ, in qua nudum simulacrum seu idolum animæ exhibebatur, & solâ perficiebatur inuocatione, ἐναργεία propriè dicebatur: posterior verò, in qua Diabolus supplicis videre volebat; ordinariè nunquam sine sanguinis effusione obtinebat, ideoque Apollon. Tyanæus ζ vt se peritiorem alijs ostenderet, negabat se sanguinem libasse; vocabatur autem ἐγκυομάντεια siue νεκρομάντια. Glycas η disputans de vocabo καλδονίζεσθαι, scribit eam vocem quoldam accipere pro obseruatione ominum, alios verò pro euocatione. Nâ καλδάζω vocari Geniorum per excantationes certas attractionem, & sublimi deductionem: deductâ voce à καλῶ, quod idem sit cum καλῶ, euoco.] idem alibi θ non obscurum exemplum nobis proposuit Santabareni illius Pseudomonachi: qui Basilio Imperatori filium vitâ functum, sic ostendisse fertur, ac si viuus adhuc foret. Effecit enim, vt specie imaginariâ Constantinus eques patri, in quadam siluâ, obuiam fieret; quem vbi vitæ fuisset Imperator & complexus, & osculatus esse, mox euanescentem ex oculis amisit.] fefellit Imp. sed non Leonem Philosophum

γ *l. 3. §. aduersus. D. de sepulc. Viola. l. qui sepulcr. C. eod.*
δ *l. multi. C. de malef. & mathem.*
ε *lib. de animâ.*
ζ *Philostrat. lib. 4.*
η *p. 2. annal.*
θ *p. 4. fol. 415.*

Philosophum Iuniorem Basilij filium; qui Santabarenum, non pro sancto, sed pro venefico, vt erat, semper habuit. Sacræ scripturæ, videntur hanc diuinationem vocare, *diuinationem per Pythonem*, vsurpantes nimirum Pythonem, pro dæmone ex terræ profundo specu adueniente, & respondente. Periculi plena res, tum ipsi Mago, quem Diabolus interdum aufert, & vitæ aspectuique subtrahit; vt de quodam narrat Franc. Picus κ; tum ipsis, qui curiosè consulunt, qui nonnunquam de mente abalienantur, & malè pereunt, vt Rex quidam nostris temporibus λ. Quis etiam nescit infelicem exitum Heliogabali, huic superstitioni addictissimi μ? vtrisque consultori & consulenti, pœna mortis lege veteri infligebatur ν. Non desunt qui de his intelligant illud Regis Hymnographi ο; *vt comederunt sacrificia mortuorum*, & illud Isaiæ π; *num requirent pro viuis à mortuis?* Hæc de Necromantiâ sufficiant, de qua ingeniosum opus exstat Steph. Forcatuli I.C. quo Iuris auctores Papinianum, Africanum, Paulium & alios introducit sui ipsosmet responsa explicantes.

1 *1. Reg. 18. v. 7 &.*
κ *libr. 4. de præsag. c. 9.*
λ *N. libr. 2. Dæmonom. c. 3.*
μ *Xiphilin. in eius vitâ.*
ν *Deute. 18. v. 11. iuncto Leuit. 20. v. 6 & 27.*
ο *Psalm. 105. v. 28.*
π *c. 8. v. 19.*

SECTIO III.

De Hydromantiâ.

DE hoc quoque seorsim dicam, quia nulla fœcundior imposturis. Iamblichus meminit ὑδρομαντείας, seu diuinationis per aquam. quæ traditur Andronico Imp. in prætio fuisse. hic enim cum multiplicibus, propter crudele edictum, de necandis coniuratorum propinquis, odijs ac malis se videret obsessum; ad futura per noxiorum dæmonum cultum nostra se conuertit; seque totum (inquit Choniates ρ) perdidit ijs, qui futura ex aquis, quasi per caliginem conijciunt, & imagines futurarum rerum, velut ex vmbrâ solarium radiorum, consectantur. Ac ipse quidem ijs nocturnis sacris interesse noluit, metu famæ, vt arbitror: sed illud Hagiochristophoritæ Stephano mandat. Is Setho adhibito, qui ab ineunte ætate talibus oraculis deditus, oculos propterea Manuelis Imperatoris amiserat, certo ritu percunctatur: quis post Andronicum

ρ *Nicet. Choniates annal. lib. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicum sit imperaturus? Malus genius in aquis primas nomi-
nis Isaacij litteras exhibuit, sed ordine conuerso *Si.* pro *Isid.*
que, secundâ responsione addidit fore; *intra exaltationem eius.* atque ita planè accidit postea; intra illud tempus, iussu Isaacij Angeli, occiso Andronico. Modum illius diuinationis Nicetas addit se ignorare, nec scire velle. ad fugam tamen superstitionis scire, non est inutile. Inuenio species eius varias. vna fiebat per annulum de filo suspensum in aquâ, & vasculi latera constitutis ictibus pulsantem: alia conjectis in aquam statiuam tribus lapillis, & obseruatis gyris, qui trifariam inuicem implexi, circa lapillos diffundebantur: 3. ex agitatione variâ pelagi, quam olim Siculi & Euboeenses, hodie multi nautæ notant. Hinc Christianorum quorundam Orientalium nata superstitio, qui quotannis mare quasi animatum baptizant. Aliò longè pertinet, quod Princeps Venetorum annulo in mare iacto quotannis Adriaticum sibi desponder. Dominationis hoc indicium, non magiæ argumentum est. Fit hoc in memoriam naualis Victoriæ, qua duce Sebastiano Ziano vicêre filium Federici Ahenobarbi Othonem, captumque obtulere Alexandro 3. Pontifici, qui Venetias profugerat. Tum enim Ziano Pontifex annulum de manu sua dedit. ectum obtulit, dicês; Auctoritate meâ hoc annulo fretus Occ- num tibi subijcies; & quotannis tibi posterisque eo die quo hanc victoriam, pro Ecclesiæ defensione obtinuisti, desponsa bis mare: vti sciant omnes, maris tibi dominium concessum, quia Sedis Apostolicæ tuendæ curam & studium fideliter susce- cepisti. Sit hoc tibi, quasi pignus benedictionis & secundæ sortis in futurum. [*narrat Villamontius lib. 1. Peregrinat. fus. c. 34. Prior illo Sabellicus Decad. 1. lib. 7.*] 4. ex aquæ colore fulg- & imaginibus in ea apparentibus, sic tradit Varro belli Mithridatici euentum, multis versibus præsignificatum fuisse. Ad id olim fontes quidam fuere particulares, vnde & πανομάντεια vocata: tales ex Xenagorâ docet Macrobius fuisse cæteres Palicorum in Siciliâ β: talis in Ægypto cisterna in templo Aphaceno, de qua mirabilia memorat Zozimus γ; & vt mittam

β *lib. 5. Saturn. c. 19.*
γ *in vitâ Aurel.*

item Iunonis paludê apud Laconiæ Epidamnũ, Apollinis Thyrxei oraculũ, propè Cyaneas ad Lycum, in fonte tẽplo proximo γ; videtur huc referenda Celtarum veterum, hoc est Germanorum, superstitio; qui recens natos Rheno flumini commendabant, eâ mente, si spurij forent absorbendos, & legitimi innoxios supernatanturos. iuxta illud Claudiani:

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Quæ de re plura diximus *Commentar. in Tragœd. Senecæ.*

Quinto statuebatur cyathus aquâ plenus, & verbis inmurmuratis obseruabatur, num aqua sponte efferuescens effunderetur. Sextus modus est Fessanus: ibi aquam in vitreum catinũ effundunt, eique olei guttulam admiscent, & sic in aquâ, tanquã in speculo, mira cernere se opinantur δ. Septimũ indicat Clemens Alex. cùm scribit mulieres Germanas, solitas sonũ, vorticem, ac circumuolutiones amnium notare, & inde futura prædicere ε. Denique non sunt alieni ab Hydromantiâ, qui hodie adhuc in Italiâ, ad furtorum auctores detegendos, nomina suspectorum nomina totidem pilulis inscribunt, & eas in aquam conijciunt: hisque multò sunt sceleratiores, qui ad Tiberis aquã lustrali abutuntur. Ceterum tempore D. Bernardini Senensis superarant adhuc vestigia μαγομάντειας. Nã qui eius vitam composuit, ei contemporaneus scriptor ζ, de Aretio ista prodidit; extra mœnia vrbis eius fons antiquus fuit, tam olim temporibus illis, quibus idololatria regnabat, sceptris dæmonibus dicatus. Solebant eò ciues Aretini, & circumquaque vicini tanquam ad oraculum Apollinis confluere, responsa petentes ad occultas quæstiones suas, & rerum suorum curationes. Id verò animaduertens Bernardinus verus Christianę religionis cultor & amator, aduersus hunc dæmonũ cultum fortissimè sese erexit, & primò quidem concione ad populũ habitâ & absolutâ, magnoperè omnibus confirmatis animis, hortatus est eos sequi se, ad demolienda impurissimorum dæmonum habitationẽ, prorsùsq; abolenda. Mox verò arreptâ securi vel malleo, cũ populo egressus est ad fontem cumq; ad fanũ dæmonis peruenisset, primus

γ *Pausan. in Achaic.*

δ *Ioan. Leo lib. 3. descrip. Africæ.*

ε *lib. 1. strom.*

ζ *vitæ c. 49.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſe ictibus cæpit contundere, euertitque aram & fontem la-
pidibus penitùs obturauit.]

SECTIO IV.

De alijs manganiæ generibus.

PRimo loco obuia λεκανομάντεια, de qua Pſellus cap. 36
& Nicetas d. lib. 2. Cedrenus eâ teſtatur vſum lânem Mo-
gum Theophili Imp. præceptorem: Curopalates Ioannem
Patriarcham iconomachum vocat, Glycas vero ſcribit Pa-
nal. 2. verum Alexandri patrem Ægypti Regem Nectanabum
Magiæ peritiſſimum, hac cognouiſſe, Ægyptum in hoſtium
uenturam poteſtatem: hodie eâ Turcæ vtuntur. nam in po-
uim aquâ plenam inijciunt cum varijs characteribus pre-
ſos lapides, auri argentique laminas: tum reſponſum ex pe-
uis fundo auditur.

2. γαστρομάντεια. hæc fiebat per phialas vitreas ventricoſ
ſimiliter aqua plenas: & inſpectante puro puero, vel pra-
nanti muliere, reſponſi loco, certæ figuræ & imagines ap-
parebant.

3. καλοπτρομάντεια, quæ rerum quæſitarum figuras in ſpe-
culis exhibet politis: in vſu fuit D. Iuliano Imp. α qui imp-
rium emit, de quo iſta Spartianus; fuit præterea in Iulian
hæc amentia, vt per Magos pleraque faceret, quibus puter
vel odium populi deliniri, vel militum arma compeſci. Nam
& quaſdam non conuenientes Romanis ſacris hoſtias intu-
lauerunt, & carmina profana incantauerunt, & ea quæ ad ſpe-
culum dicunt fieri, in quo pueri, præligatis oculis incanta-
do, vertice reſpicere dicuntur, Iulianus fecit. Tunc que pue-
vidiſſe dicitur & aduentum Seueri, & Iuliani deceſſionem.
Aliud mixtũ Pagomantię refert Pauſanias β agens de Patra
Achaiæ: ibi ante Cereris ædem, fontem eſſe, qui à templo le-
pideo pariete ſecluditur. Ibi oraculum maximè veridicum
fuiſſe cognoui. ex eo non rerũ omnium, ſed morborũ remed
euenta prædicebantur. Speculũ (ait) tenui ſuſpẽſum funiculo

α *Spartian. in Iuliano.*

β *in Achaic.*

demittunt, ita librantes, vt in fonte omninò non mergatur, ſed
toro ambitu ſummam aquam contingat. Exinde vbi odores
adoleuerint, & ritè Deam precati fuerint, inſpiciunt in ſpecu-
lum, & ex eius imaginibus, periturúſne an victurus is æger ſit,
de quo conſuluerunt, diuinant. Neque latiùs omninò huius
artis diuinatio patet.] Sed & de Pythagorâ recentiores γ
memorant, ſolitum ſpeculo concauo inſcribere litteras hu-
mano ſanguine temperatas, & ſpeculum Lunæ opponere, ſic-
que diuinare.

γ Leloyher. li. 4. de ſpect.

4. non diſſimilis præcedẽti, χριστάλλομάντεια; niſi quod hæc
in chriſtalli fruſtis fiat annulo incluſis vel vaſculo alteri, vel etiã
malo, & in cylindrum aut obelum conformatis; quibus etiam
fingit ſe dæmon inhabitare. Quẽdam Noribergę anno 1530.
cernunt in chriſtallo theſauros vidiſſe, à dæmone oſtẽtatos: quos
cum poſtea quodam ante vrbem loco effoſſo quæreret, adhi-
bito familiari vno ſpectatore, & iam in ſpecu arcã vidiſſent,
atque ad eam cubantem atrum canem; magus ſpecum ingre-
ſſus eam aperturus, canẽque abacturus, ſed Cerberi offam
ſecum non attulerat. itaque ille cacumen ſpeluncæ quaſſauit,
& miſerum ruinâ obruit; qua & ſpecus terrâ oppleta. Vir qui-
dam patrum memoria Græcarum litterarum Latinarumque
peritus, & felix ſi illotis manibus fidei myſteria contrectare
non præſumſiſſet, eruditum commentarium in Germaniâ e-
didit de *dæmonum naturâ*, eumque libello Plutarchi de defectu
oraculorum præfixit, ex eo petita eſt, verbis ipſius, ſequẽs nar-
ratio: Conſulti aliqui, de rebus (ait) ignotis, in criſtallis cõſpi-
cuis ea manifeſtò, de quibus quæſitum fuit. *& poſtea*, Fuiſſe
ſibi notum vnum ex præcipuâ familiâ Norinbergæ. Eũ
quodam tempore veniſſe ad ſe, & attuliſſe in ſerico panniculo
rotundum gemmam criſtallinam, figurâ rotundam, & dixiſſe:
donarem ſibi illam fuiſſe à quodam ignoto, qui ſe ante multos
annos de hoſpitio compellaſſet, fortè in forum conuentum,
quemque ipſe in domum ſuam adduxiſſet, & triduò habuiſſet
hoſpitem. Fuiſſe autem ab illo diſcedente & relinquente munus
hoc, ad ſignificationem grati animi edoctum ſe, criſtalli vſum
talem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

talem: si quâ de re certior fieri vellet, vt promeret cristallum, & puerum marem castum iuberet aspicere, & ex eo percuncta retur, quid cerneret? Fore enim, vt de apparentibus pueri fis omnia, quæ requireret, indicarentur. Atque affirmarat hoc se nullâ vnquam in re fuisse deceptum, & mirabilia de puerum indicijs resciuisse; cùm ceterorum nemo quisquâ quã nitidam & puram gemmã intuendo videret. Quodã tempore, cùm grauida ipsius vxor puerum marem gestaret vtero, illi quoque species in cristallo oblatas. Primò autẽ nium formam viri sese exhibere solitam illo habitu, quo communiter vterentur. Et ita deinceps aperuisse, de quibus interrogatum esset, cetera: explicarisque cunctis, illam rursùs viri figuram discessisse, & euanuisse reliqua. Discedentem autem eam, quam diximus, figuram viri, vitam sæpe vide perambulare, & ingredi templa. Fuerat autem fama passim dissipata de illis indicijs, vt negantibus aut dissimulantibus suum delictum aliquod, vulgò minarentur, se relaturos de eo ad illũ se in cristallo ostendentem virunculum. Quin etiã compertum est, fuisse à doctis quibusdam, de dubitationibus suis litterarum studijs aliquando nescio quid propositum, & in cristallo lectum. Sed his & alijs huiusmodi cõpluribus cõmentaratis dixit Spenglerus, hunc aliquando ad se veniſſe cum sali oratione: arbitrari se tempus esse vt à cristalli tali visu dem abstineret. Nam & sibi iam persuasum, eo ipso non leter peccari, & animi perturbati cruciatus grauissimos, se sanè perpessum esse: itaque se decreuisse deinceps nihil illo experimento velle negotij habere: & tradere nunc quod accepisset, de quo meminisse posset, quid ei sæpè strasset, neque nesciret qui rumores in ciuitate percrebuissent. Permittere autem, vt faceret de eo quod collibuisset. Tũ Spenglerus collaudato eo, accepisse se aiebat cristallum, & in mitissimas partes contudisse, & vna cum serico inuolucro in trinam abiecisse.] benè, profectò benè. nec aptius potuit. Nam sic omnes hæc & similia superstitionis arma abolerentur. Nec verendum quidquã est cuiquam, ne fortè se dæmõ vlcis-

catur: impunè hoc omnibus, qui cũ fide fecêre. Burdigalæ adhuc quidam paredriũ habebat in phialâ vitreâ: eo mortuo, heredes nec phialã retinere volebant, nec frangere audebant: consiliũ petituri, adiere Collegg. Soc. Iesv. patres iussere phialam deferri ad se, corã ipsis se terræ illisuros. attulere, sed orarunt ne corã ipsis frangerent: immania se metuere visa. recedẽtibus ergo illis, in accensum tũ forte clibanũ magnâ vi phialã coniecere, & nihil aliud, quàm ex vtriusque elementi conflictu breuem stridorem audiuere. Mihi ipsi, cùm anno 1578. iudicis adhuc ministerium obirem, inter rei cuiusdam Licentiatum annotatas à fisco chartas, præter libellum Magicis plenum cantateribus, oblata simul capsula, sandapilæ more efformata, & in eâ virunculus mandragoreus, ater & sinu pædoreque obsitus, largo capillitio, sed imberbis: hunc, vulgò putant, ad diuinationes, lucra, & alia multa mirè efficacem: accepi librũ, capsam, & fictitium cadauer, hoc etiam primum laceraui abripia aulisque brachijs. dictitabant, qui aderant, magnum domui periculum imminere: risi, & abire, qui metuerepugnantibus abeuntibus, in focum, qui aderat, coniecì: nec aliud quàm vltæ radicis, nidorem percepi.

Loco succedit δακτυλομάντεια, quæ diuinat annulis ad signam cæli posituram constructis, vel incantatis, & super quibus ad certa verba motis: descripsit Ammianus libr. 29. cuius verba dabimus sect. 3. q. 7. vel annulis incantatis, qualis fuit annulus Gygis, quo (teste Herodoto) fretus Candaulẽ interemit. tales duo illi Phocensium tyranni, de quo Clemens Romanus: qui sponte edito eum cõmonebant cõmodo rerum gerendarũ tempore; qui tamen insidias conspirantium fugere nequiuit. Fuit huiusmodi annulus exitio cuidam Hieronymo Cancellario Mediolanensi, vt & alteri, qui cũ eum in ignem proiecisset, sed mente nõ bonâ, statim à dæmone correptus, & in furorem actus fuit. Princeps quidã, hoc æuo, illum emerat aureis viginti: promiserat venditor semper, dum gestaret, aleæ & chartarum lusum fore lucrosum. it, ludit primò, cedit non infeliciter: redit ad fritillum, sed magnâ cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum nummorum iacturâ. Sic se delusum videns, quem emi non oportuerat, anulum confringi iussit.

6. occurrit ὀνυμάντεια siue ὀνυχομάντεια. in hac oleo ac fuligine impolluti pueri vnguem illinebant, & vngue solem versus obuerso, certum quid submurmurantes, videbant, quæ cupierant. Hodie vlteriùs progressum malum. Queuedŭ quendam Veteranum militem Hispanum noui, bello & armis, quàm pietate clariorem; qui, quo tempore Dux Mediæ Cæli ex Gallæciâ soluebat, Belgium petens; Bruxellis, non vni in vngue suo classem è portu Coruñę soluentem, & paulò post procellis vehementer afflictam, velut in speculo clarè ostendebat. Hic ille, qui vulnera quoque solis verbis sanabat aliorum; sua sic sanare ipse, vel alijs sananda permittere detrectabat.

7. quidam putant esse ἀηρομάντειαν illam Aristophanicam *in Nubibus*. Sed ista, si tonitru, fulmen, oscines & alia similia considerat, pertinet ad augurium; si planetarum adspectus, lices aduersosque, ad astrologiam; si quædam aëreorum spectrorum insolita visa, vt equitum, armorum &c. ad τερατοσκοπίαν referenda. Sola huc spectat, quæ ex aëre coniurato dabat oracula, de qua Pictorius *de Magica. 10.* Cardani Aëromantia de qua ibi agit, potius Hydromantia dicenda est.

8. dici potest φαρμάκεια; qua vtuntur incantatores seu ἐπῳδοί, qui diuinant freti solo dæmonis commercio; præter incantationem nihil adhibentes: vt Fessæ faciunt quædam mulierculæ tribades ♂; & Ægyptiæ siue Zingalæ, totam Europā percursantes, & in Byzantino foro Turcæ, & olim *in Apulo asino*, quidam Diophanes.

A Videlicet Leone in descript. Africæ lib. 3.

9. est κοσκινομάντεια, quæ vsurpata veteribus [1] (vnde & Adag. *cribro diuinare.*) cribrum imponebatur forcipi, forcipem binis digitis comprehendebant & eleuabant, & præmissis verbis conceptis, subdebant nomina eorum, de quibus suspicabantur eos furtum, vel aliud occultum crimen patrasse: reum verò iudicabant illum, quo nominato cribrum tremebat, nutabat, mouebatur, vel conuertebatur. quasi qui digitis forcipem

[1] *Theocrito, Luciano, Polluci.*

forcipem tenebat, arbitratu suo cribrum mouere non potuerat. Quod formulam Pictorius proponat verborum pronunciandorum, fecit in consultè; quod eâ sit vsus ter, & euentum certum prædicet, fecit impiè, & mentitur pollicendo.

10. ad eumdem vsum erat ἀξινομάντεια: quâ securim robori infigebant palo, & ex eius motu furem deprehendebant. Quando autem successus futuri diuinatio petebatur, hanc gagatem lapidem securi imponebant, vt Plinius refert *lib. 36. cap. 19.*

11. erat καφαλαιομάντεια: faciebant asini capite super pruinat asso. Germanis priscis in vsu fuisse volunt. Longobardi postea vsi capite caprino, cui diuinum honorem habebant [1]. Vehementer suspicor priùs illud de Arcadico pecore genus olim ab improbis Iudæis interdum Diuinationi impensum; hincque factum vt Apion, & reliqui Ægyptij, & illos secutus Tacitus, calumniarentur, eos pro Deo caput asininum coluisse.

[1] *Gregorius lib. 7 epist. 7. & in Dialo. lib. 3. c. 16. & 28. & hom. 3.*

12. κλειδομάντεια, per clauem; cui circumdabant chartulam inscriptam nomen suspecti: deinde clauem alligabant sacræ scripturæ codici, hunc virgo sustentabat, & verbis certis murmuratis chartula ad nomen criminosi vertebatur, mouebaturque.

13. fit quòd Germanus quidam I.C. his verbis tradidit: ex » oculo quoque excusso, hodie fur cognoscitur. Primùm legun» tur psalmi cum Letaniâ. deinde formidabilis subsequitur ora» tio ad Deum patrem & Christum, item exorcismus in furem. » Fit in medio ad oculi similitudinem vestigio, figuræ circu» laris nominibus barbaris notatæ, figitur clauus aëneus trian» gularis, conditionibus certis consecratus, incutiturque mal» leo cypressino: & dicitur, Iustus es Domine &c. tum fur pro» detur. Rostochij quidam pecuniam in quodam loco sepo» suit. Cùm autem eam posteà inuenire tam citò non potuisset, » sacrorum conuenit, ab eoque petijt vt oculus furi excuteretur. » Quo facto statim ipse Dominus, qui fabri Diabolicâ operâ » vsus est, oculum amisit.] nonne, lector optime, iusto Dei iu-

dicio

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicio iſte incidit in foueam quâ fecit,& meritò pertulit,quod tam iniuſtè,per artem peſſimam, malum alteri moliebatur: ſubdit,Guſtronij quidam cochlium argenteum amiſerat: cui autem furem ex oculo quoque excuſſo cognoſcere cupienti fabrum adijt,ab eoque petijt, vt ſuâ arte magicâ furem oculo priuaret: quod & factum eſt, & ſtatim filiolus illius, quicochlium in quendam angulum coniecerat, oculum amiſit. Sed & aliud diuinationis diabolicæ genus reperio in Indorũ hiſtorijs,in ijs quæ de Floridenſium rebus geſtis agunt. Hiſpalomantiam vocare poſſumus. Narrãt ſequentia de Rege Hotalâ Outinâ,eum exercitu ſubſiſtere iuſſo,ſenem magum centum & viginti annos ſuperantem aduocaſſe, & quo in ſtatu res hoſtium forent pronunciare iuſſiſſe. Tum magus locum in medio exercitu parauit, & conſpecto Ottignij quod petebat,petere illud iubet: impetratum illud cultro locat,orbe quinque pedum diametri circum illud ducto, additis quibuſdam characteribus & notis: tum in ſcutum genibus flexis pedum calcaneis inſedit, ſic vt nullâ parte humum tangeret: & neſcio quid ſubmurmurãs varios geſtus exprimebat,tanquam in vehementem aliquam orationẽ incumberet: quâ ad quadrantem horæ productâ, illicò tam horrendus apparuit,vt humanam effigiem amplius nõ exprimeret, namque omnes artus contorquebat,vt oſſa diſſolui exaudirentur, denique præter naturam multa faciebat. His peractis momento in priſtinum ſtatum redijt,laſſus tamen admodum & qualitonitus: deinde circulo egreſſus Regem ſalutauit, ipſique dicauit hoſtium numerum, & quo loco illum exſpectarent.

Claudat ſeriem Salisberienſis *lib.1.de nugis curialium c.12.* ſcribens; *Imaginarij* ſunt,qui imagines quas faciunt, quaſi poſſeſſionem præſidentium ſpirituum mittunt,vt ab eis de rebus dubijs doceantur. hos idololatras eſſe ſacra ſcriptura conuincit,& diuinæ maieſtatis iudicio condemnandos.]

In his omnibus verba magica ſolent interuenire, ideo dubitari nequit,quin ad hanc quæſtionem pertineant. QVÆ-

QVÆSTIO VII.

De manganiæ ſpeciebus in quibus vel non eſt explicitum pactum, vel latens admodum eſt.

HÆc implicitam habentia pactionem reuocari poſſunt ad tria capita; *Ariolationem* ſiue *Haruſpicinam, Augurium,* & *artes*.de quibus nunc videndum.

SECTIO I.

De Haruſpicinâ ſiue Ariolatione.

ARiolatio latiſſimâ ſignificatione omnem complectitur diuinationem: ſed hic cam ſtrictè ſumo,vt Iſidorus,cùm ſcribit; *Arioli* vocati, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt,& funeſta ſacrificia offerunt, ijſque ceſſantibus dæmonum reſponſa accipiunt α .] quibus verba deſcribit ſolam diuinationem explicitam, quæ ad oracula referetur. hoc placuit etiam Rabano β & Gratiano, Iuoni & Burchardo, qui in Decretum ſuum id retulerunt. *Haruſpicem* idem Iſidorus vult dictam ab obſeruandis horis; meliùs à veteri vocabulo *Haruga*, quod (teſte Donato) hoſtiam ſignificabat. Ego nunc vtrumque nomen mediâ quadam & modicâ latitudine vſurpo,pro tota ἱεροσκοπία veterum,ſiue diuinandi in ſacrificijs Gentilium ſolitâ ſeruari: quamolim ſemper puto in his interueniſſe idololatriam expreſſam, non tamẽ ſemper pactum explicitum: hodie fieri poteſt, ne eorum interueniat.

α *lib. 8. Etymol. c. 9.*
β *lib. de magor. præſtig. c. 1.26. q. 3.*

Haruſpicum prima diuinatio erat ex viuæ adhuc victimæ obſeruatione,dum producebatur,dum ad aram ſiſtebatur, dũ immolabatur,dum vinum ei infundebatur . poſſumus vocare ἱερομαντείαν, θυτικὴν ſiue θυματικὴν : quæ omnia, ſi quis volet exemplis confirmata,is adeat Barn. Briſſonij, crudeli certè & ſatagnâ morte abſumpti viri, *Formularum librum 1.* quẽdam etiam nos olim in Senecæ Oedip.delibauimus,ad illa;

Appellite aris candidum 1 tergo bouem
Cornuque nunquam 2 colla depreſſum iugo.
Opima 3 ſanctas victima ante aras 4 ſtetit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Huc properè 5 *admone*
Et ſparge 6 *ſalsâ colla taurorum molâ,*
Placidone vultu ſacra, 7 *& admotas manus*
Patiuntur?
Vnóne terram 8 *vulnere afflicti petunt?*
Vtrum citatus 9 *vulnere angusto micat.*
An lentus altas irrigat plagas cruor?

Secunda verò fuit *extiſpicina*, qua motum & ſingula membra hoſtiæ membra rimabantur, iecur maximè, vnde Græcis ἡπατοσκοπία, hāc vbertim rident Lucianus γ & Arnobius δ, deſcribit noſter ille eâdem tragœdiâ,

γ lib. de ſacrific.
δ libb. cōtr. gentes.

Ede certas viſcerum nobis notas.
MAN. *Genitor, quid hoc eſt? non* 1 *leui motu, vt ſolent,*
Agitata trepidant exta, ſed toras manus
Quatiunt, nouiſque proſilit 2 *venis cruor,*
Cor marcet ægrum 3 *penitùs ac merſum* 4 *latet,*
Liuentque 5 *venæ, magna pars* 6 *fibris abeſt,*
Et felle nigro 7 *tabidum* 8 *ſpumat iecur.*
Ac ſemper omen vnico imperio graue,
En capita 9 *paribus bina conſurgunt toris:*
Sed vtrumque cæſum 10 *tenuis abſcondit caput*
Membrana, latebram rebus occultis negans.
Hoſtile 11 *valido robore inſurgit latus,*
Septemque 12 *venas tendit; has omnes retrò*
Prohibens reuerti limes 13 *obliquus ſecat,*
Mutatus 14 *ordo eſt. ſede nil propriâ iacet,*
Sed acta retro cuncta. &c.

Tertia eſt πυροσκοπία & πυρομάντεια in hac aliquando pecudis, aduerſa cadat, certam ſpem recuperandæ valetudinis concipiunt: ſin auerſa ceciderit, conclamant, & pro depoſito habent ζ. An ab vitio immunes Germani? qui in ſuperſtitione pirarum, quas piè in honorem B. Ioannis accendunt, veteri idololatriâ Chaldæorum & Ægyptiorum in ſacrificiorum morem commutato; peccant dum ad crepitum, fumū, flammæ modum & ſimilia attendunt: item quia definitis vicibus ſe circumire vel tranſilire debere putant. ſunt enim iſta, vt rectè cenſuit Wimpina η, reliquiæ veteris paganicæ luſtrationis & traductionis per ignem, quam ex ſacris litteris

ζ Anonias lib. 3. de nat. dæmon.
η lib. de diuin. nat. c. 2.

trita in ignem ſpargebatur, aliquando tedæ pice illitæ accendebātur, & certis caracteribus ſignabantur, & ſi flamma rotarum in vnum coibat, proſperum; ſi lambens & diuiſa comparebat, infelicem; ſi tricuſpis aſſurgebat, glorioſum euentum; ſi variè diſperſa, in ægro mortem, in ſano morbum; ſi crepitans infortunium; ſi ſubitò extincta, ingens periculum ominabantur. aliquando hoſtiam in ignem conijciebant & dumtaxat conſide-

conſiderabatur flamma ignis victimarij, vtrum in vnam coiret pyramidem, quod proſperum; an vero diuideretur, quod aduerſum. quis ignis color, ſplendor, aſcenſus, ſtrepitus; an citò victimam comprehenderet, an exſtingueretur & ſimilia. quidam putant auctorem huius fuiſſe Amphiaraum, alij Argonautas alios: apud Romanos vſa Tanaquil, teſte Valerio Maximo 1. de hac idem Tragicus;

1 lib. 1. c. 6.

Quid flammæ largas iamne 1 *comprehendit dapes?*
Subitò refulſit lumen & 2 *ſubitò occidit.*
Vtrumne clarus ignis 3 *& nitidus ſtetit,*
Rectuſque purum vertice 4 *cælo tulit,*
Et ſummam 5 *in auras fuſus explicuit comam?*
An latera 6 *circum ſerpit incertus viæ,*
Et fluctuante 7 *turbidus fumo labat?*
Non vna facies 8 *mobilis flammæ fuit;*
Imbriferâ quales implicat varios ſibi
Iris colores; parte quæ magnâ poli
Curuata pictō nunciat nimbos ſinu.
Quis deſit illi, quiſue ſit dubites color:
Cærulea fuluis miſta oberrauit notis,
Sanguinea rurſus, vltimùm in tenebras abit.
Sed ecce pugnax ignis in 9 *partes duas*
Diſcedit.
Immugit aris 10 *ignis, &* 11 *trepidant foci.*

Vtuntur hodie Lituani. nam ægris ſi vmbra, corpore igni op-

Universidad de Deusto Biblioteca

Patres confutarũt. Glycas ex Theodoreto hoc docuit, neminem tos congeram θ; Quinetiam (ait) liberos suos per ignem tra- iecit. Quid autem istud verbum sibi, quæso, vult? Iosephus tra- dit Achazum quendam suorum filiorum Baali solido sacrifi- cio concremasse. Verum Theodoritus aliter sentit: arbitra- inquit, hisce verbis significari speciem quandam erroris, qui ad nostra vsque tẽpora durauit. Videmus enim semel in anno rogos accendi, quibus inijciantur pueri quidam & viri. Quin etiam infantes ab ipsis matribus per flammam transporta- tur. quæ res videtur esse quasi quædam auerruncatio & lu- stratio.] Sic Glycas.

a p. 1. annal. fol. 169.

Quarta est nubila καπνομάντεια, fumi obseruatrix, exque duplex. nam vel 1 grana sesami vel papaueris nigri in ardẽ- tes prunas iaciebant, & inde surgentem fumum notabant: vel sine huiusmodi granis, solum obseruabant sacrificij fumum. & interdum fumum rogi. Huc pertinet illud Nasonis, *in Ibin.* de rogo Polynicis & Etheoclis;

1 *Cardã. lib. de verâ Sapient.*

Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quam vetus accensâ separat ira pyrâ.

De fumo illud Papinij est lib. 10. Thebaid. vbi postquam pyromantiam Tiresiæ descripserat, addit eum ore fumum ti- tidicum hausisse.

Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes,
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.

Vapor enim iste fumus est. nam quis credat flammam hausis- Tiresiam, & superuixisse? Vsos etiam Capnomantiâ Iudæos consideransse an fumus, qui ex victimarum sacrificio ascen- bat, rectus ascenderet, an in obliquũ vergeret, docet Theopho- lactus *in Osee cap. 4.* Pictorius *lib. de Magia, c. 11.* quosdam Pa- nij versus de morte Menecei huc retulit, qui perspicuè ad Py- romantiam pertinent. Non aliam speciem, sed genus quod ipsius Capnomantiæ putarim fuisse *Thurifumiam*; illam in qua ex fumo thuris adoliti diuinabant. Statius;

Thurea nec supra volitante altaria fumo:

Hoc verum de istâ: sed alia longè de qua Dion. *Quinta*

Quinta est propriè dicta λιβανομάντεια quã proponit Diõ Cassius 1 agens de Nymphæo propè Apolloniã; ibi & oraculũ (inquit) editur. idque hoc modo. Thure accepto, precibusque rei ergô, quã volunt, factis, ipsum thus, vt secũ eas preces deferat, ad ignẽ proijciunt: tũ si ratum sit futurũ votum, ab ig- ni thus è vestigio corripitur: ac si thus extra ignẽ fortè decide- rit, neque accipitur ab igni thus; &, si in ipsam flammam cõ- cidat, receditab eâ, atque effugit. ita in vtramque partem futura prædicit, morte nuptijsque exceptis. de his enim non licet cuiquam oraculum illud consulere.]

1 *Lib. 41. Hist. Augus.*

Sexta est τεφρομάντεια siue σποδομάντεια, quâ diuinabant olim ex cineribus sacrificiorum, videtur hoc factum in arâ Apollinis Ismenij, & ideo Sophocles *in Oedi. Tyr.* vocasse cine- rem diuinatorium, μαντεῖαι σπόδον. fortassis tale quid etiam obseruandum in cinere Alphæi, quem idcirco Moschus vo- cauit, κόνιν ἱρὰν, vbi ex Pausaniâ docui x quondam, per κό- ni significari τέφραν, per puluerem cineres. sicut & in Here. Oetæ. sumitur.

x *in Aduersar. ad Seneca Medeæ v. 81.*

Et crines patrio puluere sordidos.

Hodie viget quoddam superstitionis huius vestigium, cùm ra, de quâ diuinandum, digito bacilloue cineri inscribitur, & cinis aëri puro permittitur, & attenditur ad litteras quæ in cinere agitato apparent. Item cùm iubent aliquem tres per- sonæ cogitare quibuscum matrimonium optet, vel speret contrahere; tum tres ducunt sulcos in cinere, ille autem iube- tur singulis personis suum sulcum deligere; tum auersus sta- re, ne sulcos videat, quos interea alter tamdiu forcipe osten- dit, donec eorum vnus ab illo ter deligatur; & quam ille sulcus designabat, ea spondetur ipsi vxor futura. posset hoc vltimum ad sortem diuinatoriam reduci.

Septima est ὑδρομάντεια & ὀινομάντεια, qua considerabãt co- lorem vtriusque laticis in sacrificio fusi. Æneid. 4.

Vidit thuricremis cùm dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fusaque in obscœnum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.

Ariolationem ergo hic alij agnoscunt: ego potius diras, seu omen, vt in illis Thyestæ;

Vernæ capiti fluxere rosæ;
Pingui madidus crinis amomo,
Inter subitos stetit horrores:
Imber vultu nolente cadit:
Venit in medias voces gemitus
Sed vagus intra
Terror oberrat. Item
Sed quid hoc? non vult manus
Parere: crescit pondus, & dextram grauat.
Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,
Circaque victus ore decepto effluit.
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.
Vix ignu lucet.

Omina tamen diuinationis sunt, sed sub augurijs comprehensæ seu auspicijs, de quibus sect. seq. Persis diuinationem ex vino tribuit Alexander Neapolitanus *lib. 5. c. 13.*

Octana forma ducitur ab edulibus varijs, vt κριθομάντεια, ἀλευρομάντεια, & ἀλφιτομάντεια. De hac ita Theod. Balsamo *6. Syn. quæ in Trullo*; Mulieres quædam (inquit) cum ordeo et quæ ab alijs ignorantur, enunciant. hæ dicuntur κριθῶναι, quæ Ecclesijs & sanctis imaginibus assidētes, & se ex ijs futura prædicere prædicantes, non secus ac Pythonissæ futura prædicitis. Alia longè est, (quam Theocrit. describit *in Pharmaceut.*) seruabat molas & libamenta, & præcipuè triticum, hordeum, far, & ex eo tosto frefoque factam farinam, & eâ mox subsecutam Victimæ conspersionem. Seneca;

Et sparge salsâ colla taurorum molâ.

quâ de re ex Dionys. Halycarnass. Suydâ & alijs, multa ibi

λ in Od. v. 314. & 335. Comment. notaui λ. τριομάντεια perficiebatur caseo, ὀχθομαντεια piscibus, quæ antiquissima. nam vsi illâ Polydamas bello Troiano, & Tiresias Thebanus: apud Lycios à piscibus vinus non

non vno loco petebatur, sed μ in Dinâ fossâ, & in fonte Apollinis apud Myras, & apud Syrrhum vicum. ὠοθυτικὴ seu ὠομάντεια, ex signis quæ in ouis apparebant, qua Orpheū vsum vult Suydas: de eadem nonnulla Leonicus *lib. 3. Var. histor. cap. 13.* hæc referenda præstigiosa illius impostoris fœdulam in ignem coniectam, in quouis adlatorū ouorū illæsam ostentātis. Nona est κηρομάντεια, qua vtuntur hodie quoque Turcæ; cum ceram liquant & aquæ guttatim instillant, & figuras inde ortas obseruant. Alsaticæ vetulæ aliud genus commentæ. cum aliquis ægrotat tot cereos æqualis ponderis incendunt, quot Sanctos morbi immissores autumant; & cuique cereo suum sanctum appropiant; cuius cereus primus consumtus fuerit, eum morbi pronunciant autorem, læsoremque.

μ Celius li. 7. cap. 29. & Plinius lib 9. c. 16. & libr. 32. c. 2. Plut. lib. de indust. animal.

Decima ἀνθρωπομάντεια, quæ rimabatur hominum mactatorum fibras ac viscera. Vsus eâ Heliogabalus, monstrum non homo: vsus etiam Iulianus Apostata; qui grauidarum alios excecabat ν, vt Antiochiæ & Charris deprehensum: vt & teste Ammiano *lib. 29.* quidam Pollentianus; vsæ & Pollentiæ Scythicæ, vt est lib. 1. Annal. Boion à quibus id accepere Tartari, de quibus narrat Cromerus *lib. 8. histor. Polon.* Sic de Lusitani veteres apud Strabonem *lib. 3.* Hæc ad *extispicium* commodè reduceretur: vt & ad hanc, sacrificium filiorum in Topheth, vbi igne absumebantur in honorem Molochi Sacrâ Scripturâ ο.

ν Cedren. in Annal. & Theodoret. lib. 3. cap. 11. & 12.

Undecima fuit δαφνομάντεια, ex laurei rami combustione. prosperorum signum, si obstreperet cum fragore; infelix, si iuxta perpetuum, taceret *exstincto laurus adusta foco.* de hac re Rhodiginus.

ο 4. Reg. 16. ver. 6 Ezech. 20. v 31.

Duodecima potest esse βοτανομάντεια, cùm ex verbenæ, luciæ, saluiæ, myricæ, ficus & aliorum simplicium folijs ramulisue, consignatis nomine quærentium & quæstione, cognitio futuri petebatur. caue cum his confundas Sibyllę folia apud Maronem, in his enim non quęstio, sed oraculi carmen insciptum. συκομάντεια ficus folia postulabat. De diuinatione

π Ian Parrhas. in Claudiani lib 2. de rap. Proserp. Celius Rhodigi. lib. 5. antiquit. c. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

natione per tamaricen seu myricam, ex Nicandri Scholiaste, sic Cælius Rhodiginus o; Apollo myricâ vates sanxit præ- nunciare mortalibus futura, propterea insignẽ fruticem hunc Nicander μάντιν vocat, id est vatem. Quin & magi item Scythæ myricino vaticinantur ligno. Sed & in Lesbo Apollini myricæ ramum tenet: qua ratione Myricæus quoque est cognominatus. Et Archæus prodit quandoque in somnis visum Deum illum myricæ ramo decorum. Et Metrodorus refert antiquissimam esse plantam myricam: nam Ægyptij in Iouis pompâ coronantur myricâ, id est tamarice, vt interpretatur Dioscorides: sicut apud Medos Magi.]

o lib. 7. antiqu. lect. c. 29.

Decimatertia ὀμφαλομάντεια obstetricum propria; quæ per nodulos vmbilico & secundis adhærentes conijciunt, quoues puerpera sit postmodum peritura.

Decima quarta nouitia quoque est ex eadẽ obstetriciâ schola superstitio ἀμνιομάντεια. Fœtus maternus in vtero materno tribus membranis inuoluitur; quarum prima dicitur χοριὸν seu secũdinæ; alia verò à farciminis formâ ἀλλαντοειδὲς, tertia à mola licie ἄμνιος. hæ duæ posteriores aliquando cum fœtu sic erumpunt, vt facies ac caput infantis quasi galeatum appareat: Vulgus Belgicum vocant galeam (den helm): hæc membrana cognomen tribuit Imp. Diadumeno, & causidici Romani multâ pecuniâ inuolucrum istud emebãt, se illo ad cauſe victoriam iuuari multum arbitrantes ϖ. Ex huius tegminis colore rubicundo vel liuido fortunam infantis, aniculæ ariolantur. hęc ἀμνιομάντεια. de cuius vanitate legendus Leuinus Lemnius Ziricæus ρ. Sed & Iouius, ne quid superstitionis omitteret; nimis huiusmodi vanitatibus pro Episcopo deditus; in Ferdinandi Dauali natiuitate (*lib. 1. Piscarij*) huiusmodi puerum inuolutum ex vtero prodijsse considerauit.

ϖ Lamprid. in vitâ Diadumeni.

ρ lib. 2. de occult. nat. mirac. c. 8.

Decima quinta est æquè ridicula diuinatio Iudæorum per *Ieduim*, cuius Rabbini σ mentionem à Mose τ factam commi- niscuntur. nempe volunt fuisse animal quoddam nomine *Iedua* יִדְעוֹנִי humanâ formâ; cuius ex vmbilico medio funiculus propendebat, quo instar cucurbitæ humo adhærescebat, &,

σ Moses Samsunis F. in præceptum Negationum 31.

τ Deute. 18. ϖ Leuit. 19.

quantum funiculi longitudo patiebatur, circumcircà omnem terræ fructum depascebatur: capi à venatoribus nõ posse, nisi sagittâ funis præscindatur. tunc statim expirare. per eius ossa certò ritu in ore gestata, vaticinandi donum nactos homines, indeque ariolos dictos *Iddegonim*. tales isti recutiti fabulæ nobis obtrudunt, digni qui & terræ cum suo יִרְאָה affinitate, & cum eo conuiuentur.

Decimasexta est λιθομάντεια: cuius meminit Iamblichus, & Orpheus agens de Siderite lapide: sed ritus eius mihi nõ satis perspectus. Non desunt, qui putent, Iudęis in vsu fuisse lapides quosdã Diuinatores, & eos prohiberi à Mose *Leuit. 26. v. 1.* vbi noster vertit, *Lapidem insignem*, illi malunt vertere: *Lapidem imaginationis*, vel vt alij *Lapidem speculationis*. Sed negantur cum suis, quos nimis libenter sequuntur Rabbinos: nam *eben Maskith* vocat lapidem picturâ vel artificio sic ornatum, vt aspectu suo homines capiat, & alliciat ad honorandum, ideò enim additur, non quidem, vt diuines per illum: sed, *vt incurues te ei*, hoc est vt adores illum. Non vacat elabo, quid aliquando mihi de hoc loco in mentẽ venerit, antequam editionem Romanam viderem. Suspicabar nonnullum interpretem primò scripsisse, *Lapidem in signum*, inde cũ alij verba transposuissent: *in signum lapidem*, factum denique: *signum lapidem*. confirmat coniecturam versio LXX. in qua legitur scriptum: λίθον σκοπὸν. *lapidem signum*. Et fuit illa vetus superstitio: qui Mercurios ponebant in vijs, vel alios Deos vias siue *viales*, itinerum indices & signa. prohibeat ergo legislator non lapides indices viarum poni, sed poni huiusmodi lapides habitu Deorũ, & ad adorandum. Scio quę de rabbinico Sacha prolixè hîc Oleaster adferat: sed probare nequeo, quod vulgatũ interpretẽ tã facilè deserat, imò & de vero sensu loci Iob apertè ignorantię accusẽt. Etiamsi vera significatio foret, *operire*; dicere possem: quę picta sunt, coloribus esse tecta & operta. Posset quis ad hanc speciem referre quorundam superstitionem, qui vt somnia ipsis contingant futura, pręnuncia, gestant amethistum gemmam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Decima septima occurrit ῥαβδομάντεια, quæ multiplex fuit de qua sic Cælius Rhodiginus *d.c.29.* scribit; Virgas in rebus diuinis eximij cuiusdam vsus fuisse veteribus, ex plerisque coniectare licet. Nam, qui Persicos ritus diligentiùs animadverterunt, sos litteris mandarunt; illorum magos, qui sacrificijs præsidebantur, carnes super myrto & lauro positas tradunt subtilibus virgis adurere, mox oleum lacte melleque commixtum comprecari, ac comprecari, fasciculos ex myricâ pertenues manu nectere, nentes. In Pyrethiorum meditullio surrecta stabat ara, vbi inexstinctus seruaretur ignis, fierentque itidem comprecationes non sine myricinis virgis. Sicut in Scythiâ quoque, vaticini traduntur plures, salignis virgis diuinatio concipitur, quas dissoluunt ac separatim singulis humi constratis vaticinantur, interim virgas comprehendentes componentesque. Narëes vero, quos esse Androgynos putat Herodotus, scindentes trifariam, digitosque implicando ac resoluendo, præcinunt futura.] *& postea;* Etenim in plerisque locis, virgæ (vt diximus) præsagiunt, quod in primo compositionis tertio Dion quoque confirmat.] Quæ ille de Persis Magis, ab Herodoto *lib.1.* & Strabone *lib.15.* mutuatus: quæ de Scythis & Enarijs, ex Herodoti *lib.4.* Scytharum progeniem Turcis

* *lib.1. vers.* Neapolitan. hunc morem retinuisse, colligitur ex Historijs v Collenucij. Sed illud mihi nota (Lector) ῥαβδομάντειαν non pertinere ad vnum dumtaxat caput. quædam enim explicitam continebat inuocationem, nempe quę conceptis verbis efficiebat, vt virgula recta, sponte suâ, in circulum coiret iunctis extremitatibus. Alia vero ad sortes pertinet; quando regnum, vel quid aliud, virgis datis, cui obtingeret, experiebantur: sic Aironi prerogatiua Sacerdotij, virgulâ contigit florente, sicut B. Virginem nonnulli, ex apocryphis, tradunt Ioseph sponsam datam: quo adhuc tempore Diuinatoria sors permanet. Aliquando ad ariolationem nostram (quam auspicium vocauit Tacitus) referenda: vt illa Persarum, & Scytharum, Germanorum quoque, quam Tacitus describit lib. de moribus Germanor. qua de re nos postea plura Sect. 3. Aliquando ad omina

stina vt illa, de qua sic Cranzius *lib.4. Metropol. cap.19. & 29.* memorant annales Henrici. 3. Imp. fabulam de Hildebrando puero, quod cùm filius esset fabri lignarij, ex sarmentis ordine compositis, inscius ipse has litteras conseruerit: quibus scriptum: *Dominabor à mari ad mare.* Vnde coniectans diuinum aliquid in puero, suaserit parenti, vt eum litteris traderet. Tradidit profecit, & in cancellariam Regis peruenit, & Scriniarius euasit. Somnio admonitus Imp. de eodem, quod cornua videretur habere, quibus filium suum contereret, hominem vinculis coniecit: sed ab Imperatrice vinculis exutus, Cluniacense monasterium petijt. Indeque profecit primùm in subdiaconum, deinde in Cardinalem, nouissimè in Gregorium VII.] Hęc ex Annalibus illis Cranzius, quę nescio an fabulam vocet.

Decimaoctaua est λαμπαδομάντεια: quando nonnulli candelam in D. Antonij honorem accendunt, sicque se res perfectè confidunt inuenturos. Alia est, vetus superstitio *Lucernæ*, de qua Propertius lib.4.

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis.

& alio loco:

Seu voluit tangi parca lucerna mero.

Petronius *in Satyrâ*; Lucernæ humore defectæ, tenue & exile lumen spargebant:] hæc magis videtur ad ominis genium pertinere. An etiam huc pertinuerit modus furti conquirendi per lancem & licium, dubium mihi: puto potiùs ad omen pertinere, quicquid Acron prodiderit.

Decimanona vocetur παρθενομάντεια; nempe duplex diuinatio qua virginitatem puellæ explorabant. 1. per funiculum, quem etiam hodie in vsu prauo: & videtur olim eo respexisse Claudian. in nuptijs Pelei & Thetidis;

Nouillam nutrix, orienti luce reuisens,
Hesterno poterit filum circumdare collo.

2. quod, auctore Guilh. Parisiense, φ, solitum in Britanniâ φ *p. vit. de* *mirac. c.12.* baldachum in pollinem tenuem achatem in potu præberi, quę

qui quæue sumsit, nisi virgo sit, statim cogatur euomere. Refe-
runtur & alia, quæ idem per vrinam indicium faciunt. Et refe-
runtur vt arcana naturæ, vereor ne prorsùs sint magica.

Sunt & alię mille nocendi artes & nomina mille, quæ vinci
vt mihi, sic ceteris ignotæ & inexpertæ. Damnant hæc omnia
Theologi & Canonistæ: *vide Euseb. lib. 4. Præpa. Euan. c.*
26. q. 5. Ioannem Salisberiensem lib. 2. de nugis Curialium cap.
Michael. Medinam lib. 2. de rectâ in Deum fide fol. 29. & Iohan.
Sirenium lib. 9. de Fato c. 15. & 16.

SECTIO II.

De augurio & auspicio.

Augurium vel dependet à naturâ, vt nautarum, agricolarum
&c. de quo postea (est enim cõmendatione dignũ, vrpo-
te naturalis coniectatio) vel hominum industriâ atque ar-
cio institutum, rebus futuris, non necessarijs, sed voluntarijs
conijciendis inseruiens: de quo nunc agimus, quod ipsemet
Cicero α vanitatis & ineptiæ condemnauit, longè hac in re
prudentior, quam Plato *in Phædro*, vel Xenophon, in *Cyropæ*.
Quod verò & Aristoteles β meminit augurij; ille vel popu-
ri ex sententiâ loquitur, vel augurium vocauit, naturalem per-
sensionem auium, qua pluuias tempestatesque instantes no-
bis indicant cantu, volatu, vel garritu. Nobis Christianis de-
tare non licet, totam Augurum disciplinam, incertam & fa-
licitam esse: qua, quòd abstineret Dei populus, etiam abs-
laudatur γ; quam sciunt omnes damnatã à Mose ac Prophe-
tis δ, & à iuris Canonici ε auctoribus à quibus etiam va-
pœnæ infliguntur: quam sciunt pacti cũ dæmone dãnati ζ.
Augustino ζ; sciunt à rectâ philosophiâ valdè alienam.

Auspicij verò siue *Augurij* vocem nunc cò extendimus,
etiam omina comprehendat: sicut & Græci sumserunt οἰωνιστικὴν, οἰωνομαντείαν, ὀρνιθοσκοπίαν; pro obseruatione
ctarum rerum subitò, & ex inopinato & insolito accidentium
institutâ ad cognitionem futurorum vel occultorum. Sic
acceptum, reduci potest ad species quinque, primum ex ce-

α *lib. 2. de diuinat.*
β *lib. 9. de Hist. anim. c. 31. & alibi.*
γ *Num. 23. v. 23. & Leui. 19. v. 26. Deutero. 18. v. 10. Eccles. 34. v. 5. Ier. 27. v. 9.*
ε *c. illud c. sed & illud. 26. q. 2. c. si quis Episc. c. aliquanti cap. si quis clericus. ca. augurijs 26. q 5*
ζ *l. 2. de doctr. Christ. c. 24.*
η *docent hoc Cicero d. li. 2. & Franc. Picus lib. 6. de præuot. c. 4.*

secundum ex auium volatu vel garritu, tertium ex tripudio
pullorum, quartũ ex quadrupedibus, quinctũ ex diris & por-
tentis: & horum omnium communis diuisio est, quod eorum
quædam sunt *Oblatiua*, quæ non poscuntur; quædam *Impetra-*
tiua, quæ veniunt optata & quæsita θ.

Ergo genus è cælo captato ab auguribus prospectu, & cæli
regione designatâ (*templum* ι vocabant) exspectabat auspiciũ,
nempe tonitru, vel fulmen siue fulgetrum: quorum alia *bruta*,
quæ nulla ratione naturæ nitebantur sed erant vana pror-
sus, alia *Fatidica*; & hæc rursus vel pestifera, vel consiliaria,
vel auxiliaria, & huiusmodi nugacissima, de quibus multa
Plinius κ & Seneca; quæ sanè eruditè refellit Wimpina *lib.*
de diuinat. cap. 3. 4. & 11.

Auibus petebatur, vnde dictũ *augurium*, quasi auigetiũ.
Auium aliæ *oscines*, quæ cantu seu garritu; aliæ *Præpetes*, quæ
volatu putabantur prædicere, & harum rursus variæ differen-
tiæ, *funebres, cliuiæ, arculæ, Volseræ, remores, imbræ*, & aliæ mul-
tæ λ. Stultitia hæc refellitur benè ab eodem Wimpinâ *lib.*
eodem cap. 12.

De pullorum tripudio sumebatur. Duo à pullarijs pulli
in caueâ seruabantur. primo diluculò, imperato de more si-
lentio, puls aut offa, caueâ reclusâ, pullis obijciebatur: si negli-
gere cibum, sinistrum auspicium erat; si auidè depascerentur
& aliqua ex rostro decidерent & terram ferirent, dicebatur
tripudium, & habebatur secundum, *fouere* gaudebant
idem quod fetire. inde dictum primò terripauiũ, deinde tri-
pudium, denique *tripudium* μ. Idem & *Soniuũ* vocatũ à sono,
quem puls edebat cadendo. Nugacissimum sanè cõmentum,
tamen neglectui tribuere Romani clades P. Claudii &
Iunii bello Punico 1. ν, & Flaminii bello Punico 2. ο
ex quadrupedibus, sumpta, teste Sext. Pompeio vocabãt
auspicia pedestria; vt apud Germanos ex equorũ fremitu; pro-
prium gentis, ait Tacitus π, equorũ quoque præsagia ac mo-
nitus experiri; publicè aluntur iisdem nemoribus ac locis
candidi & nullo mortali opere contacti; quos pressos sacro
curru

θ Petr. Santistorius Montepessulan. lib. hist. rer. memorabil. fol. 240.
ι Varro lib. 6. de linguâ latinâ.
κ Plin lib. 2. c. 51. & 54. & lib. 28 c. 2. Seneca in Natural. quæstionibus.
λ Seruius li. 2. Aneid. Festus in voce Oscines, Gellius lib. 6. c. 6. Plin. libr. 10. c. 15. & 18
μ de his Cic. 1. de diuinat. Festus, in Puls, & in Oscinum.
ν Polybius lib. 1. & Valer. Max. lib. 1. c. 4.
ο Liu. lib. 22.
π lib. de mor. ribus Germa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

curru sacerdos ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obseruant. nec vlli auspicio maior fides.] Durasse eam superstitionem diu postea, etsi paullum diuersâ formâ apud Luizicos, ex Ditmaro noster Lipsius *in commentat.* admonuit. De Lupino auspicio Plinius & alij valdè multa, & prorsùs contraria tradiderunt, quos habes diligenter annotatos à Tiraquello [p], de caprâ, asino, leone, vulpe, cane, mustela, ariete, & alijs; quæ Alexander nullis auctoribus firmarat; idem, supra modum diligens, accuratè comprobauit.

[p] *ad Alex. ab Alex. lib. 5. c. 3.*

5. sunt *omina*: quæ pertinere ad auguria vel vnus ostendit Claudianus sequentibus versibus;

Nullusque dies non triste minatur
Augurium. quoties flauentia serta comarum
Sponte cadunt? quoties exsudat ab vbere sanguis,
Larga vel inuito prorumpunt flumina vultu,
Imuſæque manus mirantia pectora tundunt?
Si buxos inflare velim, ferale gemiscunt.
Tympana si quatiam, planctum mihi tympana reddunt.
Ah vereor, ne quid portendant omina vert.]

Vbi Ceres & exempla præbet ominum seu Dirarum, & quod vocauit *augurium*, postea vocat *omina*. Hæc solent etiam *prodigia* dici. Valer. Maximus [σ]; admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infusum namque pateræ eius vinum, nec semel, sed iterum, ac tertiò in sanguinem versum est. Qua de re consulti Magi monuerunt, vt ab incepto desisteret.] Sed de ominibus plura diximus lib. 3. vbi de vanâ obseruantiâ egimus. Huc reducenda omnia prodigia & ostenta, & monstra, quæ nunus quis vanam quandam ex his instituit diuinationem, quæ veteres τερατοσκοπίαν vocarunt. *Monstra* sunt naturæ valde aberrantis à consuetâ normâ in animantium productione. dibria. *Ostenta* verò & *prodigia* vocamus varias & tetribiles que insolitas in aëre aut alijs elementis appāritiones, ac sonos vel effectus, vt pluuias sanguinis, acies in cælo vilas, & similia quibus pleni Iulij Obsequentis & Lycosthenis libri, & Iosephus *lib. 7. de bello c. 44.* & egregiè Wimpina *lib. de signis* [τ] cer-

[σ] *lib. 1. c. 7. de Xerxe.*

[τ] *à c. 21. vsque ad 27.*

horum interpretatio à diuinâ reuelatione dependet, vt fuit necessa Danieli [υ]: non licet ea curiosè obseruare ad fortuitos euentus certò prædicendos: rectè tamen concionatores ex ijs imminentem Dei vindictam denunciant, vel ab instanti facinore ac vitę prauitate homines ijs deterrent, & ad pœnitentiam hortantur. reuerâ enim idcirco illa solēt à Deo ostendi. Plura de his pete à D. Augustino *lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 28.* qui hos portentorum obseruatores egregiè confutant Pius, & Wimpina, Medina, & Sirenius.

[υ] *cap. 5.*

[φ] *Pieus lib. 6 de prænot. c. 6. Wimpina 8. c. 17. Medina lib. 1. de rect fid. c. 2 Sirenius, lib. 9 cap. 19 & 20.*

VII. Auspicium ex acuminibus militare, cuius & Cicero & Arnobius meminere, quidam ad ostenta referunt, cū Cæsio Calcagnino; alij ad Geomantiam; alij cum Turnebo non dissimile faciunt ab Axinomātiâ. quale fuerit, nihil habeo certi. Lege si placet *Antonium Valtrinum. Comm. de re militari.*

SECTIO III.

De sortibus illicitis.

MAnganiæ tertiam partem dixi esse *Sortes*. Hebræis seu Chaldæis potiùs sors dicta *Phur*, vt patet ex libr. Esther c. 9. vers. 24. Sors autem teste D. Thoma [α], triplex est, diuinatoria, consultoria, & diuisoria.

[α] *2 2 q. 95. a. 8.*

Diuinatoria vocari potest κληρομάντεια: quæ & ipsa multiplex est. vna, eadem cum oraculo; vt fuēre sortes Deliæ, Lyciæ, Antiates, Prænestinæ & similes. sic accepit Seneca,

Post fata demum sortis incæstæ fides.

Oedipo.

Sorte Phœbeâ excitus.

Ceteræ sortes pleræque nomen à materiâ sortiuntur: vt sunt κυβομάντεια, πεττομάντεια, ἀστραγαλομάντεια, quæ bacillis, tabellis, pilulis, aut tabellis inscriptis, in altum, vel in vrnam conijciebantur.

His similis fuit κυβομάντεια, siue aleatoria, vt apud Propertium,

Me quoque per talos Venerem quærente secundos,
Damnosi semper subsiliere cauet.

Huic dediti valdè Augustus & Tiberius Impp. teste Suetonio;

& At-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Attalus Rex Pergami. Vtebantur huiusmodi sorte teste Pausaniâ Græci, apud Buram Achaïæ: & in Apono fonte in Italiâ, teste Suetonio, in *Tiberio*.

4. παλομάντεια, quam dixi, seu ῥαβδομάντεια, quam Tacitus tribuit Germanis β; sortium consuetudo simplex, ait, virgam fructiferæ arbori decisam in surculos amputât: eosque notis quibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuitò spargunt. mox, si publicè consulatur, sacerdos ciuitatis; sin priuatim, ipse pater familiæ precatus Deos, cælumque suspiciens ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. &c.] In sacris litteris inuenio nonnullas huc pertinentes, vt est illa sagittarum de qua Ezechiel, & alia virgarum de qua Oseas, & secundum nonnullos Moses.

β Tac. de mor. German.

γ Ezech. v. 21.

Ezechielis verba sunt γ; *Stetit enim rex Babylonis in bifurcio viæ, in capite duarum viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem.*] Diuinationem hanc variè explicant ob ortâ diuersitate, quia non conueniunt de significatione verbi קלקל quod D. Hieron. vertit *commiscuit*, LXX. vero *fecit bullire*, & virgam pro *sagittis*, ἀναβράσαι ῥάβδους. quod tamen Polychronius docet dictum phrasi Hebræâ pro misit seu iecit sagittas. ἀντὶ τοῦ ἧψαι βέλη. ταύτην γὰρ τῇ λέξει ἐχρήσατο ὁ ἑβραῖος. D. Hieronym. in Comment. explicat modum divinationis; stabit in ipso compito, & ritu gentis suæ oraculum consulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commiscendo eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem debeat oppugnare. hanc autem Græci βελομάντειαν siue ῥαβδομάντειαν nominant.] & addit postea, LXX. hîc non tam sensu, quàm verbis à vulgatâ dissentire. Nam illud ἀναβράσαι seu ebullire, nihil aliud est, quam velociter exire seu ascendere. Sed alii putant eo significari genus alterum diuinationis: nempe eum mixtas sagittas in aërem fortiter iecisse, & in quam partem caderent, dextram an sinistram, versùs Rabbath, an versùs Hierusalem, obseruasse: sic R. Ioseph, & (vt videtur) Chaldæus Par-

Paraphrastes, eamque interpretationẽ optimè tam nostra, quã Græca versio patitur. Denique quia *Kalal* קלל etiam significat læuigare, & polire, ideò exponũt; tersit seu poliuit sagittas, cui laeuigare, & polire, ideò exponũt; tersit seu poliuit sagittas, volunt enim significari genus diuinationis Catoptromanticũ; quo augures in splẽdenti cuspide, velut in crystallo vel vngue, futura inspiciebant: sed cum hoc sit recentiorum commentũ, præstat D. Hieron. & LXX. illos sequi.

Alter locus est *Deuter. 8. v. 11. Vechober chaber.* וחבר חבר, quod noster vertit *incantator*; recentiores vertunt *iungens iunctum*, vt exprimant speciem ξυλομαντέας, qua per frusta lignorum iterum coëuntia diuinabatur. Sed nostram versionem confirmant LXX. φαρμακὸς ἐπαοιδῇ ἐπαοιδὴν, *veneficus incantans incantationem*: & rectè. incantatores enim à חבר, *Chabar*. quod significat, se sociare, vocantur *Chabarim*, quasi dicas sociati, nempe dæmonum; quibus se pacto seu fœdere inito cõiungunt. Longè ergò clariùs vertit noster vulgatus, quam recentiores isti: & benè Pagninus retinuerat versionem LXX. *incantator*.

Tertius locus est *Oseæ 4. v. 12. Populus meus in ligno interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei.*] non constat, de quo genere dictũ. apud Hebræos, R. Moses Samsonis F. *in explicatione præcepti Negatiui. 52.* cõmemorat huiusmodi ritũ: decorticant bacillum ligneũ vno tantũ ex latere, tũ in aërem proiiciunt, si fortuitò casu, primo iactu apparuisset, superior pars decorticata; at secundo iactu, superior pars adhuc vestita, prosperum successum augurabantur: sin è contra primùm pars vestita infelicem; si vtroque iactu vestitum vel nudatum latus superius fuisset, mixtum euentum sibi pollicebantur: & hoc ab ipsis putãt significari. D. Hieronymus autem vult, de eodẽ omnino genere de quo egit Ezechiel, & vocat hic ῥαβδομαντείαν, eodẽque βελομαντείαν, pro ijsdem enim ista accepit. Sẽtit hoc etiam Theophilact. *in Oseẽ*, sed aliter explicat ipsum ritũ: virgas (inquit) duas statuentes carmina & incantationes quasdam submurmurabant: deinde virgis, dæmonum operationi aut effectu, cadentibus; considerabant quonam vtra-

que earum caderet, antrorsùm, ad dexteram, vel sinistram. Sicque tandem responsa dabant insipientibus, virgarum casu pro signis vsi. Eundem ad modum Nabuchodonosor vaticinabatur, vt Iezekiel habet.] His adde quæ dicta 7. sect. 1. superstit. 17.

5. *Species* est *Geomantia*, cuius laboriosa industria mentis artem. nam sexdecim figurarum in solo, vel abaco notas τεχνικὰ dispungit, ex sedecim additis diuersis punctorum ordinationibus, quæ nomina singulis suis astris putant respondere. hoc olim Halj, postea Gerardus Cremonensis, Ptolomæus Parmensis, & Gaspar Peucerus Lutheri sectator, quorum libri prohibiti, sunt complexi scriptis. Et Peucerum miror id tam diligenter prosecutum, cùm veriſſimè fatentur toti illi disquisitioni nullam prorsùs rationem, nullam veram speciem subesse. Archimagus quoque Cornelius suam, diuersam ab illâ aliorum, Geomantiam, æquè fallacem & mendacem, posteriore scripto fuit testatus. Picus de hac cecinit,

Atque frequens bibulam mucro cùm pungit avenam:

Hanc descripsit Pictorius *in Epitome de Magiâ c. 8.* Quanta ego dementia est his vacare, quæ à suis damnantur auctoribus? Ex pijs scriptoribus & catholicis eruditè refutarunt sæpe citati, Franc. Picus *lib. 6. de Prænotion. c. 3.* & qui, toto eius opere ex Pico plurima, Conrad. Wimpina *lib. de diuinat.* & Iul. Sirenius *lib. 9. de Fato cap. 38.*

6. vocant στοιχειομάντειαν. fiebat primum aperto libro Homeri vel Virgilij, & attentô primô, qui obuius inspicienti versu. Sic Socrates mortis suæ diem coniecit; Sic Claudius, Maximinus, Gordianus Iunior & alij Impp. tempus regni vel vitæ. Huic vanitati Gentilium deinde successit apud Christianos apertio Veteris aut Noui testamenti; quam insigni blasphemiâ vocant SORTES APOSTOLORVM: hac vsi fuere Heliogabalus Imp. apud Cedrenum; & Romanus Diogenes, Iulianus Cuspinianum; & Andronicus senior apud Gregoram [illegible] & Chrannus filius Regis Francorum, apud Gregorium Turonensem *lib. 4. Histor. c. 16. & 20.* & B. Theodora Alexandra

nondum benè catechisata, apud Simeonem Metaphrast. 11. *Septemb.* & Meroueus apud Gregor. Turonen. *hist. Fran. lib. 5. c. 14.* vbi & alius ritus exprimitur, nam ponuntur tres codices scripturę sacrę super S. Martini sepulcro, & sigillatim singuli aperiuntur. vsus hac denique Gundulfus, apud Ranulphum *lib. 7. Polychronici c. 6.* & sui laudator facinoris Hieron. Caidanus, *de Varietat. lib. 14.* Damnata fuit hæc superstitio nõ vi concilio ♪ Ecclesiæ Catholicæ decretis. Huc quidam referunt certas illas Ephesiorum notas magicis verbis iunctas; quas ferenti conatus omnes forent efficaces. harum beneficio putant Croesum è rogo liberatum [1]. sed hæ pertinent ad q. 6. Ne quis obijciat vel D. Augustin. in Confess. vel Greg. Turonens. factum, *lib. 5. Histor. Fran. cap 47. & sequ.* Nam Sancti hanc librum aperiebant, non vt de futuris certiores redderentur, sed vt consolatorium aliquid vel exhortatorium in sacrâ pagină reperirent, vt testatur ipsemet Gregor. & sic solent hodie multi pij viri cum tentantur, aperire libellum illum aureũ Thomæ de Kempis *de contemptu mundi*, eo quod semper aliquid in eo occurrat, quo roborari se & confirmari sentiunt. quod sanè expers est superstitionis: Augustinus etiam diuinâ admonitione ad hoc inductus fuit, *vide lib. 9. Confess. c. vlt.*

Huc venit *ludus*, qui describitur in Δωδεκαέδρῳ, & alter quem vocant *Ludum Pastorum*; qui duo malè per Franciam celebrantur. Germaniam multis solemnes; ad cognitionem, matrimonij [illegible] siderum, opum, dignitatum.

Item venit ἀλεκτρυομάντεια: quando definitus locus in partes describitur, & vnicuique singulæ alphabeti litteræ assignantur: deinde singulis litteris granum frumenti imponitur: postea ad hoc enutritus oscen gallinaceus introducitur, qui grana comedat. denique notantur litteræ, quarum prima grana depascitur. v. g. si, litterarum, P. E. T. tunc creditur notari, Petrus, Petronius, Petrucius, & quorum simili nomen inchoatur. Sic deceptus Valens Imp. de successore quærentibus philosophis; & quia Gallinaceus absumpsit grana notata Θ. E. Ω. Δ. omnes occidi iussit Theodoros,

[1] *A c. aliquãdo & ca. si quis clericos. 26. q. 5.*

[2] *Vide Eustath. in Homer.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theodosios, Theodatos, Theodulos; & tamen illi Magnus Theodos. in imperio succesit ζ. Hoc cũ Zonarâ quidã voluit factũ per ἀλεκτρυομάντειαν; sed apertè Socrates dicit factum per νεκυομαντέιαν: Sozomenus, per oraculum ex tripodis machinâ laureâ; quem Nicephorus sequitur. Casiodorus autem cum Socrate sentit; sed, per errorem, vult ipsummet Valentem operâ dæmonis vsum inquisiuisse de successore. Zonaras vero vult hoc factum ab Iamblicho & Libanio: sed hos omnes fallit ex eorũ temporum scriptore Ammiano patet, qui reos quæsiti vaticinij nominat Fidustium, Irenæum, Pergamiũ, Hilarium, & hos quidẽ conuenisse alios vaticinãdi peritos, (quos non nominat & fortè fuere Libanius, & Iamblichus) & recens mox verba Hilarij iã latera fodicati; Construximus (magnifici Iudices) ad cortinæ similitudinem Delphicæ, diris auspicijs de laureis virgulis, infaustam hanc mensulam, quam videtis, & imprecationibus carminum secretorum, choragijsque mysticis ac diuturnis ritualiter conseceratam, mouimus tenuem. Mouendi autem, quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis. Conlocabatur in medio domus, cui aula latæ odoribus Arabicis, vndique lance rotundâ puræ superposità, ex diuersis metallicis materijs fabrefactâ; cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum viginti quatuor scalptiles formæ peritè incisæ diiungebatur spatijs examussim dimensis. Has linteis quidam indumentis amictus, calceatusque itidem linteis soccis, torulo capite circumflexo, vna benas felicis arboris gestans, litato conceptis carminibus numine præscitionum authore, cærimoniali scientiâ superstitit cortinulas, pensulum annulum librans ex carpathino filo perquam tenui mysticis disciplinis initiatum: qui per intervalla distincta retinentibus singulis litteris incidens, tuatim, heroos efficit versus interrogationibus consonos, numeros & modos plenè conclusos; quales leguntur Pythici, vel ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsenti succedet imperio, quoniam omnia expolitus fore memorabatur; assiliens annulus duas perstrin-

ζ *Zonaras tom. 3. in Valen. Socrates lib. 4 cap. 15. Sozomen lib. 6. c. 35. Nicephor. libr. 11. c. 45. Cassiodorus lib. 7. Tripart cap. 35. Ammia. lib. 26.*

gerat syllabas, & cum adiectione litteræ postremâ, exclamasse quidam præsentium, *Theodorum* &c.] Subdit etiam interrogatos num quæsissent, quid ipsismet impenderet, dixisse versus, qui responsi; quibus & ipsis capitalis sententia, & Principi exustio denunciabatur; quæ cuncta sic euenere. Nam & Theodosius successit, & hi capite mulctati, & Valens viuus à Gaenthis igne consumptus fuit. Adeò vt suspicer, hæc omnia per Diabolum Deo reuelante, ad tot scelerum vindictam furibus reuelata. Ex quibus verbis Ammiani patet Socratem, & Cassiodorũ, & Zonarâ incõperta sibi, & parùm vera narrasse.

Nouum genus est ὀνομάντειας, quæ petitur ex nomine constitutis per elementa nominis diuersimodè collocata, & quasi per anagrammatismum faustum quid vel contrariũ indicãtia. Hoc fuit Pythagoricũ commentum. v. g. si, *Ioannes Magnus*; resolutis in, *agnus animosè*. hac putant ab Apollonio Romæ puellam, quæ nuptiarum die mortuâ, susciatam. [*Philost. lib. 4.*]

Decimam dicebatur ἀριθμάντεια. quæ fuit duplex, vna Græcorum, valorem litterarum considerantium, & futurum victorem augurantium, cuius nomen maiores numeros cõtineret: ἀδιαλήπτως Hectorem ab Achille superatum ». Altera fuit Chaldæorũ, qui alphabetum distribuunt in tres decãdes, quibusdã litteris repetitis, & nomina petentium resoluta commutant in numeros & singulos numeros suis planetis attribuũt. Huc refertur secunda Iudæorum recentiorum Kabbalâ, quam diuidunt in duas partes; in quandam θεομαντέιαν blasphemijs refertam; & ἀνθρωπάντειαν hanc vanissimam: à quâ non abit lõgè Platonis Arithmeticum varicinium ι, reprehensum ab Aristotele *lib.* 5. Sanè Apostolus & Euangelista D. Ioan. in Apoc. notasse Antichristi per numerũ. 666. significauit, *c. 13.* vt illi à Deo reuelatum: sed omnium hactenus ingenia in nomine illo eruendo frustrà fortassis desudarunt. *qui multa volet legere Ribera in Apocalyp. Sanderum de Antichristo, Feuardentium in Irenæum, & fusissimè differentem Raimundum de Antichrist. 2. cap. 20. Vsque ad 25.* qui Arithmantiæ tamen nonnihil angelius, quàm par erat, detulit, ex Platonicorum commentis.

» *Terentiam Maurum, citatus à nobis (vbi de hac re dixi plura) Opinationib. in Accij Astyanactẽ.*

ι *lib. 8. de repub.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Locus ille Apostoli non confirmat Arithmantiam; sed duntaxat numerorum inuolucris arithmeticis prophetiam contexit: quod & nobis liceret Sancto Spiritu id inspirante. Ipsis verò numeris vim aliquam diuinam, vel naturalem proprietatem tribuere; erroneum est.

XI. potest esse quod Pythagoræ tribuit Plinius; considerandum in nominibus proprijs vocalium numerum; parem esse prosperum; imparem verò, orbitatis claudicationisue indicium. Circumfertur de his & similibus nugis liber Alchidrinæ, superstitiosus planè, & flammis dignissimus; quem fingunt fuisse discipulum Aristotelis. Huc & ad præcedentem speciem communiter referenda est illa circularis figura, in cuius mediâ inter semilunas areâ, varij numeri arithmetici; in proximo circulo, inscripta verba, *Vita, bona fortuna, mala fortuna, mors, morbus, sanitas*; in sequenti, nomina planetarũ cum certis numeris: in 3. alphabetum Latinis litteris capitalibus, in 4. certi arithmetici numeri. qua in Germaniâ quidam vtuntur, & cuius formam si Georg. Pictorius non exhibuisset, vel sumque explicasset, fecisse. longè consultiùs.

x lib. 8. de script. Asii.

Vltimo loco, Ioannes Leo, diligens scriptor x, quandam ὀρνιθομάντειαν sortiariam recenset: in capsulâ abaculi formâ constructâ quasdam ali auiculas, ad has venire qui consilium quærunt, & obolum offerre: auiculam stipem accipere, ingressam capsulam inferre rostro: deinde regredi, & responsum in chartulâ referre consultori. Hæc sufficiant de his superstitiosis sortibus partim diuinatorijs, partim consultorijs.

SECTIO IIII.

Quale in his peccatum?

NOtandæ sequentes conclusiones. Quo ad sortem diuinatoriam, & auguria cetera;

Primò graue peccatum est inquirere occultas culpas per haruspicia, vel auguria, vel sortes diuinatorias. nam hæc non possunt ita sciri, sine dæmonis auxilio. quare quidam qui per astrolabium conatus fuerat furem occultum nosse, etiam sine intentione dæmonem inuocandi, vt grauiter peccans, ab altaris ministerio fuit per annum suspensus α; idque ex gratiâ & dispensatione: quia secundum ius commune debuisset in perpetuum suspendi β.

α c. 2. de sortileg.
β cap. si quis Episcopus. 26. q. 5.

2. æquè mortale peccatum est augurijs vel sortibus conari prædicere futura contingentia γ: ideoque in clericos lata excommunicationis sententia δ.

γ D. Thom. 2. 2. q. 95. a. 6. & 7.
δ c. si quis Episcop. cum seqq.

1. quamuis non sit peccatum mortale huiusmodi obseruationibus, nisi quando quis illis fidem adhibet; semper tamen maximè periculosum est, secundùm illa dirigere actiones suas, etiãsi quis illis minimè credat. ratio. quia iustissimè Deus solet permittere, vt tales malè pereant: Diabolus etiam per huiusmodi sæpè in maiora pertrahit, & in magis serijs decipit: &, vt minimum, per hæc homo pessimum habitum acquirit, proximè disponentem ad infidelitatem.

4. idem hodie dicendum de sorte consultoriâ, quâ inquiritur, quid nobis faciendum vel iudicandum. nam & hæc, sub anathemate prohibita ε. probatur. quia non licet huiusmodi, à Deo, inquirere: Deus autem non vult nos suam voluntatem per sortes indagare; sed petere illam à doctrinâ Ecclesiæ, sacrâ scripturâ, superioribus nostris, ac alijs doctis ac pijs viris. Mortale autem est, quando aliquid superstitiosi adhibetur, vel sorti certò creditur: si verò vtrumque deesset, & sine superstitione vllâ, simpliciter quis sorte voluntatem Dei inquireret, probabiliter tantùm sorti credens; foret peccatum Veniabile.

ε c. sortes. 26. q. 5.

CAPVT III.

De Coniectatione.

HVc vsque sermo fuit, de prænotione prorsùs licitâ, *de qua est cap. 1.* vel de prorsùs illicitâ, *de quâ fuit cap. 2.* Hinc sequitur agamus de eâ, quæ aliquando licita, aliquando illicita est; quam vocamus *Coniectationem*. hæc vel est physica seu Naturalis, vel Politica seu ciuilis, quæ *sortis* nomen retinet.

QVÆ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO I.

De coniectatione ex astris.

IN naturalis coniectationis classem refero, quęcumque cuiusis naturalibus verè innituntur, vel saltem eas non improbabiliter omnino prætexunt, cuiusmodi sunt agricolarum, nautarum, architectorũ, medicorum, physiognomorum, chiromantarum, astrologorum, & oniropolarum; de quibus nunc sigillatim nobis est disserendum.

Quoad coniectationem, siue iudiciariã ex astris matheseos, duæ possunt eius species constitui, prior licita, posterior illicita. Prima species est *astronomia*; quæ nititur vniuersalibus, veris & incommutabilibus principijs, & scientiam consequitur futurorum artis suæ; veluti reuolutionis annorum, cursus siderum, distinctionis eorum, item naturæ solis & planetarũ eclypsium, stationum, retrogradationum, aspectuum, coniunctionum, oppositionum, & similium: quo in genere quædam iam prodierunt vtilia, & maiora exspectantur, Tychonis Brahei, Nobilis Dani. Altera est *Astrologia*, tam dissimilis priori, quam pellex coniugi iustæ: quæ nititur principijs communibus variabilibusque, & prædicit effecta euentuum futurorum non necessariorum, sed contingentium: quasi ab astris necessitudine aliquâ dependentium. Et ex illâ priore, in hanc ipsam dem *Chaldæi* deflexere. Sic vocati initio Sacerdotes Babyloniorum, teste Diodoro Siculo *lib. 2. Biblioth.* eò quod Chaldæa natio in hoc genere antistabat. Sanè ideò receptũ postea vt simpliciter *Chaldæus* Astrologum significarit, sicut *Latronem*, & *Chananæus* mercatorem. sic vsurpant Daniel *prophetiæ suæ 2. vers. 2.* Iuuenalis *Satyr. 6.* & Gellius *lib. 1. noct. Attic. cap. 9.*

Astrologiæ huius partes sunt quatuor. prima versatur circa *Reuolutiones*, & prædicit totius anni bello paceque vicissitudines, aëris salubritatem, annonæ pretium, morbos animantium, &c. Secunda continet *Magisterium Natiuitatum*, docens quid sigillatim homini totâ vitâ obtinget. Tertia vocatur *Electionum*;

quæ docet quid in singulis rebus consultò & vtiliter faciendum, quid omittendũ; quando ædificandũ, quando mihi matrigandũ, equitandúmue, quando egrediendũ manendúmue domi, denique quando & quibus locis singula facienda, vt felicitèr cedant. hac se mirabiliter iactabat, meus olim in Mathesi Doctor, Ioa. Stadius; ipsi tamẽ, si demas, quæ per impostură aliquando consequebatur, omnia pessimè & infelicissimè cedebant. 4. est *imaginum sculpendarum*, planè præstigiosa, & à nobis lib. 1. satis confutata. Trium ceterarum, nulla quidquam habet certitudinis, sed quo longiùs abit quæque à communibus illis astronomiæ canonibus, & ad particulares singulareisque euentus propiùs accedit; eò à scientiâ & certitudine longiùs recedit, & mendacio vanitatique sese arctiùs adiungit. Vnde

Sit 1. concl. Astronomus non recedens à suis vniuersalibus, commensuratis, immediatisque principijs, potest iuxta motiones artis suæ certò prædicere, etiam multis antequam eueniant annis, vniuersales illos artis suæ euentus: nisi tamen vel supputatio, vel instrumenta eum fallant.] Hinc ortas Ephimerides, quæ vulgò circumferuntur. Hanc conclusionem neminem puto negaturum. quia sicut se habet res ad effectus, sic ad cognosci: euentus isti necessarij sunt, & certi: potest igitur certò cognosci. Iuxta eamdem rationem, poterit, Lunæ & solis vario colore & alijs phęnomenis, astronomentorum, pluuiarum, serenitatis & huiusmodi vicissitudinis tempestatum euentus probabiliter prędicere. ratio, quia plurimum hęc accidunt; aliquando tamen ob peculiares aliquas causas impediuntur. Huc spectant Arati, Ciceronis, Hesiodi, Virgilij, & Germanici de Phænomenis carmina.

2. conclusio, Astrologiæ species illa prima non est superstitiosa, si tantum profitetur opinionem cum formidine opposita: v. g. *minantur astra annonæ caritatem; forte futura duritia annonæ; metuo ne sit*, &c. Secunda verò non est superstitiosa si tantum profitetur suspicionem, v. g. *suspicio est hunc puerum*

rum fore talem; inclinabitur ad hoc; horoscopus illi talia portendit, &c. Tertia pars denique non est superstitiosa, si tantum dicat se æstimare, quòd res benè sit cessura: & reuerâ animo suo non plus tribuat, quam verbis præ se fert, (quod in omnibus his tribus notandum) *fusè hæc docet Conrad. Wimpina lib. de Fato; & alio opere de superstitione lib. 2. cap. 7.* ratio, quia per ter consideratos euentus similes, ad similem astrorum posturam sæpè subsecutos, licet nobis æstimare, suspicari, & metuere similia: neque vllum peccatum in hac observationis cautione versatur; quę est portio quędam prudentię, & ideò secundum se est bona.

Tertia concl. astrologia vllo istorum trium modorum vterius tendens, & prędicens aliquid vt certò euentuum, merè illicita est & superstitiosa: totaque huiusmodi diuinatio incerta est ac vana, nec artis aut scientię digna nomine.]

α *in summ. verb. astrorũ observatio.*

Notandum ex Caietano α solere hìc incurri tria peccata. Mortalia, secundum tres modos excedendi. Primò quando Christianæ fidei mysteria stellis subijciuntur, & deducuntur ex astrorum influxu vel situ. qua in re peccauit etiam Pet. Hispaliacensis, qui diluuium Noe, natiuitatem IESV, religionis deique mutationes & alia huiusmodi supernaturalia arcana astrorum disciplinæ subiecit; Firmicus quoque, Albumasar, Aponensis, Machiauellus, & Paul. Iouius β, Italique complures in eundem scopulum impegerunt, quos perfidiæ meritò peregit Ioann. Picus Mirandulę γ Comes. Refellitur hoc dogma, quia talia mysteria à libero Dei decreto dependebant solo; Deus autem, vt constituit, sic etiam potest cęlorum cursus immutare. ideoque Christiana religio cęlis superior censenda. *Confessio* enim *eius super cœlum & terram* δ.

β *lib. 13. histor.*

γ *lib. 2. cont. Astrolog. c. 5. & lib. 5 ac. 11.*

δ *Psal. 148. v. 14.*

Secundum peccatum est, quando futura contingentia, ut astris censent certò pręsciri posse. hoc enim tollit libertatem humani arbitrij. Nam si certò pręsciri possent, hoc foret quia actiones illę ab astris, & non ab arbitrij libertate penderent. sicque desinerent esse futura contingentia. Contradictoria itaque sunt certo aliquid huiusmodi prędici, & tamen huiusmodi

libera siue contingentia esse.

Tertiò peccatur, quando interrogationes & electiones cęlestibus hisce corporibus subijciuntur, vt certæ cuidam causæ, ac tanquam legis decreto: ita vt quis hanc vitæ actionibusque suas regulam & normam præfigat. Hoc enim repugnat dignitati diuinæ gratiæ, quæ vincit naturam; repugnat etiam diuinæ legi, quæ talia vetat sic obseruari; repugnat nostrę mentis & consilij dignitati, qua cunctis rebus corporeis sumus præstantiores & sublimiores.

In duo hęc posteriora peccata incidunt, quotquot plusquam oportet huic astrologię tribuunt, vt veteres Chaldęi, & qui in libris iuris vocantur Mathematici ac Planetarij: & ex recentioribus, ideò cauendi, Iul. Gauricus, Leouitius, Cardanus, Bellancinus, Ioannes Stadius, Iunctinus & Nostradamus; contra quos omnes est prędcedens tertia conclusio:

Quæ probari potest ratione, & auctoritate. Ratione, quia, quum euentus isti non existant necessariò, & certò; non possunt certò & necessariò præsciri. Deinde quia hi effectus non continentur in astrorum potestate, quibus etiam nec Deus, nec humanum arbitrium subsunt. Et aliæ plures rationes peti possunt ex bullâ Sixti. V. contra astrologos; & ex doctissimo, prolixoque opere Ioann. Pici contra Astrologos.

Auctoritatis probatio, suas habet classes. 1. probatur scripturæ sacræ testimonijs, quæ docet rerum futurarum prænotionem solius esse Dei ε; & eam prorsùs adimit homini ζ, ne quis discat astrologiam, vel ab astris sibi timeat, & fieri esse vanas leges infidelium η: ne sequamur vanitates philosophorum κατὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου *secundum elementa vniuersi*; quod de astrologiâ D. Athanasius accepit: ridet augures, defendit à scientiâ suâ Babylonios & Chaldæos fuisse desertos, illudque ipsis studium inutile & noxium fuisse. ι Quis Deo non credat? Ecce, clamat ipse Deus: *Ego sum Dominus irritans facientes signa diuinorum, & hariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsùm, & scientiam eorum stultam faciens.* κ Ex his locis patet erasse Salisberiensem cum lib. 1. cap. 11.

ε *Esai. 41. v. 23.*

ζ *Eccles. 8. v. 7. & c. 10. v. 14.*

η *Ierem. 10. v. 2*

θ *D. Paul. ad Colos. 2 v. 8.*

ι *Esai. 47. v. 10 & 13.*

κ *Esai. 44. v. 25.*

scribit; viguit autem ista scientia, & fortè eam aliquatenùs licuit excercere donec Deum natum nunciauit stella de cælo, magosque nõ reprobos, primicias fidei ad eum adorandũ nouo & inaudito ducatu perduxit, exin de verò penitùs interdicta est.] imò vt semper mala fuit, sic semper interdicta iure diuino fuit.

2. quia concilia & canones PP. grauissimis, pœnis constitutis, eam damnant: longum foret verba adscribere. Iocundi indicabo *c. illud, c. illos. c. sed & illud. 26. q. 2. c. igitur 26. q. 5. cap. non liceat. 26. q. 5. cap. 2. de sortileg. Concilij Tridentini lib. de libror. damnator. Reg. 6. & plenissimè Sixtus V. P. M. bullâ sua contra astrologos.* Equidem lego apud Epiphanium *lib. de Ponder. & mẽsu.* lim Aquilam Ponticum ex Ecclesiâ pulsum, cò quod his studijs nollet abstinere.

3. damnat eandem Ius ciuile Romanorum. *l. 2. C. de Malef. & mathem. l. Mathematicos. C. de Episc. aud.* quibus & ars interdicta, & codices incendio, & vtentes dãnantur exilio: sed alibi etiam morte plectuntur, *l. 5. C. de malef. & Mathemat.*

4. vt omittam Originem, & Eusebium *lib. 6. de Præp. Euang.* c. 9. damnant communiter Patres orthodoxi, *Basilius hom. in Genes. 6. & serm. in Princip. Prouerb. D. Chrys. in c. 2. Matth. D. Ambros. lib. 4. Hexam. c. 4. D. Augustin. lib. 2. de Genes. ad lit. cap. 17. & lib. 2. de doctrin. Christ. à cap. 21. & lib. 5. de Ciuit. Dei, aliquot primis capitibus, & hom. in ps. 61. D. Gregor. hom. de Epiphan. Ioan. Saluberiensis lib. 2. Polycratici, cap. 19. & 24. & 26.*

5. damnant communiter Theologi, tũ veteres, vt *D. Thom. 2. 2. q. 95. a. 5. S. Bonau. in Centiloquio, D. Antonin. 2. p. tit. 12. cap. 1 §. 6. Pet. de Tarentasiâ, Richar. Paludan. Gabr. Atai. in 4. sent. Guilh. Pariss. tractat. de legibus ad longum:* tum recentiores, vt opere doctissimo & vberrimo, Phœnyx æui sui. Io. Picus Mir. & eius nepos contra Bellancinum patrui libros defendens, Io. Fr. Picus *lib. 5. de Prænot. Iulius Siren. lib. 9. de Fato à c. 29. tamen postea c. 36. & 37. videtur aliquantulum plus æquo tribuere astrologis; item Mich. Medina lib. 2. de rectâ in Deum Fide c. 2. & noster Bened. Pererius lib. integro de diuinat. astrolog.* 6. dam-

6. damnant communiter Iurisconsulti tam canonistæ quã legistæ, *Ioannes And. Abbas, Ancaranus, Ananias in c. ex tuarum. de sortileg. Turrecremata in d. c. illos, & in summa de Eccles. Alberic. Rosatus in voce Sortilegus, Troilus Maluetius tract. de sortil. p. 1. Bald. Salycet. & alij scribentes in ll. 2. & 5. C. de malefic. Guillaud. de sortileg. q. 3. nu. 8. & 9. nu. 13. cum seqq. & q. 11. nu. 16. Pet. Lelogherius lib. 3. de spectr. cap. 9.*

7. damnat huius artis peritus, ex ipsâ experientiâ, & praxi Pontificum, viginti schematibus & exemplis allatis Sixtus Hemminga Frisius recenti opere; *astrologiæ refutatæ.*

8. damnant philosophi & medici, ex veteribus optimè Xenophanes Syrus & Diogenianus, *apud Eusebium, d. lib. 6. c. 6. & 7. & plures alii apud Ioan. Stobæum Sermo. 78.* ex Neotericis, Georgius Trapezuntius, *lib. cur astrologorum iudicia vt plurimum sint falsa?* & Francisc. Valesius. *lib. Sacræ philosophiæ cap. 31.* Nec omittendum dictum prudens medici cuiusdam Iudæi; cum Petro Castellæ Regi (cui sæuitia morũ, & innoxius Iudæus illi ex Horoscopo noua imperia, & montes (vt aiunt) auros addixisset, rebus postea desperatis quærenti, & qui ...ciuij fides constaret? respondisse fertur; *cælo rigente, si ...ea in balneo lauet, sudaturum nihilominus.* astris studia vitæ ...que plus posse significans. auctor Ioann. Mariana *lib. 17. Hispan. cap. 14.*

9. damnat ipsemet vanitatum cunctarum studiosissimus ...ctor & coryphæus, Henricus Cornelius, scribens hanc artem nihil esse aliud, quam superstitiosorum hominum fallacia...ciscturam: qui ob multi tẽporis vsum de rebus incertis ...entiam fecerunt: in quâ emungendæ pecuniæ gratiâ deceptos imperitos, & ipsi simul decipiantur.] hęc ille malus lib...bono malo bonum perhibens testimonium arti non bonæ.

10. damnant Historici, vt Tacitus, cuius illud præclarissimũ ex...*lib. 17. de mathematicis*, genus hominũ infidum petẽtibus, ...ctibus fallax, quod in ciuitate nostrâ vetabitur semper, & ...tabitur.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

11. damnant poëtæ, vt Sibyllinorum oraculorum auctor lib. 3. vt Ennius, cuius illa sunt egregia;

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos coniectores, non interpretes somnium,
Non enim sunt ij, aut arte diuini aut scientiâ:
Sed superstitiosi vates, impudentesque arioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat;
Qui sui quæstûs causâ fictas suscitant sententias.
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmam petunt:
De his diuitijs sibi deducant drachmam, reddant ceteri.

Apud Laërtium, ab anu domesticâ meritò ridetur Thales; in quem Gabriæ festiuum exstat epigramma; lusere & alij in *thologiâ lib. 2.* sed præ ceteris illud Leonidæ placet quo astrologiæ matrem, dixit audaciam, obstetricem stultitiam: & ridet moechæ maritum, iactantem se gnarum probri alicui & infortunij, domesticum dedecus cùm ignoret. Lusit in eadem martyr Morus;

Astra tibi æthereo pandunt sese omnia vati,
Omnibus & quæ sint fata futura monent:
Omnibus astl vxor quod se tua publicat id te
Astra, licet videant omnia, nulla docent:

& quæ sequuntur pari sale ac lepore condita.

Sed non desunt astrologis quædam argumenta. *Obiectum primò* illud Genes. 1. *ver. 14.* de luminaribus cæli: *Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos.*] vnde quidam, etiam ex numero Theologorum, colligunt astra, etsi non sint causa, certa tamen esse signa futurorum omnium; quod non Plutarcho tantum, & Porphyrio, sed & Origeni, & Eusebio, & ipsi Augustino tribuitur à Iulio Sirenio μ, qui hoc tenet, & ipse firmat ex Isaiæ verbis ν: *complicabuntur sicut liber cæli:* per cælum multi intelligunt firmamentum, & dicunt firmamentum vocari librum, eò quòd tanquam in libro, sic in cælo, cuius stellæ sint caracteres, futura legantur signata. *Respon-*

μ d. cap 36. & 37.
ν c. 34. v. 4.

Respondeo, astra non esse certa signa futurorum omnium. Nam illa Origenis sententia, refertur quidem ab Eusebio, sed non approbatur ab eo; à D. Augustino autem expressè & clarissimis est Augustinus; vel Origeni fauet *in lib. 2. contra Manichæos cap. 21.* Nam hoc *cap. 21.* per corpora cælestia non intelligit orbes cælestes, sed beatorum corpora gloriosa, vt contextus manifestat. Locus autem Esaiæ nihil ad rem facit. Quis similitudo desumpta ex more Hebræorum; qui libros scribebant in vnico folio, siue oblongâ membranâ scribebant. & eam, instar telæ textorio radio circumuolutæ, circa cylindrum vel bacillum ligneum circumuoluebant ac complicabant. Hinc ergo petitâ comparatione; sicut quando cælum creatum primò apparuit, dicitur extensum fuisse ficut membranæ liber huiusmodi liber, quando spectandus euoluitur & explicatur, Psalm. 103. v. 2. *Extendens cælum sicut pellem:* sic prophetans de mundi fine ac cælorum dissolutione, comparatam libro illi complicato, siue membranæ circumuolutæ, vt optimè aduertit Auctor Quæstion. Ortodoxor. *respons. 90.* quod clarè explicuit B. Ioannes in Apocal. ο. *cælum recessit, sicut liber inuolutus.* Quo loco Andræas Cæsariensis consuetudinem quoque illam Hebræorum obseruauit: ex quo cùm dicta sint ad verbum ferè, quę loco illo scribit Arethas Cæsariensis, & locus eius in versione Latinâ sit mutilus, rectè sibi videtur, qui ex Andreâ locum Arethæ correxerit. Vt igitur ad locum Mosis in Genesi reuertar, dico illic agi de signis in vniuersum, siue qualibuscumque (vt vox Hebræa *Oth* denotat) tempe astronomicis, vniuersalibus, denotantibus diuersos anni tempestatum, diei, noctisque π: vel etiam polyticis & forensibus: vel quandoque miraculosis: non verò agitur de astrologicis, quæ vanissima sunt, nec signi nomen meretur. Pluribus hanc Sirenij opinionem refellit, Ben. Pererius *de operis c. 4.*

ο c. 6. v. 14.

π de quibus Psalm. 135. à v. 7.

Obiectur 2. ex libro Iudicum illud, cap. 5. v. 20. *De cælo dimicatum est contra eos. stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus*

aduersùs Sisaram pugnauerunt.] quo, inquiunt, pacto pugnauerunt, nisi quoniã Iudæis faustus, Sisaræ verò infaustus ille cursus astrorum,& siderum statio? si ergo Sisara perijt propter hunc ordinem siderum ipsi aduersum: potuit etiam hoc ipsum per astrologiam præuideri, ac metui, ac vitari. *Respondeo* ex antiquit. Iosephi verè huius conflictus tempore procellam magnam exortam fuisse, aquæ etiam & grandinis multitudinem oculis Cananæorum offusum,& sic arma bellica ipsis vsui esse non potuisse. Quod auxilium cùm cælitùs fuerit missum, ait SS. *de cælo dimicatum* ρ. missum verò fuit per angelos defensores populi Israëlitici, quorum Princeps est Michael. Hi dicuntur in ordine & cursu suo fuisse auxilio Israëlitis, propter ordinem militiæ, seu hierarchiæ, in qua quisque suum ordinem & stationem seruabat; item propter continuam operationem & instantiam custodiæ cuique commissæ, in qua fideliter vnusquisque angelus perseuerabat: quam vocat cursum; & sic eo loco stellarum nomen angelis tribui voluerunt, vbi *cauda draconis traxit tertiam stellarum partem.* Sed nec Hebræum nomen positum in Cantico Deborę τ, *Haccebabim* aliud quam stellas seu sidera significat. nec apud D. Ioannem per stellas Angeli, sed viri Sancti, ex veriore expositione sunt intelligendi, sicut & apud Danielem, cùm ait φ; *magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli, & deiecit de fortitudine, & de stellis,& conculcauit eas.* Melior ergo Cantici Deborę interpretatio est,quam video placuisse Caietano, sic scilicet, ceteraque elementa, & tempus ipsum fauisse populo Dei,vt ipsę quoque stellę solitę imbres ciere, censeantur contra Sisaram pro Israële pugnasse. Denique nec consequenta argumenti valet.

ρ Procop. in Iudic.

σ Apocalip. 12. v. 3.

τ d. v. 20.

υ Orig. tract. 30. in Matt. Gregor. li. 32. moral. c. 14.

φ Dan. 8. v. 10. *sic explicat Andreas Cæsar in Apocal. c. 12.*

χ Ps. 18. v. 2. *Tertio* obijciunt illud Dauidis χ; *firmamentum annunciat opera manuum eius.* hoc est aiunt, prænunciat ea quę Deus facturus est. *Respondeo*, non illum esse sensum, sed hunc; pulchritudinem cęlestis huius & visibilis fabricę nobis indicare excellentiam operum Dei inuisibilium: & cogere nos vt scrutemur,

Nunc,nõ alium potuisse firmamenti esse architectum;vt Patres plerique exponũt ψ,nec dissentiũt Rabbini & Vatablus. ψ D Hieron. & Euthym. hic D. Ambr. ref. 12. Hexam. c. 4.

Quarto obijciunt ex Historijs, sæpè has prædictiones esse factas, vt præter ceteras fuere quatuor. vna Theagenis, qui ex natiuitate seu geniturâ addixit Augusto, imperiũ ω: 2. Thrasyllus mortẽm sibi instare,miranti Tiberio dixit, quâ secretissimo Tiberius ei re cum nullo cõmunicatâ moliebatur α. 3. Asclepiadis de quo ista Suetonius in Domitiano;Hunc(*Asclepiadem mathematicum*) delatum nec inficiantem iactasse se quæ prouidisset ex arte; scisscitatus est (*Domitianus*) quis ipse futurus esset, an diu manaret exitus,& affirmantem fore, vt breui lacerarctur a canibus; interfici quidem sine morâ, sed ad coarguendã temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissimè imperauit. Quod cùm fieret,euenit,vt, repentinâ tẽpestate deiecto funeris lectulo, ne summæ dignitates vel imperia vel Pontificatus ab astrologis prædicti: dignitas Allabio cuidam, mirè à fortunâ ludificante prædicti, & Athenaidi, quæ postea vxor Theodosij Iunioris fuit imperiũ,Rodolpho Habspurgio β: Pontificatus,Leoni X. & Marcello II. ε His omnibus,

ω Sueton. in Octauio c. 94

α Dion li. 55.

β Eunapius in vitâ Ædesij. γ Zonaras & alij. δ Cuspinian. in Cæsarib. ε Iouius in Leone lib. 3. idem in Hadriano 6. Gaguinus li. 4. & Onufr. Panuin.

Respondeo, Quando astrologi verũ dicunt tũ multo diligentius cauendos. quia satis clarum hoc signũ foret, eos pacto cum dæmone iniuisse,vt ait D. Augusti. ζ & de Thrasyllo Dionysius,cũ scribit solitum affirmare,quæ nuncia longinquis regionibus adferrentur. Ideoque Iurisconsulti in titulo rubricâ η, *Maleficos* cum *mathematicis* iungunt quia vtrosque malefici mathematici etiam sunt malefici,vt explicat optimè Bald. in l. 49. cum dicit pulsos vrbe ab Agrippâ τὸς ἀστρολόγους & sic mathematicos, vnde patet mathematicos dictos ipsos astrologos & sic mathematici in illâ rubricâ & passim in iure alibi, pro astrologis seu genethliacis ponuntur: quo sensu etiam Iulianici vocabulum accipiunt θ: & sic accipiuntur in S. C. Turpilianum apud Vlpianum *lib. 7. de offic. Proconf.* quod Pythœus Rhodius conscriptũ edidit bono reip. ι Aliquando hoc nomẽ Chal-

ζ li. 2 de Gen. ad lit. in fi. et lib. 5. de ciuit. Dei cap. 7.

η C. de mathem. & malefic.

θ Sueton, Tacitus, Ammian. ceteri.

ι Collatione Mosaicar. & Roman. leg. tit. 15.

dæos etiam,& reliquos Ariolos complectitur; Nunquam tamen quando prohibebatur ea superstitio,legitimam coniectationem Astronomorum,nec artem Geometrarum,vel Arithmeticorum comprehendit; quorum scientiam philosophi annumerabant. Aliquando Deus permittebat, & hodie permittit, astrologos etiam ignaros & nescientes verum præ-

κ docet D. August. l. 4. & 7. Confess. λ Num. 23. & 24.

cere, in pœnam audientium κ, sicut & permisit aliquando sortes oraculorum esse veras, & ariolum Balam prophetare λ; & huc subens refero illud Ascletarionis, quod in præsentiarum & terrorem Domitiani permissum. Sæpius id permittitur ob nimiam quærentium curiositatem,teste D. Augu-

μ l. 2. de doct. Christ. ca. 21. & 23.

no μ; qui rectissimè addidit, non quia vera sit prædictio, idcirco minùs esse superstitiosam vel sacrilegam, vel idcirco magis licere prædictionibus talibus fidem dare: sed semper retinendum illud Dei præceptum; *Etiamsi dixerint nobis, ita euenerit, ne credamus eis* ν.] Denique quod de somnio

ν Deuter. 13. v. 2.

dixit Aristoteles, hîc quoque verissimum; huiusmodi divinationem, non nisi ex accidente fore veram. sicut enim qui sidue iacit aleam,vel talos figit;is aliquando senionem,aliquando Venerem iacit, inuenitque: sic cùm isti centies mentiuntur, quid mirandum si ter verum dicant? sanè si memorarentur,mille forent pro vno vero dicto: Pauca notantur, non adeò tamen; quin veris longè plura. Quis nescit, ô

o Zonar. to. 3.

bræos illos, qui Leoni Isauro vera quædam prædixere, & mendaces prædictiones Arabiâ pulsos fuisse o, cum Principem in infelicem iconoclastiam perpulissent? Quis

π Paull. Diaconus lib. 23. version Romanarum.

Pancratio non legit eum & Constantino Irenes filio Imp. dis maximæ, & sibi ipsi necis causâ fuisse π? Quis Constantini Stethati nescit amentiam, qui & sibi & Alexio Bran-

ρ Nicetas l. 1.

stulto vaticinio,exitium attulit? habebatur tamen Stethatus Princeps sui temporis Astrologorum ρ. Quis nescit, quot hactenus vanæ omnes prædictiones eorum, qui diem vel

σ vide comment. nostri in Senecæ Octau. v. 386

num aductus Antichristi, vel excidij mundi, prædixerunt? Mitto Petri Leonij Spoletani insignis medici inanem hanc Mathesis fiduciam, qua mortis Laurentio Medicco occe-

& sibi ipsi præbuit præcipitationis in puteum τ. Mitto, quod Cedrenus narrat de Abrahamo Genethliacos coram Hispani Rege vanitatis conuincente. Mitto Manuelem Cõmenum Imp. cui magno stetit, nimis addictum esse huic insanæ, quæ illum & classe maximâ nudauit, & posteritati semper ridendum propinauit υ. Mitto Ioann. Galeacij ducis Mediolanensis factum, qui cùm ei astrologus quidam mortem immaturam planè prædiceret, sibi ipsi verò longam vitam polliceretur: hominis ridens stoliditatem, statim strangulari cum iussit φ. Mitto mendacium duplex Petri de monte Ilicino in Concilio Constantiensi, quod Aeneas Siluius refellit χ. Addam dumtaxat duorum Principum diuersa studia & mores. Alphonsus Aragonum rex sapientiæ veræ amator, in litteratos omnes mirè munificus fuit, solos astrologos curiâ suâ arcebat; prudenter censens, sibi nihil opus eorum industriam, eò quod sidera stultos regere, sapientes astris deberet imperare ψ. Contra Cardanus memoriæ commendat Ludouicum Sfortiam, versutum potiùs, quam prudentem & perfidum quàm æquibonique amantem Principem, quod dissimillimum, impendiosum quendam astrologum, cum imperitissimum aluisse,in quem plus centum auri magnas pecuniæ profuderit ω. Astrologus pro tantâ mercede tempus omnemque negotio inchoando præscribebat, adeò ridiculè: ut Princeps cogeretur tempestatibus maximis equum conscendere, & cum aulico comitatu ac stipatoribus aliò migrare per medios imbres,per cænum & lutum, non secus ac si hostium manus fugeret. Tam felici euentu, vt regno tandem Gallorũ Rege spoliatus, captus,in carcerem compactus,coactus cæsus,in clathratâ ferreâ mortuus fuerit, verum fortunatique ludibrium. Quis Astrologorum se Alphonso superstitiosi, (hoc illi nomen vanitas ista tribuit) præferat? Quæ Daniel fanè patruus suo & aliorum procerum nomine, Alphonsum publicâ sententiâ in conuentu pronunciatâ, regno exauctorat: eâ calamitate dignum, quod diuinę prouidentię

τ Ioulius in Elog.

υ vide Nicetam Chon. li. 2. 5. & 7.

φ Corrogetus li. facet. or. dictorumque Memorab.

χ lib. 4. de Alfonso.

ψ Sylu. d. l. 4.

ω Cardan. in Ptolomæum de astror. iud. lib. 1. tex. 14.

opera,& humani corporis fabricam insigni linguæ procacitate,ingenijque confidentiâ, accusare ausus fuerit, vti vulgò hominum opinio est,ab antiquo ducta per manus. Vocis falladitatem numen iustissimè vindicauit. [*Vanæ sapientiæ propriò hoc,huc insipientiæ perduxerat.*] Id fore astra memorant poetæ, dissè eius artis non ignaro: si ars est,& nō potiùs inane malium ludibrium,quod à prudentibus semper accusabitur [*rum dictum & Tacito vsurpatum*] & semper tamen patronos habebit. Ex eo ferunt suspicacem esse redditū,& ex metu crudelem &c.] cernis quo illum hæc vanitas præcipitarit,& fecit vt alia sapiens,sibi ipsi toto vitæ decursu (notatum id) deperet,pessimeque semper consuleret. Ægyptios deditos aliuic vanitati,maximè Alexandrinos: quod tamen prudentirum fuerit iudiciū,possumus ex Suidâ colligere. Tradit, Alexandriæ solitos astrologos vectigal pendere,βλαχερναῖον nocupatum: quoniam eos non nisi fatui homines consulerent, quos Græci βλαχὰς vocant;ductâ Metaphorâ ab inutili pisquem ne canes quidem velint attingere.

Concl.4. si non superstitiosi, certè noxij infirmis illi nolici sunt;qui secundum lunæ & aliorum planetarum in signa Zodiaci stationes,de morbis iudicant.v.g. quæ cuique curerit ægritudo,& quo illi pacto medendū: necnō chyrurgi, qui in vulneribus idem obseruant, & dies considerant vulnerum, & stellas eis præsidentes (quas vocant,Centel,Neus,Dilbebel,Lachadiel, Sapissa, Elebra & simil.) & inde prænuncient vulnus esse lethale, vel sanabile.] hęc omnia fusè defendit Conrad.Wimpina α. tales etiam videntur illi astrologi, qui generatim pronunciant, qua die pharmacis, venarū sectione, aut cucurbitulis corpus sit euacuandum. Meritò suspecta sunt hęc omnia. quia stellarum non est tanta vis in hęc inferiora, & si qua talis vis foret, ea posset & soleret aliarum particularium causarum concursu planè impediri. Imò & sola materię dispositio,lunę & astrorum omnium actiones euariare facit, teste Galeno β, cui Auicenna γ consentit. quare obseruationes & effectus huiusmodi dierum indicum, prouocantiū, vel critico-

α d.lib.3,c.8. & 9.

β li.1 de dieb. Criticis.

γ lib.4. Fen. 1.tract.2.c.1.

nitiorum, longè magis dependent ex materiæ dispositione, concoctione,& statis morbi tēporibus ac symptomatibus, quā ex sideribus: quæ est vera sententia Hippocratis & Celsi δ. Longiùs etiam aberrant isti Astroiatri, quia præcipuè attendunt ad quosdā lunę imaginarios angulos,aspectus,& conformationes;paruifacientes vel contemnentes potiùs quomodo ad cœli vel siderum influxus recipiendos materia disposita fuerit,& quæ periodi tēporum, quæue concoctiones & crises sint morborū. Hos ergo meritò maximè Galenus ε cōtemsit, Augustinus Niphus ζ risit,& multis eorum patefactis erroribus η Ioannes Langius impugnauit: & Marsilius Ficinus, qui iunior ista defenderat θ, eadem postea fatetur se scripsisse, non vt probaret,sed vt cum Plotino astrologorum ineptias rideret.

δ *Hippocr. passim, & Celsi.li.4.c.4.*

ε *lib.11 Therapeut.*

ζ *lib.5.de dieb. Critic.*

η *epist.35.*

θ *lib.de vitâ cœlitus conseruandâ.*

ι *lib.11. epistolar.ad Politianum & Picum.*

Concluſ. 5. Pars illa interrogationum, quæ rès occultas manifestigat,vt furta, thesauros, virginitatem &c. planè vetita & pernicioſa est omni iure.] prohibent sacræ litteræ; Leuit. 19.v.31. *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteris vt polluamini per eos.* Deut.18.v. 10.& 11. *Nec inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolum, & qui ex somnis, nec incantator, neque qui Pythones consulat, aut diuinos, & quærat à mortuis veritatem. omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter huiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo.*] Ecclesiastico prohibetur hoc. *cap.1.& cap.ex tuarum. de sortileg.* Iure ciuili plurimis rescriptis, *l. item apud Labeonem §. qui astrologos. D.de iniur.l.2.& l.nemo aruspex. C.de malef. & mathem.l.1.C.de thesau.lib.10.* Tolerantur hi sæpè in rebus-pub.sed exemplo pessimo,& publico malo.

QVÆSTIO II.

De coniectatione, ex elementis, meteoris, plantis, arboribus, brutis.

A Stris & cęlis proximū,de quo certo constet elementū est aër: valdè enim probabile est ignis Spherā propriā esse nullam;

nullam; quæ sententia valdè antiqua est, & à recentioribus quibusdam strennuè defenditur α, videtur hæc mens Auso-
nij in Gripho Ternarij,

Tres Charites, tria fata, triplex vox, trina elementa.

In mediâ regione aëris variæ valdè fiunt impressiones meteorologicæ. Exhalationum copia gignit magnos & parvos ignes, diuersissimè configuratos, pro exhalationum ipsarum formâ diuersâ: vt modò videantur flammæ, modò columnæ, modò lanceæ, modò stellæ saltantes vel discurrentes, descendentes, vel ascendentes, aliquando verò & cometæ multiplices, de quibus non est nunc tempus agendi β. quibus omnibus commune est magnam temporis siccitatem denotare, signa quoque esse ventorum diuturniorum, vel violentorum: quod maximè cometis conuenit; qui si frequentes fuerint, etiam prægnificant sterilitatem, famem ac pestem: eò quòd vis cometæ omnem vaporum & exhalationum humiditatem absumit: vnde consequenter mortem minantur biliosis, & qui ardentioris sunt naturæ, quales plerique Principum & Magnatum: eâdem siccitatis causâ, ad bella quoque & seditiones inclinant. Cetera quæ his astrologi & Squarcialupus addunt, vana sunt & fallacia; quæ dixi, naturæ consentanea videntur. Fit tamen non ratò vt cometarum cauda sit, supernaturalis dumtaxat Dei dispositio, sic volentis admonere homines, de imminente publicâ calamitate, vel morte regum aut principum, vt ad pœnitentiam & morum emendationem recurramus γ. Tunc autem cometæ pertinent ad ostenta (de quibus actum) & Dei caritatem nobis egregiè commendant, non ferientis nisi nos priùs admonuerit. idcircò videmus crinitas stellas in eam partem comam diffundere, cui minantur. Mirificum huiusmodi commonitionis signum, narrat Gobelinus Persona δ: nempe in monasterio Bodkensi, quod B. Meinulphus confessor exædificauit, quoddâ miraculû ordinarium contigisse talibus ostentis annumerandû: Tintinnabulum (inquit) quoddam magnum æneû benè sonorû in eodem monasterio reuerenter asseruatur. Nam quoties alterius

α *Hier. Card. lib. 1. de varietat. c. 2. Scipione Capicio lib. 2. de Principijs. Franc. Patricio li. 7. discuss. Peripatet. tom. 4. Fran. Valesio de sacrâ philos. c. 50.*

β *vide Arist. 1. Meteor. à c. 4. Plinium lib. 2. Nat. hist. & ibi Comment. Milichij, Senecam lib. 1. Natu. quæst. Contaren. li. 2. de elem. Cardanum lib. 4. de subtilit. & li. 1. & 14. de varietat. Scaligerû contra Cardã. exerc. 79. Fracastor. in lib. de Homocentri. & Arnd. Duditium tract. de Cometis, & epist. ad Ioã. Cratonẽ. & Damasc. 2. de fid. ortod. c. 7. Bonau. in 2. d. 14. q. 1. Vlt. & in vitâ S. Meinulphi mens. Octob.*

qua ex eius monasterij sororibus breui erat abitura è vitâ, absque vllo humano ministerio, per se fortem reddebat sonum.] Videat hæreticus, vt lubet, sed alia duo similia accipiat, ego tamen non lubet. Scribit Leonard. Vairus ε, In Celtiberiæ oppido Vilillâ campanã esse; quam vocant incolæ *campanam Miraculorum*; hanc per aliquot menses priusquam resp. Christiana aliquid aduersi patiatur, ex seipsâ nemine pulsante, sonare solitam: cuius rei (sic ait) testimonium per publicas tabelliones hisce oculis egomet legi, præter fidem, quam eâdem re illius regni Proreges faciebant suis litteris.] Accedat & aliud è Gallijs, quoniam Hispaniam à testimonio arcent aduersarij. Eodem Vairo teste, ad flumen Rhodanum, in Sequanorum confinio, situm est nobile monasterium S. Mauricij. Viuarium illic visitur, in quo iuxta numerũ monachorũ pisces ponuntur. Illorum si quis ægrotet, pisciculus quoque tenuissimus cernitur supernatare: quod si monachus è vitâ migraturus sit, paucis ante diebus pisces moritur. Hoc ita se Vairus accepisse scribit, tum ab Antonio Cardinale Granuellano, singulari bonarum artium patrono, teste oculato; tum ab aliis fide dignis, vt rem locis illis notam, atque omni fide comestatam.

ε *lib. 2. de fascino. c. 14.*

Porro cùm exhalatio quoque sit venti materia, & ventorum ideò præcipuæ qualitates sint, caliditas & siccitas: facilè intelligitur, cur ex ijs & sanitatis corporum, & fertilitatis anni probabilia signa queant desumi. Qui de ventis plura volet, alibi quærat ζ.

ζ *vide Senecã lib. 5. Nat. quæst. Plin. lib. 2. à c. 40. & ibi Milichium, Card. lib. 1. de varie. c. 1. & 8. Vales. de sacrâ philos. c. 50.*

Secundò non pauciora fiunt ex vaporibus, quæ & ipsa fere adferunt probabiles prænotiones. Ex nubibus quã multi queant prædici, post quendam Gerardum, docet Conr. Wimpina η; nec sua rustica prognostica desunt pluuijs comminantibus; nec prodigiosis pluuijs θ, siue naturalia tempestatis anni, siue supernaturalia iræ diuinæ comminatoria. Idem de grandine & glacie dicendum, (quæ specie non differunt ι, & ἐφίδιας in κοσμογονία poëticè nõ philosophicè contra Aristotelem agit) Niuium quoque copia fertilitatem anni; roris & pruinæ

η *lib. 1. de signis c. 5.*

θ *de quibus Plinius 2. ca. 56. & 58. & ibi Milichius.*

ι *Vales. c. 50. de sac. philos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pruinæ multitudo sterilitatem potiùs, prænotant. Nebula descendens serenitatem, ascendens imbres indicat. Tonitrus & ecnephias sunt indicia pluuiæ subsecuturæ: alij verò sonitus in aëre audiri consueti α, magis pertinent ad prodigia. Fulmen & prester, quid prænũcient, Wimpina te docebit β.

α Vt 2. Machab. 5. & d. c. 6.

Tertiò maris tumor, venti; fluuiorum insolitæ eluuiones, pestis annuncia sunt: terræ motus quoque idem designant, testibus Ammiano, Procopio, & alijs.

Quartò, quoad impressiones, quæ per reflexionem lucis, circa vapores ac exhalationes fiunt (vt Iris, halo, coronæ, parelus, virgæ) naturalium præsensionum prognostica censeri possunt μ, vt & hiatus, & quæ foueæ & fenestræ vocantur; necnon flammarum illi tractus, quibus ignis fatui est nomen: sunt enim effectus varij, exhalationis vel vaporis superabundantis, & vincentis obstantia; vel interdum luminis victi ac profligati ν.

μ Vid. Wimpinam d. c. 5.

ν Vide Senec. libr. 1. Nat. quæst. Plinium lib. 2 à c. 28. Contaren. li. 2. de element. Parmeniam lib. 3. Physic. & Carda. lib. 4. de subtilit.

5. (vt ad terrestria veniamus) ex arborum quoque prouentu prognostica colliguntur, vt *teste Tullio.*

Lentiscus, triplici solita grandescere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi,

Amygdalorum copia indicat messis abundantiam ο. Triφolium inhorrescit, & folia contra tempestatem surrigit. Sinauris ludentia arborum folia, lanugines & pappi populi volitantes per aërem, aut aquis innatantes, tempestatem prænũciant. Si rosę violęque sub auctumnum iterum floreant, pestilitas imminet. Burdigalę, quę pestim illam magnam præcesit hyems, aliquas in horto nostro rosas protulit; quas & vidi. Vnum hoc nõ videtur vacuum à superstitione, quod quidam tradidere: sub auctumnũ duas vel tres glandes legendas, tum cultro scindẽdas, trium aliquod in his solere reperiri, muscam, vermem, vel araneum: muscam denotare discidia eo anno futura; verme fertilitatem, araneâ mortalitatem denotari.

ο Vt 2. Georg. d. lib. 3 c. 3. cum seqq.

Sextò animantes etiam quędam nobis prę nunciant, vt;

Cana fulex fugiens è vasti gurgite ponti
Nunciat horribiles clamans instare procellas. Vt &

Tu cauta cornix, & credula matutinis instans vocibus:
Fuscaque nonnumquam cursans per litora cornix,
Si tamen,
Demersit caput & fluctum ceruice recepit.
Ipsi quoque alumni dulcis aquaï ranunculi
Mollipedesque boues spectantes lumina cœli,

Et quæ talia ex Arato Tullius π, & ex Hesiodo Virgil. ρ. Quid coturnicis, ciconiæ, gruis, aëris contagionem fugâ præueniunt, quorũ omnium causas Francisc. Picus inuestigat σ. Ex obseruatione huiusmodi Phænomenorũ, emersere canones prænotionũ; quibus vtuntur nautæ, pastores, & agricolæ, de quibus non contemnendũ opus exstat Antonij Mizaldi Monluciani, *Ephemeridum rusticarum*. Illa quidem ipsa animalia præsagij sui sunt ignara, sed impetum quendam naturalem habent ad petendum quæ cõmodò, & fugiendũ quæ noxæ sunt. Quod figillatim idẽ Picus ostendit, de ciconijs, cypseli, apergis, delphine, ceteris: longum nimis & lentũ foret mihi, singulis inhærere. Veniamus ad nobilius animal, hominem, & ea quædam præsagia.

π *libr. 1. de diuinat.* ρ *li. 1. Georg.* σ *d. lib. 3 c. 3. cum seqq.*

QVÆSTIO III.

De coniectatione medicorum.

Egregius α de quadã falsâ & illegitimâ, imo ludibriosâ; nũc de verâ, seriâ, & gnesiâ dicendum. hanc medicorũ σημειακὴν, veteres, recentioresque Doctores integris tractationibus sunt prosecuti; quos legere β poterunt, qui plenos sitiunt libros. Mihi hoc vnum videtur vniuersim posse statui.

Signa proba sunt, quæ naturalibus principijs, & veris experientijs comprobantur: cetera sunt vana, & ab arte medicofilantur; quædam sanam integrãque valetudinẽ aliena. Proborum, quædam degenerãtem vel iam affectã; quædam succumbentem, & iã victam: quædam sẽ recolligentẽ & victricẽ: quædam denique sunt ambigua, etiam ipsis magistris. Nec vlla

α q. 1. cor. elu. 4.

β Hippocr. libr. de Prognost. & in eũ commentar. Galeni: Aristot. sæpe in Problemat. Celsum lib. 2. de Medici. & horũ sequentes vestigia Fr. Picum d. libr. 3. cap. 7. V. Wimpin. li. de signis c. 8. & à c. 13. vsque ad 21. Io. Guintherum Andernacũ vater. & nouæ medicinæ comment. 1. Dialo. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam certa, quin fallant aliquando, ideò vetus sermo verus, præstare à sexaginta medicis, quam à scabinis sex damnari, & morti addici.

QVÆSTIO IIII.

De prænotione Physiognomicâ.

PHysignomus ex pilorum, & membrorum corporis colore, habitudine, & proportione; de temperie, valetudine quædam etiam de moribus, ingenio, & animi affectionibus putat se scire: præcipuè frontem considerat faciemque, quæ hæc solet esse speculum virtutum intellectualium; & tum vocatur hæc μετωποσκοπία. deinde considerat manum, quæ quoddam virtutum factiuarum speculum, & nuncupatur χειρομάντεια; denique considerat cetera membra, & retinet nomen commune Physiognomiæ.

Hanc facultatem veteres medici, Hippocrates & Galenus diligenter excoluerunt, vt & Aristoteles opere integro: quorum scripta probantur laudanturque, eo quod naturæ ducium sunt secuti. Recentiores Pomponius Gauricus, Bartolomæus Cocles, & alij ferè plura miscent superstitiosa, præter vnum fortè Petrum Motium; cuius librum *de multiplici temperamento & cognoscendis hominibus* laudat Michaël Medina α: quo primò complexionis modum, deinde medico & philosophico ratiocinio propensiones & ingenia gentium, prouinciarum & singulorum hominum describit: methodus hæc vera & recta, sed scriptorem illum nondum potui nancisci. Vitelli mihi non infæliciter Conrad. Wimpina β Galeni & Aristotelis ferè omnia in Compendium redegisse.

α lib. 2. paræmes. Christ. cap. 2.

β lib. de signis c. 8. 9. & 10.

Artis fundamenta varia sunt. primum petitur à quadam cum animantibus similitudine. v.g. qui paruis sunt oculis inuidi censentur, quia simiæ tales; qui magnis, stupidi, boues & asini. ratio est: quia cùm Deus auctor naturæ gnarus esset, quâ quodque animal indole dotasset, singulis etiam addidit instrumenta, quę huic indoli forent quàm aptissima. ferocibus, vt leoni, apro, tauro, vngues, dentes, cornua, timi-

dis fugacibus, vt lepori & ceruo, artus celeri fugæ necessarios, fortibus araturis, vel onera baiulaturis, toros, gibbum, humerorumque robur, vt camelo, boui, equo & reliquis veterinarijs. Idcirco quasi ex signo & à posteriori (vt loquuntur scholæ) animantium indolem ex ipsis instrumentis corporeis, quibus à naturâ sunt prædita, colligunt.

Secundum fundamentum à moribus gentium atque prouinciarum desumitur; quæ cùm certo sint corporis habitu, vtplurimum quoque ingenijs moribusque discrepant. v.g. physiognomi definiunt nimium fuscos, stupidos ac pertinaces esse, quoniam Æthiopes sunt huiusmodi.

Tertium à sexu, v.g. quia mulieres candidâ vtplurimum & molli sunt cute, cædemque sunt pauidæ ac leues; ideò candidos & molli cute, moribus obnoxios ijsdem censent. Hunc secundi & tertij fundamenti ratio ducitur à complexione. cùm enim eadem temperies simul causa sit cutis huiusmodi & morum huiusmodi: raciocinantur, in quocumque cutis tali, talem esse temperiem. quare ab eodem, eiusdē temperiē ratione, similes mores exspectandos.

Quarto rimantur affectus animi, à motu membrorum & corporis affectionibus. tale illud Hippocratis, Oculi non nisi irati fixis & immotis oculis [ferentur.] Sic ratiocinabatur Salomon γ dicens; *Homo* γ *prou. 6. v.* [*pestifer, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit* 11. *pedibus, digito loquitur, prauo corde machinatur malum.* Et Esaias δ; *δ Esa. 3. v. 9.* [*aspectus vultus eorum respondit eis.* hoc est vultus exterior cordis patefecit. sic argumentatur Martialis ε *ε lib. 12. Epigr.* [*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,* 54.

Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Matthiam Coruinum Hungariæ Regem, haud illaudatum [*Bonfinius li.* principem, nimis deditum diuinationi, adeò vt nihil nisi cō- *8. Hungar.* silio astrologis soleret suscipere ζ; tā studiosè accepimus η *hist. deca. 4.* [*η Ioachimus* hic vsuenisse physiognomicę diuinationi, vt ex primo adspe- *Cureus, in* ctu integumentorū faciei, de temperamēto & moribus homi- *Annal. Silef.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

num solertissimè iudicaret; ita vt, magiæ speciem æmulis præbuerit.

Quinctum fundamentum petunt ex collatione signorum cum signis, & ex quibusdam alia colligunt, verbi gratiâ, inuidiam ex iracundiâ, cui tristitia & animi pusillitas sit adiuncta.

Sit conclusio, Physiognomica consistens intra cancellos naturalis philosophiæ, licita est, & habet aliquid probabilitatis.]

Probatur primò, quia positorum fundamentorum aliqua sunt probabilia, quædam minùs, quædam ampliùs.

2. probatur ex sacris litteris, in quibus *virorum robusti-*
rum facies dicuntur similes faciei leonum θ, Item, quod, *in fa-*
prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terræ ι, & alibi,
sapientia hominis lucet in vultu eius κ. item; *cor hominis immutat*
faciem illius λ, & quæ iam citata μ.

θ 1 Paral. 12. v. 8.
ι Prouer. 17. v. 24.
κ Eccles. 8. v. 1.
λ c. 13. v. 31.
μ Prou. 6. v. 12. Esa. 3. v. 9

3. ex iuris intepretibus, quorum communiore calculo receptum, quando plures de aliquo crimine sunt accusati & capti, primùm quæstioni subijci debere illum, qui facie deformior, quoniam credendus sit animo quoque prauior ν.

ν Bald. in l. 2. n. 5. C. quorum appella. non recip. Paris de Syndicatu, Hippolytus, Marsil. & alij.

4. probatur sententiâ philosophorum. Pythagoras enim ad huius disciplinæ regulas, discipulos vel admittebat vel repudiabat. Socrates hac indicinâ deprehendit Platonem forre, qualis postea laudatus ο. Maximi hanc fecere Plato π, Aristoteles, & Sextus philosophus: quorum primus ea vtitur in Dialogis, Secundus accuratè tradidit, tertius idcirco contemnendam censuit, quòd ex ea vitia pus vocauit animi imaginem. Cicero hinc petitis iacula aduersarium mirè lacessiuit ρ. Vellejus Paterculus, veteres rem multùm vsos testatur σ.

ο Sirenius li. 9. de Fato, c. 39.
π in Timæo
ρ Orat. pro Roscio. Comæd.
σ li. 2. histo.

Dixi, non *certitudinis* sed *probabilitatis*: quia solent quidem corporis dispositiones affectionibus animi præire, quod integro libello Galenus demonstrauit: sed præire, non tamen hendo vel cogendo, verùm leniter & assiduè inclinando: ita vt bonâ consuetudine & freno rationis, haut difficulter illa propensio superetur. Quod de se testari Socratem nó pudu-

& Zopyrus physiognomus ex lineamentis corporis eius, barbarum, stupidum, & mulierosum illum iudicasset τ. Sic intelligendus Cassius medicus υ, cũ quæsijsset, cur prodigiosæ formæ homines, plerumque etiam emotâ sint mente? respondet,

τ Cicero lib. de fato, Alexan. Aphrodis. libr. 4. de fato.

Quia corpori consentit anima, vt animæ corpus.]

υ Proble. 51.

Vnde sequitur 1. longè certiùs iudicium ferri de brutis, quàm de hominibus. quia bruta, propensione sola trahuntur; homo propensionem arbitrij habenis moderatur. Sequitur 2. quod Physiognomo non licet iudicare, de facto, siue de actibus hominis vitâ, scilicet hunc esse talẽ: sed de pronitate tantùm ac inclinatione, vt optimè censuit Proclus φ, v. g. talem esse, non posse hanc facultatem iudicare, de donis diuinis & gratuitis, quia Deus hæc distribuit cuique prout vult: nec de infectis planè homini, vt morte violentâ, opibus, honoribus, & ceteris fortunę bonis malisue: nec de nuptijs, statu vitæ, & alijs negotijs, quorum electio est merè voluntaria. Ratio est, quia nihil istorum dependet à corporis habitu, vel constitutione. Permittit quidem Deus, vt quędam diuinationes eorum euentu comprobentur; sed simul eos finit falli, in ijs quę magis ipsis necessaria. Scribit Paulus Iouius in Elogijs, de Antonio Tiberto Cesęnate, qui Physiognomus excellens suo tempore habebatur, eũ Guidoni Balneo prędixisse, quod ab familiari amico necaretur; Pandulfo item Malateste Ariminẽsi tyranno, quod ex patriâ pelleretur & exul in extremâ egestate periturus esset. Paullo post Pandulfus Guidonẽ ob speciem virtutem & suspectam obtruncat: Antiochũ ipsum cuiusdam mancipat, euentum præsagij exspectaturus. Antiochus Rhodiorum arcis filiam, ita flexit, vt resti ab eâ impetratâ in fossam demitteretur: sed compedũ sonitu proditus, & à fugâ reuocatus, cum puellâ percutitur. Pandulfus tandem exsul, & egenus ab omnibus desertus, in hospitali diuersorio senex perijt. Sic dum alijs cauit, sibi non cauit Antiochus. Potuêre etiam illa per humanam prudentiam conijci. quid enim inexspectatum aut mirandum, si familiaris tyranno vir fortis, ob

φ in Alcibiad. Platon.

suspicionem, ab eo necetur? quid verisimilius, quam tyrannum inuisum, vel necari, si sit audax; vel compelli in fugam, si timidus; & semel pulsum, ad egestatem redigi?

QVÆSTIO V.

De Chiromantiâ.

CHiromantiam diuidunt in Physicam, & astrologicam. *Concl. 1.* Physica Chiromantia licita est, & physiognomiæ pars, & ideò de illâ idem quod de hac iudicium.]

Ratio est, quia per lineas & partes manus, considerat ipsum corporis temperiem, & ex temperie corporis probabiliter intendagat animæ propensiones. hanc probat artem Aristoteles *lib. 1. Histor. animal. cap. 5. & 30. ac 34. problem. sect. 10.* & prolixè eam exsequitur Conrad. Wimpina *lib. de signis. ca. 10. 11. & 12.* incautè vero Pet. Primodaius, dum inter quas has species non distinguit, omnem chiromantiam videtur damnare, *Academiæ Francicæ p. 2. die primo c. 4.*

Concl. 2. Chiromantia astrologica prorsùs vana & illicita, scientiæ nomen non meretur.] Scientiam esse nititur probare Anton. Verderius α. nam loqui illum de hac etiam, non de physicâ tantum patet, tum quia coniungit cum astrologiâ & vtramque scientiam contendit esse; tum quia, in responsione penultimæ obiectionis, dicit harum manus linearum significationem ab astris infallibiliter dirigi &c. quæ sanè Ecclesiasticam merentur censuram. tum quia Papa Sixtus V. edixit contra astrologos & Chiromanticos bullâ, definiuit neutram esse scientiam, &, vtrosque pariter damnans, grauibus subiecit pœnis: cuius doctissimi & maximi Pontificis sententia præponderat omni cõtra sentientium temeritati: tum etiam quia in Catalogo Romano librorum, quorum vetita lectio, omnes qui Chiromantiam docent, apertè sunt annumerati. prohibita est ergo.

Vanam esse, docet optimè Franc. Valesius β, doctiss. medicus, meritissimò illam detestans. primùm namque laborant væsaniâ mathematicorum, de astrorum influentijs, quam improbauimus 3. q. 1. Addunt de suo, quod stultius est, hanc areolam esse Iouis, illam Mercurij, tertiam Veneris, atque ita porrò. Superaddunt tertiò tales areolæ lineas hoc prænotare, aliàs illud: quorum nihil ratione vel auctoritate confirmant, sed nudo suo delirio, & prætextæ experientiæ postulant nos manus dare. Cumque tam inania sint artis huius principia, fatentur tamen semper, qui hoc quoque mendacium paruuli discerent. Olim prosâ oratione Chiromantiam tradidit Heleni Syracusius libro, quem nominat χειροσκοπικὸν διώνισμα, Etruscus inspectorium augurium; carmine verò comprehendit Eumolpus quidam. vtriusque meminere Pollux & Suidas. Recentiores scripsere Ioannes de Indagine (Lutheranus, alius à Carthusiano nominis eiusdem) Ioan. Taisnerus Athensis, Antonius Cermisonus, Bartolomæus Cocles, Michaël Sauonarola, Petrus de Arcâ, Marcellus Saya, Andreas Tricassius, Michael Scotus & alij; quorum libri scatent superstitiosis. Hi sibi palmam manus primò in certos colliculos, areolas, & lineas diuidit: areolis planetas singulos, lineis astra quædam præficit: horum denique astrorum atque planetarum vulgò credeos effectus ipsis areolis ac lineis manus ascribit, vt breuiter Wimpina γ ostendit, addens se horum non approbatorem sed narratorem esse nudum: suo iudicio cuncta nænias esse, detestatur hos & impugnat vehementiùs antiquus scriptor Ioannes Salisberiensis *lib. 2. Polycratici c. 27.*"

Sed obijciuntur nobis duo, vnum SS. auctoritas, alterum experientia certa huius diuinationis. Auctoritates sunt duæ; prima est *Exo. 13. v. 9. Et erit quasi signum in manu tua.* Respond. hoc explicari sequentibus verbis; & *quasi monumentum ante oculos tuos*, loquitur enim de solemnitate azymorum; cuius celebrationem vult Hebræis esse signum memoriale liberationis ex Ægypto; Sumit autem metaphoram à more hominum, qui quando volunt alicuius rei recordari, solent digito annulum indere, vel filum alligare: quia cum manum sæpè ante oculos eleuemus, fit vt recordemur eius, quod verebamur ne obliuisceremur.

α lib. 7. var. lection. c. 9.

β fac. philos. cap. 31.

γ 8. cap. 12.

2. Iob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Iob. 37. v. 7. *Qui in manu omnium hominum signat, vt noverint omnes opera sua.* Depinxit ergo Deus in manu singulorum vnde queant prænoscere, quid dicturi, facturi, passuriue sint.

Respond. cum Olympiodoro & Phylippo presbytero ibi verbis istis significari, hanc temporis vicissitudinem, de qua loquitur, serenitate & procellis niuium imbriumque à Deo contemperatam, vt & Dei fortitudo fiat manifesta; & homo videns se tam facili negotio à Deo quauis tempestate impediri à proposito, manumque suam sic quasi quibusdam vinculis astringi, & ab opere arceri; cognoscat se, sine Dei adiutorio posse nihil, suamque confiteatur imbecillitatem. Succurrit huic expositioni versio LXX. quæ habet; *vt cognoscat omnes homo imbecilliratem suam*: necnon Hebræus contextus, in quo ad verbum, sic; *in manu* (siue in vehementiâ) *omnes obsignabit, ad sciendum omnes homines opus eius.* vbi ex more Hebræorum, *Veiad* יד noster vertit, *in manu*, pro in vehementi atque admirabili signo. sicut Isaias δ & Ezechiel *Iad* poluere pro visione propheticâ non vulgari; sicut Moses ε *manum Dei* vsurpauit, pro potentiâ & magnitudine Dei. Legę longe aliam explicationem loci Iob, apud Franciſc. Valesium, quæ, quamuis ingenioſa ſit, cum præcedentibus verbis non cohæret.

δ 2. Reg. 3. v. 15. Esai. 8. v. 11. Ezech. 1. v. 3. & c. 33. v. 22. & c. 37. v. 1.

ε Exod. 14. v. 31.

3. certant exemplis prædictionum, quas euentus roborauit. Bartolomæus Cocles ille, qui tot chiromantię libros edidit, Antiochi Ceſęnatis, de quo, *q. præcedenti* ſcripſi, diſcipulus Lucę Gaurico aſtrologo fuit auctor fugę, vt, qui inflabat, precipitum violentum euaderet. Gauricus contemnens monitum eo quod Ioannem Bentiuolum Bononienſi tyrannide deiiciendum in Ephemeridibus prædixiſſet: iuſſu violenti Principis, ex altâ trochleâ ſuſpenſo funę quinquies quaſſatus, & aſtrologię ſuę iactatę, & chiromantis contempti pœnas dedit. Alexandro Medici Grœcus quidam ex manus inſpectione prędixit mortem, & ſigna edidit percuſſoris; fore ex eius intimis, habitu gracili, vulticulo buxeo, ſuſpensâ taciturnitate, ceteris inſociabilem: quę in vnum Laurentium, qui & percuſſor,

omnia conueniebant. Sed idē ille Cocles, prędixerat Cosimo cuidam, eū breui ſceleſto homicidio manus cruentaturum: & Hermeti tyranni filio, futurū, vt exul in aui cędderetur. Hermes igitur fatali metu percuſſus Copono clam imperat, vt Coclitem, nouū ſibi Agamemnoni Calchanta, necet. Nec Cocles diſcrimen neſciebat. Ideò ſecretâ galeâ caput munię, ingenti gladio, quem peritiſſimè ambabus manibus regebat, ſemper armatus. Verùm à Copono baiuli habitu perſonatum ferę oſtij, calculo iniecto prępeditę, clauem inſereret, celeritâ in occipitium ſecuri, interfectus eſt: nullam aliam patrati facinoris cauſam adferēte Copono, quàm quod ipſe Cocles breui homicidam futurum aſſeruiſſet. Vnus iſta omnia meminerat Iouius ζ, nec vſquequaque indubitatæ fidei Hiſtoricum, nec ſatis, à ſuperſtitioſis & gentiliū, ne dicam opinionibus, ſuam idem locutionibus, alienus; cui vt ea contigiſſe concedamus, idē tamē, quod aſtrologis talia iactantibus, cū D. Augustino reſpondendū. vide 5. q. 1. reſponſ. ad 4. obiectionem.

ζ *in Elogijs.*

QVÆSTIO VI.

De coniectatione ex ſomnijs.

A Græci vocant ὀνειροπολίαν, de qua Senariorum libellus à Iunio Hornano editus habetur α. Ceterorū onirocritikon veterum, non magnâ reip. iacturâ omnes libri interierunt, præter vnum Artemidorum Daldianum, delirum ſenē; quibus quinque cuncta ab alijs tradita complexus fuit. ex recentibus Cont. Wimpina vellem, ne tam multa ſine ancidono congeſſiſſet β. Auorū quoque memoriâ, hanc in Italiâ vsque nimis profitebatur artem Iunianus Majus γ: cuius exſtant epiſtolæ & libelli quidam Grāmatici. Ex inſomnijs prophetam fingebat Thomas Munzerus Anabaptiſtarum parens Brunsuic. Braſileenſes Indi in expeditione ſomnia obſeruant: ſi ſe hoſtium carnes torrere ſomniarint, proſperum ſomnium cēnſent & victoriam ſpondent; ſin contrà ſuas, ab hoſtibus vinci meminerunt. [*Ioan. Stadius lib. 2. Hiſtor. Braſileenſ. c. 27.*] Legi cum ſolicitudine tantum illi de hac materiâ videntur; qui cum D. Tho-

α *inter antimachiaſ. lib. 1. cap. 18.*

β *lib. de diuinat. c. 14. & lib. 2. de inſomnijs per decem capita.*

γ *de quo Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mâ & Antonino ♉, quibus liceat attendere, quæ & quibus interpretari permissum sit, expenderunt ε. hos imitabor.

Macrobius, *lib. 1. de somn. Scipion.* quem sequitur *Schiber. lib. 2.* somnia diuidit, in ἐνύπνιον, φάντασμα, ὅραμα, χρηματισμὸν; *insomnium, spectrum, somnium, visum, & oraculum*: sed Artemidorus ζ ea quinque ad duo reuocauit, *insomnium* nempe & *somnium*; sub insomnio, spectrum; sub somnio, cætera. Gentiles consentiunt species primas, insomnium & spectrum, ἀσήματος esse, nihilque significare vel præmonere. *Somnium* igitur stricte sumptum, vt opponitur insomnio, definiunt, motum aut figmentum animæ multiforme, futurorum bonorum vel malorum significatiuum. Huius verò prædictionis fundamentum statuunt experientiam, & quandam proportionis similitudinem rei somniatæ ad euentum. Experientiam vocant, si vnus vel plures, cùm hoc vel illud somniassent, talem vel talem postea fortunam sunt experti: similitudinem verò illam proportionis longè quoque putidiùs inuestigant. Primò ex quodam more ac consuetudine; v.g. radi caput honestum & religiosum est monachis, quia moribus ipsorum & regulis id consentaneum: ergo si monachus id somniet, id accidere, prosperum erit somnium. Sin verò id somniet alius quis coniugatus, præsagium dicent esse infaustum: quia coniugatis dedecorosum, sic raso vertice incedere. 2. ex vocabuli significatione; veluti audit quis vel legit Serapidis nomen, morietur; quia Serapis idem qui Pluton & Orcus. 3. ex rei significatu Hieroglyphico; vt si quis sibi visus sit cathenâ ad templum alligari; fiet sacerdos, & illi templo seruiet æternùm. 4. à fabulosis narrationibus: veluti visus est sibi aliquis vagus in Isthmo filiolum suum quærere? peribit filius meticulosus iuxtâ fabulam Melicertæ. 5. de aliquâ ratione astronomicâ vel physicâ, longè petitâ, veluti somniauit se lumen à lunâ petere? cæcus fiet, quia luna proprio caret lumine. item videtur quis in somnis manus vrsæ habere? damnatus ad bestias, & ad palum deligatus, ab vrso deuorabitur. cur? quia vrsus intra

A D. Thom 22. q. 95. a. 6. Antonin. 2. p. tit. 11. ca. 2. 6. 7.
ε Turrecremata in c. non obseruetis 26. q. 7. Micha. Med. d. c. 2. Vaief. 8. cap. 31. Sirenius d. lib. 9. cap. 15. Ioan. Nider. ad 1. præcep. c. 10 q. 2. Sa- lubriensis li. 2. cap. 17.
ζ lib. 1. c. 1.

feluncam latitans ori manum inserit, & veluti adedens exegit; indeque sumit nutrimentum. Hæc artis sunt fundamenta, quam ingeniosa, tam puerilia: mireque ridiculus in his est Artemidorus, quia quod vni aliquando casu accidit, in consequentiam trahit, & canones cõflat stuppeos, quibus merè fortuitis casus ad similes euentus prædicendos perturbantur.

Vnde apparet primò, nihil huiusmodi Oniropolicis libris credendum; meritoque damnari eos, qui ad huiusmodi scripta animum adijciunt; nominatim ad legendum fictitios hac de re libros Abrahami, & Salomonis, & libellum somnialem, qui Danielis prophetæ nomine falsò circumfertur, de quo agitur in Decreto Gratiani η. Apparet 2. superstitiosum esse consilium Synesij θ; quo suadet, vt quisque sibi suis ex somniis cum eorum quę postea perpessus collatione, artem quandam coniectandi conficiat: quod inutile studium, vanumque commentum accuratè iampridem Fran. Picus confutauit ι.

Sit tamen 1. conclusio, Quædam somnia verum euentum ἀπαγγέλλουσι, quædam nullum, vel illusorium. quare etiam ἐνύπνια licet obseruare, quædam non licet.]

Concl. hæc est contra Xenophanem Colophonium, & Epicuræos, qui cuncta somnia volebant contemni: est contra Democritum, Protagoram, Artemidorum, Tyanæum, & similes, qui omnia somnia negligi vel præteriri. Vtrumque extremũ (quorum suprà posità definitione patet) & ideo nolunt esse somnia, quia ἀπαγγέλλουσι, damnat S.S. Stoicorum dum ait κ; *Vbi multa sunt somnia, ibi vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deum time.* Item λ; *somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa somniorum.* Epicuræos autem damnat, dum tot exempla diuinationis somniorum & interpretationem, passim suppeditat μ. Rectius ergo Homerus ν & Virgilius ο cõmenti sunt fabulam de duplici portâ somniorũ; per eburneam falsa, per cornean emitti vera; vt indicarent quædam vera & significatiua, quædam falsa & inania ducenda.

η *d. cap. non obseruetis.*
θ *li. de insomniis.*
ι *lib. 6. de prænot. cap. 8.*
κ *Eccl. 5. v. 6.*
λ *Eccles. 34. vers. 1.*
μ *5. cap. 1.*
ν *Iliad. 7.*
ο *Æneid. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Concl. Tam certa sunt somnia, quam eorum certa causa. si hæc effectum certum certò producit, etiam somniorum prædictio certa; si probabiliter, probabilis, si fortuitò, fortuita & fallax]

Explicatione hæc tantum indigent. Synæsius prædicto commentario comminiscitur spiritum quendam fantasticum quem vult esse animæ vehiculum, auctorem & fabrum omnium somniorum: quod Platonicum figmentum est, fabulæ æquale poëtarum. Porphyrius duas causas agnoscit. vnam, dæmones bonos malosque; quam nos admittimus esse causam quorumdam somniorum: aliam notiones quasdam, quas animus ex aliâ vitâ secum allatas in corpus intulerit, quod est à fidei dogmatibus alienum. Nec enim animus hominis corpore antiquior aduênit aliunde, nec quando infundebatur à Deo, vllas secum creatas species, secum attulit. Aristoteles negat vlla à Deo immitti somnia; quod S. S. prorsùs repugnat. Contra Plato, cuncta somnia dæmonibus ascribit, quod rectæ philosophiæ, & quotidianæ experientiæ refragatur. Melùs Hippocrates, vera somnia, partim Deo, partim naturalibus causis adscribit. Rem acu tetigisset, si tertium membrum addidisset, non prætermissum à D. Gregorio: qui rectissimè somnia tribus auctoribus adscripsit, Deo, Natura, Dæmoni: vnde posteriores Theologi ea diuiserunt, in Diuina, Naturalia, & Dæmoniaca. præcipua difficultas est de Naturalibus.

Naturalia proficiscuntur vel à causâ intrinsecâ somniantis, vel à causâ illi extrinsecâ. Intrinseca nascuntur, quædam potissimùm ab animâ, & tunc dicitur causa animalis, aut (vt quidam loquuntur) moralis: quædam potissimum à corpore, & vocatur causa corporalis, & ab alijs, strictè loquendo, naturalis. Intrinseca causa animalis est, quando somnia obueniunt de rebus, quibus cogitatio vigilantis valdè fuit intenta, iuxta illud Salomonis:

Multas curas sequuntur somnia. de hac causa, Attius;

Rex, quæ in vitâ vsurpant homines, cogitant, curant, vident, Quæque agunt vigilantes, agitantque, ea si cui in somnis accidant, haud mirum est.] idē censuere Lucretius, & plurimi, quos φ suprà citaui: nunc non repetam. D. Greg. Nyssenus acutissimè χ, huiusmodi somnia similia censenda citharæ, cuius, fides cessante manus impulsu, adhuc modicum extremâ modulatione trepidant ac tinniunt.

Corporalis intrinseca causa nascitur à præsenti dispositione temperamento corporis, quod vel inediâ exhaustum, vel crapulâ repletum; vel humore aliquo nimis prædominante aggrecit; vel alio interiore vitio laborat. Ex his causis, vel pecca, vel turbida, vel multiformiter varia somnia nascuntur. Quibus sanguis est copiosior, rosas somniant puniceas, concum, hortos, conuiuia, choræas, complexus, aërem, volatum, & læta omnia. Phlegmatici, mare, aquas, balnea, nauigationes, submersiones, onera grauantia, tardam & impeditam à fugam. Colerici, colores flauos, rixas, pugnas, incendia, Melancholici, fumos, caliginem, tenebras, vagationes per sola, nocturnas oberrationes, tetra spectra, mortes, tristia cuncta. Quibus vesica humore plena, somniant de lacu fluuijs, imbribus, & somniādo nonnunquā impluunt ipsi cubilibus. Quibus dominantur finceri purique succi; putant somnis volutari se inter odoratos suauesque flosculos: contra in fœtidis, cœno, cloacis, cadaueribus versari sese, quorum in corpore humores fœtidi putridique coaceruantur. Quibus viscido humore affectæ obstructæque sunt partes cerebri posteriores, illi comprimi ac suffocari sibi videntur in somno. ἐφιάλτην Græci, Latini *Incubum* morbum, Hispani *la pesadilla*, Galli *la coquemare*, vocant.

Naturalis extrinseca somniorum causa est, quādo dormiēti imaginatio ab agente extrinseco mouetur. huiusmodi agens est duplex, alterum est aer ambiens, alterum impressio siue influxus corporum cælestium. Sicut enim corpora cælestia influendo in materiem corpoream influxu varias formas lapidum, metallorum, plantarūque gignunt: sic influendo in fantasiam, quæ organis corporeis est immersa, posse à cęlestibus

φ *in Comm. & Aduers. in Senecæ Claudiam.*

χ *lib. de hominis opificio*

ψ *lib. de diuinat. per insomn.*

ρ *in Sympos.*

σ *l. de insom.*

τ *li. 8 Moral. c. 13. & lib. 4. Dialog. c. 48.*

υ *Eccl. 5. v. 2.*

corporibus produci ſpecies imaginabiles, effectui à corporibus illis cælicis promananti conformes, non eſt negandum. De his,

Sit 3. concl. Somniorum ex naturalibus cauſis deriuatorum, eatenùs licita eſt obſeruatio & interpretatio, quatenus cauſſæ naturales effectibus cauſæ ſuæ coniunctis ſunt dæquatæ.]

In hac concluſione medici, Hippocrates & Galenus, & Theologi conſentiunt; eaque deducitur ex iam dictis. Indiget verò tantum explicatione. Quando cauſa eſt intrinſeca & animalis, poſſumus ſomnium obſeruare, vt in poſterum ſtudia vitamque noſtram meliùs & ſecuriùs inſtituamus. Eſt, quem lectio vel cogitatio diurna, fædis illuſionibus tempore noctuno inquinet: excludat quantâ poteſt curâ ſimiles cogitationes. Territant alium crebra ſomnia, & in puſillanimitatem, deſperationem, vel quod aliud adigunt vitium: cauſas debet ſomniorum inquirere, & remedia procurare, quibus liberetur. Contrà ſomnijs alius vrgetur in bonum, vt religionem, cælibatum, pœnitentiam: probet iſte, num hæc, vt videntur, a Deo ſint. Somniorum huiuſmodi naturalium interpretatio pendet ab experientiâ, & ingenij ſollertiâ, cognitione ſtudiorum, morum, & propenſionum, quæ ſunt in ſingulis.

Quando cauſa intrinſeca eſt corporalis, poteſt quis inſtantes morbos metuere, ſeque præmunire. Scribit Galenus †, quendam cùm ſomniaſſet alterum crus ſibi factum lapideum, mox eâ corporis parte paralyticum exſtitiſſe. Eadem cauſa tam vehemens quandoque eſt & accelerata; vt quando quis ſomniat aliquid ſibi accidere, id reuerà tunc alli accidat. exempl. plum Cornelij Ruffini petere licet à Plinio ſecundo ‡.

Quando naturalis cauſa eſt extrinſeca, tunc videndum, an effectus ſui principium aliquod in nobis habeat, vt ſi ſomniati ipſi agendum vel patiendum aliquid ſit ab illâ cauſâ (exempli gratiâ, ſi ſomniem me iturum Romam, vel conſiliaturum,) an verò euentus principium ſomnianti ſit prorsùs extrarium, veluti quod largus imber erit, quod nauale prœlium futurum, quod

† *lib. de præſag. quæ ex somn. ducũt.*

‡ *lib. 7. Nat. hiſt. c. 50.*

apud Turcæ profligandi. Et hæc extrinſeca rursùs in duplici genere ſunt; quædam non adeò ſunt à ſomniante remota, vt non poſſint ab illis naturaliter affici & pati. v. g. poſſum hodiè pati à cauſſis futuræ cras pluuiæ, vt experiuntur podagrici & vermioſi: quædam tam procul remota ſunt à ſomniante, vt nihil corpus eius ab illis naturaliter pati queat, v.g. non poſſum hîc pati à cauſſis futuri hîc imbris poſt biennium, propter temporis diſtantiam; nec futuri ſtatim imbris in Iaponiâ, propter loci interceapedinem: nec à cauſis, propter quas moritur regina Anglorum ſucceſſor ad ſolium euehendus: quia cauſæ huiuſmodi nihil pertinent ad corporis mei temperamentum. Hoc igitur dico, Extrinſecas cauſas, quæ in nos poſſunt operari, probabilitatis aliquid præbere ad huiuſmodi ſomniorum interpretationem, iuxta probatorum medicorum & philoſophorum morem, ſimilitudines in ſomnis viſas inter ſe comparantium; & quæ quarum rerum ſint ſimilitudines, & ex quibus cauſis proficiſcantur perpendentium. Verè tamen hæc probabilitas valdè tenuis eſt, & minuta. Extrinſecum verò, quæ in nos agere nequeunt, penitùs incerta & ſolo ſit obſeruatio: ſi quando reſpondeant euentui, id à caſu vel ab intelligentiâ quapiam reuelatur.

Vnde infertur corollarium, eum peccare, qui ex naturalibus ſomnijs, etiam intrinſecis, futura contingentia diuinat, quæ cum que ab arbitrij manant libertate ſiue ſomniantis, ſiue alterius; multoque magis, qui de ijs quæ ſunt gratiæ dari à Deo gratis ſolitæ. ratio eſt. quia hæc non dependent à cauſis naturalibus, aut temperie corporis. Hæc de naturalibus.

Diabolica ſomnia ſunt, quæ mali ſpiritus inſidioſè dormientibus immittunt, vel ad perturbationes animi ciendas; vt inuidiam, iram, odium, deſperationem; vel ad occultorum futurorum ſignificationem; de quibus verum illud Penelopes Homericæ, minimè curanda ſomnia: & illud ſapientis ‡ *multos errare fecerunt somnia, & exciderunt ſperantes in eis.* De hoc genere fuerunt lectiſternia gentilium in fano Seculapij, Podalyrij & aliorum, quibus incubantes

‡ *Eccleſ. 34. v. 7.*

ſomnia

somnia captabant, quorum mentio etiam apud Maronem in Ænei. de quibus iam egi β. Minus notum illud, quod de Venere Gazæâ scribit Marcus Historicus testis oculatus γ; In loco (ait) qui vocatur tetramphodos (hoc est quadriuium) stabat statua marmorea, & dicebant eam esse Veneris. erat autem supra aram marmoream: statuæ verò effigies erat nudæ mulieris, quæ palam ostentabat verenda sua. statuam autem in honore habebant omnes ciues, maximè verò mulieres lucernas accendentes, & thure suffientes. Dicebant enim eam in somnis respondere ijs, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se inuicem mentientes. Sæpè verò iussi à deamone conttahere matrimonium, tantum abfuit, vt id recte eis procederet, vt inter eos fierent diuortia, aut malè cohabitarent &c. addit enim de mendacibus responsis plura, & de statuæ *ad signum crucis* deiectione, dæmonisque fugâ. Huiusmodi sunt somnia Anabaptistica, & fuere olim Enthusiastarum; & admiranda quædam Gentilium; quæ ad naturales causas vel nullomodò, vel ægrè possunt referri. notabo loca, vnde petet qui volet. tale fuit somnium Epithelis Messenij de anu liberandâ per humi effossionem inter myrtum & smilacem δ, tale Ædesij philosophi apud Eunapium ε; tale matris Attilæ ζ, de filio; tale Ptolomæi apud Tacitum η, tale Nestorij Athenienſis apud Zozimum θ, & Iuliani Apostatæ apud eundem, & Ammianum ι, & multa alia apud Valerium Maximum κ; sed omnibus admirabilius quod de Odati & Zariadre refert ex Charete Mitylenæo, Athenæus λ.

De his sit 4. Concl. Dæmoniaca somnia obseruare, vt fraudem dæmonis caueas, licet: ad occultorum scientiam, vel cuiusquam futuros, nec licet nec expedit.] prior pars patet. quia hoc animæ salutare est, & aliquando necessarium. posterior pars probatur, quia hoc lege Dei prohibitum μ. *Non augurabimini, nec obseruabitis somnia.* Item quia non potest horum interpretatio, citrà miraculum, haberi nisi ex pacto cum dæmone: quod prorsùs illicitum. Nec etiam hoc expedire potest. quia sic accepta occultorum cognitio, curiosa & superstitiosa est; futuro-

β 2. c. 1. q. 2. sect. 2.

γ *in vitâ S. Porphyrij Episcopi, mens. Febr.*

δ *Pausan. in Messenia.*

ε *in eius vitâ,*

ζ *Anton. Bonfin. rer. Hungaric. l. 3. deca. 1*

η *lib. 4. hist.*

θ *l. 4. Anna. & lib. 21.*

ι *lib. 1 c. 7.*

κ *lib 13. Dysnos. c 13.*

λ *Leuit. 19. v. 26. Deute. 18. v. 10.*

futurorum vero contingentium; nõ nisi fallax, vtpote ipsi Diabolo incerta. *Vide Salisberiensem d. c. 17.*

Diuina insomnia nobis à Deo, mediantibus bonis angelis, suggeruntur, quorũ iam causæ & modi sunt explicati ν; exemplis, qui volet, ea passim reperiet, vt Theodosij Imperatoris ο, Ærebij Rhetoris π, Mauricij Imperatoris ρ, & Bardæ σ, & Eulogij τ, & fortassis tale fuit Alexandri magni de sanitate reddendâ Ptolomæo υ, & multa apud Fulgosium lib. 1. Exemplor. c. 5. Sit

Concl. 5. Diuinorum somniorum obseruatio licita est: sed interpretatio solis conuenit illis, quibus à Deo facta interpretationis reuelatio.] prior pars patet, quia immittuntur à Deo vt ea obseruemus, eaque nos doceant, moneant, corrigant. posterior pars probatur verbis Danielis φ; *Mysterium quod Rex interrogat, sapientes, Magi, arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: sed est Deus in cælo, reuelans mysteria, qui indicauit &c.* & postea χ; *Mihi quoque, non in sapientiâ, quæ est in me plusquam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est, sed vt interpretatio Regi manifesta fieret.* Paullus quoque ψ; *quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei.*

Discernere dæmoniaca à diuinis somnijs pertinet maximè ad confessarios, & qui medicinam faciunt animarum; qui discretionis spirituum dono prædíti sunt. pendet hoc iudicium ex personis & circumstantijs reliquis, ad eũ modum, quo visa & reuelationes expendendas docui ω. In summâ hoc obseruandum: somnium esse neque ex animali, neque ex corporali causâ somnium fuisse natũ: dubitetur verò vtrũ sit à Deo, vel à diabolo, probatur hæc regula, tũ ex Sapiẽte Syracide, qui docet extrinsecus somnia esse contẽnenda, quę non constat à Deo immissa. Huius est sensus horũ verborũ α; *Nisi ab altissimo fuerit emissa ad te, ne des in somnijs cor tuum.* 2. probatur ratione, quia cuiuslibet somniorum obseruatio, ad hoc discrimen agnoscendum temeraria: nam Deus solet, quando somniũ mittit; simul certũ reddere, hoc somniũ à se profectũ & cęlitùs immis-

ν § c. 1. q. 2. *in fine.*

ο *Theodor. lib. 5 histo. c. 6. & 7.*

π *apud Hieron. in Chro. Euse.*

ρ *apud Glycam p. 4 annal.*

σ *apud eundẽ Glycam.*

τ *D. Aug. lib. de curâ pro mort.*

υ *Diodor. Sicul. lib. 17.*

φ *c. 2. v. 27.*

χ *v. 30.*

ψ *1. Cor. 2. v. 11.*

ω *libr. 2. q. 6. & hoc libro 4. c. 1 q. 3.*

α *Eccles. 34. v. 6.*

immissum fuisse. 3, docetur experientiâ. nam eos qui curiosè ad somnia attenderunt, somniorum interpretatio subsecuta, in grauissimas calamitates & interitum præcipites egit, vt Agamemnonem Homericum in Iliade, Cyrum Persarum Regem β, Xerxem γ, Onomarchum δ, Antigonum ε, Pompeium ϛ.

β Sabelli. lib. 6. Ennea. 2
γ Herodot. lib. 7.
δ Diodorus Sic. lib. 16.
ε Plutarch. in Demetrio, & in Pompeio.

Atque hîc de somnijs finem facerem; nisi veniret in memoriam illa frequens illa, & mihi gratissima cum V. Cl. Iusto Lipsio familiaritas, cùm Louanij degerem: quæ, quam tunc grata & iucunda mihi frequens de rebus, quæ & illum & me decebant, hoc est litterarijs, moribusque formandis, collocutio; tam nunc molesta est acerbaque priuatio. Incidit quadam die de somniorum vaticinijs sermo. Tum ille retulit fuisse Brixellæ sutoris cuiusdam vxorem annis præteritis viginti, quæ plurima prædicebat varijs, ab euentu ad vnguem comprobata; Spellium (præfectus ille viarum erat, vocamus Brabanticum, De Koy roe) agendum in crucem; Requesenium gubernatorem, ex morbo mox obiturum; concilium supremum Regium vim passurum, & plerosque carceri mancipandos consiliarios. & similia non pauca. Hanc se non semel vidisse & audiuisse. Solitam dicere in somnis sibi spiritum quendam se ingerere, specie diffusi corporis candidi, cuius nequiret lineamenta discernere: ab eo se doceri omnia: cumque appareret, semper se tanto tamque continuo horrore percelli, vt animo linqui sibi videretur. hunc cogere postea, vt vel cum vitæ periculo, denunciet alijs quæ in somnis edocta; nec sinere quietam, donec iussa peragat. Fuisse mulierculam satis alioqui contemptibilem & simplicẽ, non quidem diffamatam: sed nec eximiæ sanctitatis. Varia subit animum de hac re cogitatio. Quâ certum, hæc somnia supernaturalia fuisse; tam mihi dubiũ: Vtrum diuina, vtrum dæmoniaca fuerint? Solent diuina mulieribus non minùs quã viris contingere; nec obstare vel vilitas, vel paupertas personarũ. Solitus horror quidam diuinas etiam apparitiones comitari. Solita accedere ad dicendum coactio. Verum pellucent mihi in hac narratione plura, cur potiùs suspicer

suspicer ab atro, quam ab candido spiritu ista profecta. Primum illa species diffusi candoris, informis semper; & continuam adferens horrorem, non cumulatum sequenti mentis tranquillitate; indicium facit non obscurum, auctoris sui candorem mentientis. Sexus suspectus, & conditio nihil commendans, quam nec sanctitas, nec prudentia, nec deuotio, vel alia signa huiusmodi comitabantur. At lucrum illi nullum hinc, vel quæstus, sed sæpe verbera, conuitia semper. Sic solet sagis accidere, & suis hanc dæmon mercedem pendit. Deinde quæ prædicebat, de publicis quidem rebus erant; sed eorum cognitio in publicum parum erat necessaria. quia tum prædicebantur, quando vix præcaueri poterant: nempe exiguo paucorum dierum antequam continget tempore. frustrà etiam prædicebantur, à solâ mulierculâ quæ fidem adhibere, nullius prudentis viri fuisset. Non conueniebat autem Deus, quę præsciri, & præcaueri vult, sic, nuda à probationum momentis omnibus, indicare. Denique quę prædicebat, huiusmodi erant, vt non dico dæmonis, sed etiam humanę prudentię & coniecturę subiacerent. Spellij supplicium: quia sciebat dæmon, eum iam reum esse, & propter crebras accusationes occultarum delationum seriò & sedulò in machinationes vitamque inquiri. Ludouicij Requesenij mors. Apoplexia erat in corpore simul obeso & admodum bilioso: quam lethalem fore non præuideret? iudicant medici, ex externis, non queat Æsculapius ille fulminatus cui corporis interna? Ordinum molimina contra Concilium, iam diu coquebantur: Hesij audaciam & conatus non ignorabat, qui stimulabat: ex consiliarijs qui inuisi, qui minùs, tenebat Satan omnia: videbat coniurare, alios vel non credere, vel conténere, vel stupere: futurum, & quæ ex similibus (vt dicunt Dialectici) consequentia, non erat magnæ, neque supernaturalis sagacitatis odorari. Sed saluo hæc meliore iudicio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT IIII.

De coniectatione Politica, siue de sortibus.

Politicam sortem voco, quæ iure ac legibus probis aliquando recepta: vt est *sors diuisoria, sortium contractus, canonum purgatio*, & fuere olim permissę, nunc vero damnatę quędam *vulgares purgationes*. de quibus singulis agendum.

QVÆSTIO I.

De diuisoriâ sorte.

Diuisoriâ sorte Romani olim in iudicibus legendis, pro uincijsque sortiendis vtebantur, nec non in familiâ herciscundâ, militaribus, alijsque negotijs. Iudicum illam sortionem α Romani ab Athenienſibus accepere; vbi iam olim in Areopago iudices, coniectis in vrnam varijs litteris, sortebantur β; quod & Siculos imitatos Plutarchus, cùm de augurio, quod ex litterâ M. ipsi obtingente cæperat Dionysius ageret, *in Apophtegm.* apertè docuit. Sed de gentilium sortione, ceteris plura & meliore methodo Iunius Hormannus tradidit γ. Addam quæ I. C. & Theologi censuerunt. Si dubium sit, qui primi causam in iure dicere debeant δ; si de hereditate & bonis diuidendis ε; si de optione pluribus relictâ ζ, de seruis manumittendis, liberis diuidendis, & similibus η, eam permittunt iura: prohibitum dumtaxat sortiri episcopatum θ, vel aliam quamuis dignitatem, aut beneficium Ecclesiasticum ι. In ceteris ergo dignitatibus, & officijs actionibus, pœnis, rebusque alijs, diuisoria sors, qua quique tribuendum, quæritur, prohibita non est, vt patet ex cap. 1. 26. q. 2. qui canon de hac diuisoriâ tantum, debet intelligi, vt patet ex ipsomet D. Augustino κ, vt tamen in his nullum peccatum intercedat, seruandæ sunt quatuor conditiones λ. Primò debet euentus à Deo exspectari, & non à casu vel fortunâ, vel astris. quare & Deus inuocandus iuxta illud *In manu tuâ sortes meæ*. Si quis certò euentum exspectaret ab astris vel fato (sumto vt sumunt Stoici & astrologi) mortaliter peccaret; si à casu vel fortunâ (fortunam non vt gentiles, nam

α de qua ex Asconio Sigon. lib. 2. de iudic. c. 12.
β ex Luciano, Demosthene, & Schol. Aristophan. bene Sigon. lib. 3. de republ. Athenienſ. & li. 2. Animadu. c. 5.
γ l. 14. D. de iudic.
δ l. 2 C. quando & quib. quarta. lib. 10.
ε l. 3. Cod. de legat.
ζ Mynsinger. 4. obser. 37.
η l. 47. C. de Epiſc.
θ cap fin. de sortileg.
ι in Psalm. 30. conc. 2. propè fin.
κ D. Thom. d. q 95. ar 8. & Caieta. in Sum v. Sors.
λ d. Psal. 30.

nę esset mortale & idolatricum; sed vt Christiani sumunt philosophi, accipiendo μ) in re graui foret, veniale; in re leui, vix esset peccatum. 2. debet adhiberi simplex sors, sine vllâ superstitione, vel abusu rerum sacrarum aut scripturæ sanctæ; non tamen est Mortale peccatum, nisi magna adsit irreuerentia. 3. necesse est, vt illi qui sortiuntur, æquali iure nitantur. alias enim esset iniusta sortitio; & quidem grauior, si de bono publico ageretur. v. g si de officijs publicis digni & indigni sortes mitterent. Sors enim posset indigno fauere, cum digno reip. & iniuriâ dignorum. 4. vt principalis intentio mittentium sortes, non sit inquirere voluntatem Dei modo extraordinario ν (quia talis modus omnino est incertus) sed præcipua intentio debet esse, vt auferantur lites, discordiæ, imperiæ, inuidiæ: quod nos docuit Salomon ξ. *Contradictiones (inquit) comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.* Quare si aliter concordia posset iniri, res sorti non esset committenda: sin aliter nequit discordia sopiri, bonum pacis hortem permittit, seruatis his conditionibus. Hinc praxi receptum in militiâ, vt quando plures sunt rei, sorte experiantur, quis necandus, quis liberandus: tum verò seruandum, vt sit par sortientium reatus, alioqui iniqua est sortitio, quoad minus nocentes. Sic tempore pestilitatis sortiendum, quis parochorum in vrbe remanere debeat ο; eadem ratione, quando dubium cui cedere debeat eleemosyna, poteſt sortibus res decidi τ.

Vt verò ne quem fallant, quæ in S.S. leget de sortibus, rectissimè post D. Hieron. & Bedam υ monuit Gratianus, ea nihil ad nostra pertinere tempora. Nam in veteri lege, Deus inter cæremonias, hanc quoque instituerat, quâ in sortitione mentur eamque sorti præmitterent; quę qualis fuerit, non ſis constat, videtur fuisse quædam ad Deum mentis eleuatio cum oratione ad hoc institutâ, vt colligitur ex Leuitico φ; de capri emissarij sortitione, sic legitur; *duos hircos stare ostio tabernaculi testimonij: mittensque super utrumque sortem, vnam domino, & alteram capro emissa-*

μ vid. Veracruçium 2. Physic. specul. 5. Sot. & Tolet. in eund. Physic. lib.
ν D. Augus. epist. 119. ad Ianuar. ca. 3. 26. q. 2.
ξ c. 2. & 4. 26. q. 2.
ξ Prouer 18. v 18.
ο D. Aug. epist. 180. ad Honorat. & li. 1. de doctr. Christ. c. 28.
τ arg. l. 3 C. commu. de legat.
υ d. c. 2. & d. c 4.
φ c. 16. v. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio, cuius exierit sors domino, offeret illum pro peccato: cuius au-
tem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, u
Vt fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinem.] & D.
Lucas de sortitione Apostolatus ita scribit; postquam narra-
uit duos ab Apostolis coram Deo statutos, Barsabam & Ma-
thiam; *Et orantes, dixerunt; Tu Domine, qui corda nosti omnium, o*
ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum minister
rij huius, & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in
χ Actor. 1. v. 24. *locum suũ. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiã* χ.]
Primùm igitur statuebantur sortituri coram Deo, mox oratio
fundebatur, tertiò sortes singulis dabantur, eæ miscebantur,
in sinu, vrnâ vel alio vase. cuius sors exibat, super eum cadere
dicebatur. Certè missas aliquando in sinum, testatur Sale-
ψ Prou. 16. v. vlt. mon ψ; *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.*
interdum in calicem, quem sinu continebant: vnde & calix in
sacrâ scriptura sæpe significat sortem; vt secundum nonnullos,
ω Psalm. 15. v. 16. his verbis; *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei* ω. To-
tum ergo hoc negotium cærimoniale fuit: quare legis veteris
cærimoniarum abrogatione, etiam hæc sortitionis cærimonia
α in cap. 1. Actor. cessauit. Vnde Venerab. Beda α obseruat Apostolos ante S.S.
acceptum, in electione D. Matthiæ adhuc legali cærimonia
vsos fuisse; post Spiritum verò Sanctum acceptum, non am-
plius sortem adhibuisse; sed solâ vsos oratione ad Deum, &
ieiunio adiuncto: sic enim leguntur elegisse Septem Diaco-
β Act. 6. & c. 14. v. 22. nos, & Presbyteros β. Sanè cùm Saluator, qui fallere non
γ Matth. 7. v. 7. Ioan. 14. v. 13. potest nec falli, cuncta promittat orantibus γ; stultum & ab-
surdum est, relictâ oratione, quę promissionem habet, con-
fugere ad sortem; cui se adfuturum Deus, in Nouo testamen-
to non repromisit.

QVÆSTIO II.

De contractu sortis, siue Loteriæ.

EST in vsu frequenti Europę contractus quidam, quem vul-
gò vocant *Loteriam*. iste vel priuatim fit, vel publicè. pri-
uatim, pro arbitrio cuiusque, quando aliquis equum vel quid simile

simile statuto prætio (v.g. pro L. aureis) exponit sortiendum
si obtingat, & deinde in hanc summam plures symbolã quis-
que conferunt, & aleam iaciunt, quis equum sit habiturus: vel
etiam priuatim plures annuli, libri, specula, vel alia suppellex
proponitur, inter familiares eodem modo collatis symbolis
(quæ vocantur, *Lota*) sortienda. vulgo vocant *la raffe*, aut,
vt Quidam vocant *ludum ollæ*: opinor propter vrnam seu
ollam, in quam sortes iaciuntur.

Publicè verò cum instituitur, opus est Principis vel reip.
consensu. suntque hoc in contractu, siue publicè siue pri-
uatim fiat, multa consideranda, vt iustitia contractus & per-
fectio illibata maneat:

Conclus. 1. *hunc contractum esse licitum.* hanc probat benè
Briard. α quod sit licitus patet, quia nullo iure, nec naturali, α Quodlib. 5.
nec diuino, nec humano prohibitus. Non naturali, quia ce-
lebrari sic potest, vt nulla in eo interueniat iniquitas, si seruen-
tur conditiones mox dicendæ. Secundò quia cedere potest
in publicam vtilitatem. 3. quia secundum se, nihil est aliud,
quam sors quædam diuisoria, instituta ex benè placito con-
sentientium siue consortientium. Quod diuino iure non sit
prohibitus, probatur, quia nec per sacram scripturam, nec per
illam traditionem Ecclesiæ: quod nec iure humano, proba-
tur. quia nec ciuilis, nec canonica lex vlla profertur, quæ de
hoc contractu expresè egerit. Et fallitur Conrad. β putans β de contrac. tract 3. q. 71. concl. 2.
prohiberi legibus, quæ vetant ludum alearum. Nam impri-
mis hoc dici non potest de Lotheriâ publicâ, in qua non ia-
citur alea; & quoad priuatam illam *riffam*, in quâ intercedit
alea, ea quoque non est prohibita dictis legibus, de aleæ pro-
hibitione agentibus. quod probo, quia ludus aleæ prohibi-
tus est, non quia fortuna in eo dominatur; sed quia per-
nicies in ludo aleæ solent blasphemare, & etiam solent homi- γ l. fin. C. de rel. & sumpt. fun. Paluda. in 4. d. 15. q. 3. a. 5. Silu. verbo ludus §. 4.
nes istæ opes omnes breui tempore sic consumere, & depau-
perari, vt patet ex ipsis rescriptis iuris γ. Nam si in fortunâ
fundaretur dicta prohibitio: certè nunquam, nec pro paruâ
summâ liceret ludere aleâ. tunc enim id prohibitum foret,
quia

quia per se malum. Nunc verò videmus iura permittere lu-
d l. quod in conuiuio. D. de aleat. sum aleæ pro re modicâ seu causâ conuiuij d: & sententia
est magis consona rationi & legibus, hoc interdictum solum-
modò pertinere ad solitos ludere, siue ad frequentantes aleam,
e hoc volunt Angel. 3. & Briard. 3. & videtur esse gloss. in cap. Episcopus. verb. deser-tiens. 35. d. siue ad deseruientes aleæ e. ideoque censenda alea non esse
prohibita, quia per se mala; sed malam factam, quia prohibi-
ta, & quatenus prohibita. prohibitam verò, propter geminum,
blasphemiæ, & decoctionis, periculum. Quorum vtrumque
cùm subsit nullum in hoc raffæ contractu; crediderim; sicut
Briard. defendit posterius genus sortis in vrnam coniectæ, à
ratione similitudinis; eodem modò defendendum, prius in-
lud per aleam. Præterea quæ ad iustitiam vnius, eadem ad al-
terius iustitiam sufficient: & sicut lucrum in vno factum licet
retinere, sic etiam licebit in altero.

Notandum verò in hoc contractu duos contractus virtute
miscери: primùm, respectu eius qui iocale, vel suppellectilem
exponit, & est vera quædam, sed implicita venditio; quâ pro
tali summa pecuniæ ipse, omnibus illis qui summam simul
conficiunt, vendit rem illam; puta equum, quinque sortienti-
bus, quorum singuli decem aureos conferunt, vêdit pro quin-
quaginta aureis. Secundum verò respectu emptorum inter se,
sic enim est contractus quidam sortis diuisoriæ, censentur e-
nim sic inter se conuenire, vt cui sors fauet, ille pro suis decem
aureis totum equum habeat, & tota ipsi merx cedat, ipsi verò
ceteri dispendium ferant singuli suæ symbolæ. Nec aliud re-
quiritur ad iustitiam contractus vtriusque, quam vt tota sum-
ma simul adæquet, nõ excedat valorem mercis: & ipsi emen-
tes omnes æqualiter subijciantur vtrique fortunæ, lucri & a-
f libr. 3. de contract. cap. 20. missionis. Licitum verò hoc esse probat Fran. Garçias f, quia
reuerâ contractus iste in idem recidit, quo omnes isti sortien-
tes initâ societate simul rem vel res illas, quæ sorti exponen-
dæ, emissent: tunc enim possent si vellent inter se conuenire
de sorte diuisoriâ iacendâ, quid cuique rerum illarum obtin-
geret, quod licitum esse nemo vnquam negauerit.

2. Conclusio, conditiones ad iustitiam lucri in hoc con-
tractu

sum considerandæ sunt pro ratione personarum quæ hîc ad-
sunt variæ.] Hanc asserit & optimè explicat Fran. Garçias, &
illum nullo addito sequitur Lud. Lopesius n. n de contract. l. 2. c. 23.

Notant quinque personarum genera in hoc cõtractu lucra-
ri posse. Primò dominos mercis seu venditores, his licitum
est tantum accipere pro mercibus quantum possent lucrari
alius quouis contractu licitè illas distrahentes. Quod tantum
possunt accipere, probatur. quia quoad ipsos intercedit cum
sortientibus contractus venditionis. venditor autem posset
consequi quantum merces illi iusti lucri adferre valent,
hoc est quanti sunt ipsæ merces. Si ergo ampliùs acciperet
venditor iste, iniustum foret lucrum, & teneretur restituere.
Si tamen quod ampliùs permittitur conferri vltra mercis
pretium, id non cederet domino seu venditori mercis; sed
ministris, vel officialibus seu ministris; licitus foret excessus,
vt patebit ex modò dicendis. Hæc exceptio solet contin-
gere, in publicis sortitionibus; quæ conceduntur Ciuitati-
bus vel Communitatibus, vt hoc pacto se liberent ære alie-
no. tunc enim solet Princeps dans licentiam, consideratâ pu-
blicæ necessitate, pretium sortis aliquando paullò liberaliùs
taxare, neque fit iniuria sortientibus, qui hoc sciunt. Ca-
uenda verò fraus venditorum, ne sortitionem facere moren-
tur, postquam sufficientes symbolæ sunt collatæ: item ne
eas imminuant, vel diminuant. Item ne, quando simul facien-
dæ sortitio, aliquas merces ptiùs patiantur sortem subire.
Prouidendum, ordinariò certam diem præfigi, qua simul
omnes trahantur, die ac nocte labore non intermisso:
Secundum tamen instituitur sortitio, hoc pacto: primùm pro-
ponuntur omnes partes siue suppellex sortienda tota; & statui-
tur singularum sortium pretium, v.g. quinque stuferi: tum sta-
tim singularis volentium sortiri sortitio instituitur, quo quis-
que confert ordine. v.g. venio & offero decem stuferos, duæ
sortes pro me extrahuntur statim. si venit statim alius, qui ad-
dit quindecim stuferos, tres sortes pro illo extrahuntur,
quæque mihi vel illi obtingit hoc auferimus. Hic modus pe-

riculosus est, nec deberet à principibus permitti: quia multis fraudibus est obnoxius. Nam primò cùm non intercedant in sorte ducendâ sollemnitates, quæ solent in altero genere; facilius est, vt fiat aliqua collusio. 2. non potest constare facile de æqualitate prætij: tum quod si certum tempus prælig... fieri potest vt tunc non satis multæ symbolæ sint collatæ: si tempus liberum permittitur, fieri potest vt venditor nimis d... hanc exercens sortitionem, longè accipiat vltra pretium mer... cium. Nec sufficit dicere, fieri etiam posse vt infra hoc acc... piat; & sic communem aleam subire. *Resp.* enim non debere vllum fortunæ periculum hîc interuenire inter emptorem & venditorem, quia ipsorum ad inuicem respectu, est contractus venditionis; sed inter ipsos tantum emptores, respectu enim ipsorum mutuò, est contractus sortis. Denique cùm de merces subtrahantur, quæ sortitò contigerunt, semper valor fit tota merx, & ideo iniustum est durare idem singularum sortium pretium. Si dicas semper alias æquè bonas merces suffici ablatis: neque hoc est satis credibile, neque sufficit nam nimis diuturna permittitur sic licentia venditori hu... exercendi contractum. Longè itaque tutius est & secundi... tum reip. tum priuatis, hoc secundo genere relicto, [illegible] tum exercere.

Secundò poterunt lucrari ipsi emptores siue sortientes. C... quia poterit, qui vnam fortè drachmam contulit, mille acc... pere. nam quicquid illi citrà fraudem sors obtulit, id potest auferre & retinere. ratio est, quia omnes sortientes in hanc conditionem consenserunt, vt quisque auferat, quod illi sors detulerit: atque ita omnes æquali subsunt periculo. Nam qui multas symbolas colligit, vt multis potest frustrari, sic multo potest lucrari: qui paucas, paucis & lucrari, & paucis iactu... ram potest facere. Cauenda hic collusio sortientium & ex... rum, qui sortes extrahunt, leguntque. Quod si quis per hu... iusmodi collusionem aliquid fuerit consecutus; tam ipse, qui collusores, tenentur ipsam rem illam restituere, non domino priori siue venditori sortis (quia iam illam ipse vendidit) sed consor-

tientibus, qui emerunt dubium euentum. & ideo res ... debet vendi, & prætium inde redactum, inter socios sor... tionis iterum sorti subijciendum: vel si res exstet, ipsamet. In hac vero sortitione an sit admittendus fraudator? certè si fraudem non adhibuisset, sors illa ipsi non aduenisset: & pœ... nam peccati sui æquum est eum sustinere: tamen quia fieri potest, vt alia sors æquè bona illi fuerit obuentura, & nulla ... eo iam priuat iteratâ sortitione; ideò mihi res dubia est, nec auferem eum arcere.

D Tertiò ministri & officiati, qui adsistunt sortitioni, tum in ... ducibus scribendis, tum in sortibus extrahendis, tum ne quid ... fraudis vel doli committatur: illi licitè stipendium aliquod pro labore suo recipiunt. ita tamen si nec plures quam ne... cesse sit ministri huiusmodi adhibeantur; nec æquo ampliùs stipendium ferant; nec diutiùs quàm necesse foret, rem ex... pediant. Quæ vera, tam respectu venditoris, quam emptorum: ... cedent si nolint plus æquo tribuere, vel nolint rem sic extra... ri, vel nollent tot ministros adesse. Nam si consentiant, non ideo cur minùs hic operetur consensus emptorum, quando ... sorum expensis ministri adsunt: quàm venditoris, quando ... pensæ soluendæ. Neque mihi hoc satis perpendisse vi... tur Garçias, dum putat has exceptiones tantum locum nõ ... habere, quando ministri à venditore sunt alendi. Si quæras à ... quo ordinariè alendi? cùm lucrum ipsius sortitionis, hoc est ... quod sortiendo contingit, omnino pertineat ad emptores, ... ne huius lucri pars vlla cedat venditori: & impensæ mini... strorum fiant ratione ipsius sortitionis, hoc est ratione secun... di contractus virtualis, non ratione primi: sequitur impensas ... esse debere, inter quos lucrum ipsum partiendum est, & inter quos celebratur secundus contractus. quæ est commu... nis sententia §. Sed Alcocerius vnum excipit casum, quando ... venditor aliter sine impensis in proxenetas, aut instito... res non potuisset illas merces distrahere: cum enim ipse tunc ... sortitionis compendium euitet illas impensas, æquum vi... detur earum loco, subire partem impensarum sortitionis.

§ *Alcocer. de ludo c. 49. Garciæ d. c. 10. Lopez. d. c. 13.*

Nihilominùs Garçias & Lopezius cõtendunt etiam hoc casu, rationi illi communi locum esse: quia ad venditorem iam sortitio illa nihil pertinet. Æquior tamen (vt puto) est sententia Alcoçeri. quia commodum illud, quod percepit venditor, reuerà dependet, & prouenit virtute ipsius sortitionis; nec sine sortitione illud consecutus fuisset: & sic quoad hoc negotium non debet considerari venditor expers commodi ex sortitione. Deinde in praxi receptum, vt venditor soleat haec omnia subire, & omnes expensas facere, non tantum factas in taxatione & valore mercium constituendo; sed etiam factas in ipsâ sortitione: verùm in ipsâ taxatione sortium (v.g. summæ totalis, ad quam numerus & valor sortium pertingere possit) habetur ratio probabilis omnium istarum impensarum: & sic Domini in se totum solent recipere.

Quinctò licitè deducitur & accipitur ex totâ summâ pretij emptionis, illa quantitas pecuniæ, quæ assignata fuit à Principe ad opera pia vel eleemosinas: siue illa deducatur à portione venditoris seu pretio; siue à lucro, quod cedit sortientibus; siue ab vtroque.

Pia enim & religiosa est cõsuetudo, quâ Princeps vel Respublica talem licentiam contractus sortiarij concedens, aliquam partem sic reseruat: nec iniuriam facit contrahentibus. non venditori, cui non tenetur aliter licentiam dare: non emptoribus, qui hac conditione pecunias suas sorti subijciunt. Quod de causâ piâ dictum, idem tenendum, de publicâ necessitate: quare posset aliquid reseruari ad soluendum debita Principis vel reip. si tamen verè talis necessitas subesset. Ideo quando conceditur in remedium Ciuitati vel communitati, vt posset Princeps aliquid segregare, ad necessitates illius Ciuitatis; sic etiam posset taxare liberaliùs summam pretij. Sic benè Garçias.

Vltimò potest, is cui merx aliqua cessit, quia symbolas contulit plures omnibus alijs, vel certo numero intra tot dies, mercem illam recipere & retinere.]

Intellige quandocũque acceperit; dummodo non sit res ex numero

numero illarum quę iam expositę sortitioni: quod si ex earum numero sit, non potest eam accipere, postquam aliqui iã symbolas cõtulerunt. statim enim vt contulerunt, in hanc mercem ipsis ius fuit acquisitum. sic fit vt venditor alteri addicere nequeat, quod iam alteri venditum. Hæc ratio satis indicat, hoc intelligendum, quando institutâ iam sortitione, vel accepta symbolis, fit promissio. Si enim promissio facta foret, vt ante symbolarum collationem, hoc est initio quãdo sortitiõ siue Lotheriæ fit publicatio; tum enim sæpe accidere, qui primam symbolam contulerit, is habebit hoc vel illud; qui intra tot dies tot symbolas contulerit, habebit illud; qui numero vicerit reliquos intra tale tempus, illi hoc vel illud: tunc isti omnia etiam post inchoatas sortes acquirerẽt, quæ ipsis promissa fuerunt ante sortitionem, & antequam res sortiendo venderetur: & tunc sortientes in hanc conditionem consentire sunt censendi. Sic intelligendi Garcias & Lopezius. & confirmant istâ de hoc contractu *Lotheriæ*.

QVÆSTIO III.

De purgatione Canonicâ.

Canonica purgatio dicitur, quæ regulis Ecclesiastici iuris consentanea est: quæ duplex est, vna *per iusiurandum*, in qua nihil est sortis: hanc soli improbant hæretici, qui contendunt nunquam licere iurare, ne in iudicio quidẽ: contra quos non potest Alf. à Castro α, Cochlæus contra Anabaptistas, Gregor. Valencia β. Probatur etiam hæc purgatio quoad hoc in Concilio Triburiensi γ, sicque testatur Cromerus lib. 19. histor. Polon. se Sophiam Reginam de stupro accusatam, suo & septem honestarum ac nobilium feminarum iuramento purgasse. Probatur verò quoad presbyteros & Episcopos, constitutione Gregorij Magni, qui varios Episcopos δ, & Leo ε Pontifices; idem sancitum in Concil. Ilerdensi ζ: id ipsi fecere Sixtus Tertius η, & Leo. III. θ, & Pelagius PP. ι

α *lib. 10. verbo iuramentum hæres. 1.* β *2. 2 disp. 6. q. 7 punct. 3.* γ *cap. si quis presby. 2. q. 4.* δ *c. presbyter cum 4. seqq. d. q. 4.* ε *c. super causa d. q. 4.* ζ *c. quoties. ibid.* η *ca. omnibus ibid.* θ *c. si legitimi ibidem.* ι *c. presbyter si à plebe ibid.* κ *c. multa sunt ibid.* λ *c. auditum. ibid.* μ *Sigebert. in Chron.*

Altera purgatio est *per Venerabilis Sacramenti Eucharistici* B *sumptionem*. hanc Catholici contendimus esse licitam, quando iniungitur ab Ecclesiastico iudice competente. In veteribus Germaniæ concilijs hæc purgatio fuit probata. statutum enim illis, si furtum in monasterio committatur, tunc fratres se ita expurgent. missa celebretur, in eorum præsentiâ, & sacra expletâ *omnes in hæc Verba communicentur*; *Corpus Domini* [μ] *sit tibi hodie ad probationem* μ. Item, si Episcopo aut presbytero aliquod maleficium imputatum sit, pro singulis missam celebrare debet, & communicare: & de singulis imputatis se innocentem ostendere. Quod si nō fecerit, quinquennio à limine [ν] nibus Ecclesiæ extraneus habeatur ν.] Nec desunt exempla Pontificum optimorum, qui hanc purgationem exegerunt. Lotharius Rex pactis cum Nicolao Pontifice non steterat, sed adulteram iterum in thalami partem reduxerat. profectus Romam absolui petit à Pontifice Hadriano, dicens se promissis Nicolao factis stetisse. Pontifex pro comprobatione innocentiæ (ait Sigisbertus ο) ad examinationem corporis & sanguinis Domini tam regem, quàm optimates regni inuitauit. illi nihil Deum veriti corpus Domini nostri, temerè & perperàm acceperunt: sed Rege in itinere Placentiæ statim mortuo, omnes intra annum reliqui perierunt. Malus erat Imperator Henricus, sed tamen simile sacrilegium committere exhorruit, inuitâte illum ad similem sacramenti Venerabilis purgationem Gregorio VII. Pontifice tam Sancto, quàm malis cunctis inuiso, tam religioso quàm hæreticis semper odioso. Narrat historiam Lambertus Schaffnaburgensis his verbis π. Ita absoluto eo *(nempe Henrico Imp.)* excommunicatione, papa missarum sollemnia celebrauit, confectaque sacrâ oblatione, Regem cum ceterâ, quæ frequens aderat, multitudine ad altare euocauit, præferensque manu corpus Dominicum. Ego, inquit, iampridem à te tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasse, & alijs quibusdam tam ante episcopatum, quàm post acceptum episcopatum criminibus vitam macu-

μ cap. sæpe cōtingit. ibid.

ν c. si Episcopo. ibid.

ο anno 870. in Chron.

π anno 1077

lasse, quæ mihi secundum scita canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerunt. Et licet multorum idoneorum certè testium adstipulatione crimen refellere queam; veritatem scilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate institutionem integerrimè nouerunt, & eorum qui meæ ad episcopatum promotionis auctores fuerunt. Ego tamen ne humanis potiùs quàm diuino niti videar testimonio, vt satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam; ecce corpus Dominicum quod sumpturus sum, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus, suo me hodie iudicio vel absoluat obiecti criminis suspicione, si innocens sum; vel subitaneâ interimat morte, si reus. Hæc & alia, vt solenne est, præfatus verba terribilia, quibus Deum causæ suæ æquissimum iudicem, & innocentiæ assertorem adesse precabatur, partem Dominici corporis accepit & comedit. Qua liberrimè absumptâ, cùm populus in laudes Dei, innocentiæ eius congratulatus, aliquandiu acclamasset, tandem impetrato silentio conuersus ad regem. Fac ergo fili, inquit, si placet, quod me facere vidisti. Principes Theutonici regni, suis indies accusationibus actiones nostras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes; pro quibus non modò ab omni rerum publicarum administratione, sed ab ecclesiasticâ etiam communione, & ab omnimodâ vitæ sæcularis conuersatione ad extremum spiritum te suspendi oportere existimant. Quæ etiam magnoperè diem & locum statui, audientiam præstari canonicè discutiendis, quas aduersum te adsertas accusationibus. Et nosti optimè humana plerumque vadicia, & in publicis disceptationibus nonnunquam pro veris persuaderi, dū pro disertorū hominū ingenijs & copiâ & suauitate falsitas verborū phaleris adornata liberè auditur, & veritas nullis eloquentiæ nixa admīniculis dignitur. Cùm ergò tibi benè consultum cupiam, pro eo in calamitatibus tuis supplex Apostolicæ sedis patrocinium expetisti, fac quod moneo. Si te innocentem nosti, &

existima-

existimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falsis criminationibus impeti, libera compendiosè & Ecclesiam Dei schandalo, & teipsum longæ concertationis ambiguo, & sume hanc residuam partem Dominici corporis: vt comprobatâ Deo teste innocentiâ tuâ, obstruatur omne os aduersantium te iniqua garrientium: & me deinceps causæ tuæ aduocatore innocentiæ tuæ vehementissimo assertore, Principes, tibi reconcilientur, Regnum tibi restituatur, omnes quibus iam diu respublica diuexatur bellorum ciuilium tempestates in perpetuum sopiantur. Ad hæc ille inopinatâ re attonitus, æstuare, tergiuersari: &c.] Sequitur quopacto experimentum hoc innocentiæ suæ facere detrectarit. Vidisti (lector) indicij huius formulam, vidisti causas. Hæ nonne veræ; quòd Deus fidelissimus veritatis sit testis: quòd in humanis disceptationibus fallaciæ sit locus, diuinam verò disquisitionem nec falli posse, nec fallere? In formulâ, quid nisi pium, quid nisi consentaneum sacris litteris, præceptisque diuinis? Verba quæ rem deceant: res ad honorem Dei, pacem Ecclesiæ, concordiam iustitiamque sanciẽdum, schandala schismataque tollenda instituta & peraccommodata. Quid igitur leguleius vilis ‡ summis Ecclesiæ antistitibus obstrepit? quid rana conatur in elephantum intumescere? cur hanc vocat, furiosæ explorationis speciem? cur Episcopos *Sacramentales* per ludibrium *Sacramentarius* appellat? vnicam adfert rationem, rationis expertem. Quia in exsecrationem sic & perniciem conuertatur, quod ad salutem institutum putabatur. Putabatur ergo, & non erat? iam Christus mendax, qui hoc apertè profitetur? Nonne eius sunt ista σ ? *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet & ego in illo.* Si Salus in me & ego in Saluatore, putabor tantum saluus & non ero? Quid ita τ ? *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Falsa promissio, si viuere putatur dumtaxat. Quid denique illud clarissimum? *Non sicut patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum* υ. Viuet planè, vi-

‡ Hotoman. Caluinista Comment. de Feud.

ψ Ioann. 6. v. 56.

σ v. 57.

τ v. 58.

uet, ad salutemque veram & perfectã hoc institutum non putabor fuisse tantum, sed scitur, sed fide creditur. *Nonne dixerat veritas* Φ ? *Hic est panis de cælo descendens; vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro meo est pro mundi vita.*] Credat non esse salutem, qui non credit sub panis specie esse carnem. Nos carnem credimus, salutem credimus; non tamen omnii sumenti.

Sumunt boni, sumunt mali
Sorte tamen inæquali
Vitæ vel interitus.
Mors est malis, vita bonis.
Vide paris sumptionis,
Quam sit dispar exitus.

Sed D. Thomæ non credit rabula: an nec Apostolo ϯ ? *Quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat; & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.*] Igitur indignè sumentibus, pernicies exsecratio fuit; non institutione, vel instituentis sanctitate, sed sumentium peruersitate; qui quod ad salutem constitutum, in mortem malunt abuti. Institutum initiò ad vitam æternam dignè sumentiũ. sic sume: nullus Pontifex, in perniciem aut exsecrationẽ conuertet, nullus peruertet. An qui sumit in testem innocentiæ, cũ sit nocẽs, dignè sumet? ô iuris Sacerdote dignum iudicium! sed eo, qui iustitiã habitu Deam, pro habitu seu virtute iustitiæ, definiens, nouum iustitiæ sacellum erexit. Quid aliud in totâ formâ purgationis proponitur, quã quod à B. Paullo sancitũ? Nõne hoc purgationi indicit: Dei testimonium optimum & certissimũ est. illud adducatur, & dubiũ tollat. Si reus es, noli eum testẽ aduocare.

Φ v. 50.

ϯ 1. Cor. 11. v. 27.

Comment. in Iustin. Iustit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

care. si innocens es, aduoca. Proba teipsum prius, diiudica. reus es? caue accedas, damnationem manducabis, & exitium adferet tibi sacrilega audacia. abstine, moneo, & edico. At, nil conscire tibi, nulla te mortali culpa pallescere, postquam conscientiæ arcana scrutatus es, deprehendis; adeò dum securus innocentiæ non dëerit, qui pro nocentibus obijt; vt eos ab innocentiam reuocaret. Quid in his mali? quid falli? Ne defuit Deus innocentibus, & hoc indicio eos expurgauit, nocentes verò necauit. Absoluit Gregorium. VII. damnatum Lotharium. Absoluit, in Morinis virum nobilem Erkimbaldum de Burban. hic lecto affixus intellexit à Nepote vi virginem, vel Deus pœnis corripuit, vel non permisit sumere, ni vitium oblatum. Domini heredem nemo accusare, multò minùs punire audebat. Quid faceret æger? iustitiam negligere gladium illi in vindictam malorum Deus tradiderat. Nepotem qui occidat, non reperitur. Si faciat ipse? fraude opus & parricida vocabitur. Vocabor (inquit) sed ab hominibus. carnifex futurus sanguinis mei; sed iustus vltor, sed iustitiæ defensor, in oculis Domini. An quia Nepos, non nocens? successore carebo. prouidebit Dominus, cui seruio; cui gloriæ affectus meos postpono. sic animatus, pugionem abscondit sub ceruicali. vocat Nepotem, tanquam vltima ei monita & mandata daturus. Venit adolescens, quincto post die placatum sperans auunculum. Accedit, postulantis capiti aurem admouet. Illè pro osculo, pugionem condit in guttur, nec definit premere, donec videt exhalasse. Hanc accipe victimã iustitiæ Deus (addit) tibi immolatam. scis quæ in animo & visceribus meis doloris magnitudo obuersans lancinet patrem amorem: sed vicit amor tui. Paullo post vires cernens deficere; obit exomologesim: tacet de cæde nepotis, quæ in ore omnium recens. Quærit Episcopus silentij causam. si oblitus: num saltem nunc se accuset, & animo pœniteat? respondit Burbathus, se iustam credere, & quod meritorium putet, id nolle infectum. Episcopus eius pertinaciã detestatã (sic putabat) redit ad templum. De viã reuocat æger. tum ait recedenti; Vt, pater, quam diuersa Dei sint & hominum iudicia intelligant, qui tecum præsentes; aperi quæso hierothecam, in quã pignus salutis asseruatum adfers. recludit ille, nec holocaustum reperit. hanc admiranti æger se in ore, mediatore angelo datam, ostendit habere. Historia notissima est toti Belgio, non elegantis modò & accurati artificij picturis vetustissimis in Bruxellensi ciuicã domo exornata, sed etiam historiarum monumentis contestata ω. Sic Deus etiam absoluit Sibichonem Episcopum Spirensem coram Henrico III. adulterij accusatum α. Sic sæpè nocentes & culpæ reos indignè fu- & transmittere β. Interdum tamen permisisse Deum hoc scelos impunitum in præsens, dilatã in posterum dignã vltione, nos docet Andronici Imp. perfidia apud Choniatam γ. Sed occulta iudiciorum abyssus à nobis non scrutanda.

ω *Fulgos. l. 1. ca. 6. sed melius Cæsarius lib. 9. c. 38.*
α *Crantzius lib. 4. Saxon. cap. 43. & Chron. Hirsaugiense.*
β *Cyprianus serm de lapsis Greg. Turonens. lib. 1. de glor. mart. c. 88. Petrus Cluniac. l. 1. de mirac. c. 2. 35. 25. Cæsar. lib. 9 exempl. c. 58. 60. 64. Sicius in vita S. Godefridi, lib. 3. c. 12. & l. 1. Annal. in fine vitæ Manuel. Comnen.*

QVÆSTIO IIII.

De vulgaribus purgationibus.

IN fortium Politicarum numero censeri possunt miræ quædam iudiciariæ disquisitiones, quibus fortuito euentu veritas culpæ vel innocentiæ decidenda permittitur. *Vulgares* vocant *purgationes*, idque rectissimè: vt nomen nobis indicet nullo ipsas legitimo vsu, sed vulgi quadam vsurpatione & obseruatione superstitiosã fuisse introductas; pleraque etiamnum canonico expresè vetitas. Solet ijs Deus tentari potiùs, quam voluntas eius explorari. Vnde & *exploratoriæ probationes* Latinè dicuntur; Barbaro verò vocabulo in Constantinopolitanis, *paribiles leges*, eò quod rem non sciri, sed apparere tantum faciant. In his plerumque peccari; tendente Deum, probabitur postea.

Talis purgatio est, quotiescumque poscitur, vt Deus miraculum faciat: veluti si quis confisus innocentiæ suæ, peteret se septies percuti gladio, ad innocentiam suam probandam, vt factum in feminâ septies ictâ δ, aut in ignem intraret, de quo postea.

δ *de qua est epist. D. Hieronym.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO I.

De prouocantione ad diuinum iudicium.

SÆpe fit, vt qui se iniuriâ affici ab alijs putât, nec hominum præsidium vel auxilium superesse cernunt, ad Deum confugiant; nõ quidem malis vt illos eripiat, sed vt sumptâ de persecutoribus vltione, tali indignos supplices iniuriâ fuisse cunctis faciat manifestum: interdum illos ad tribunal Dei sisti intra certum tempus, interdum nullo tempore addito iubent: *citationem ad comparendum coram Deo iudice* vocant. de hac meritò dubitant plerique, quid tenendum: metuendane citato sit nec ne? item licita citanti, an illicita?

Quoad citantem & quiritantem, ob iniuriam, *Dico primò*, si citrà odium, aut vindictę cupiditatem, vel impatientiã irati, desperationem, vanitatem, aut aliam vitiosam affectionem peniniustitiam oppressus quis, hoc faciat, bono fine (puta vt innocentia eius appareat, nec infamiâ grauetur familia; aut vt liberetur mundus tali tyranno; aut vt resipiscat, & terrore perculsus, pæniteat, desinatque ab oppressione & concussione miserorum) licita est talis citatio.] fatetur Feuardent. a extremo c. 13. Esther. se talem non audere damnare. equidem cùm res sit indifferes, & finis bonus, puto actum esse meritorium. nec desunt exempla Sanctorum hominum. Sic enim Sara dixit Abrahæ β; *Iudicet Dominus* β Genes. 16. v. 5. *Dominus inter te & me*. Sic Dauid ad Saulẽ γ; *Iudicet Dominus* γ 1. Reg. 24. v. 13. *inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te*. & Zacharias filius δ 2. paral. 24. v. 23. Ioiadæ cũ iussu Ioas regis interficeretur, similia protulit δ; *Videat* ε lib. 2. Machab. 7. v. 17. & 19. *deat Dominus, & requirat*. Nec alia mens septem Machabæorum Martyrum ε, quorum prophetia vim habuit imprecationis & citationis, vt illæ priores duæ; quæ ambæ exitio persecutorum paullò post fuere comprobatæ. Nonne Apostolus Alexandro ærario impunitam esse non debere censuit iniustitiam eius, cũ ζ 2. Tim. 4. v. 15. diceret ζ? *Reddat illi Dominus secundum opera sua*. h. malum, η Apocal. 6. v. 10. magnum pro multis malis, quæ illi ostenderat. Nonne Sanctis martyres, etiã noui testamenti, clamant ad Deum η? *Vsquequo Domine non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant*

in terrâ? Legimus etiam de B. Eustachio Abbate, cũ hæreticus quidam Agrestius, B. Columbanũ iam mortuũ conuitijs & calumnijs laceraret, sic vltum esse calumniatorem, atque in concilio Matisconensi. Ita namque scribit Ionas θ Vitæ S. Eustachij seu Eustasijca 6. mẽse Martio Abbas, eius contemporaneus θ; cùm sic ille (*Agrestius*) friuolã iniuriã infignis, respondit. In horum præsentiâ Sacerdotum te egregius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & institutã damnas ad diuinum iudicium cum illo intra præsentis circulum disceptaturum inuito, vt iusti iudicis examen somnias, cuius famulum tuis obtrectationibus maculare conaris.] Scire vultis euentum citationis? post aliqua media, sequenti capite subijcit Ionas; Sed cum ille (*Agrestius*) sæpiùs ι Raphael Volaterranus anthropol. li. 11. datum pœnitentiæ locum non agnosceret, vt B. Eustachij sententia, ad diuinum iudiciũ ipsum vocantis præualeret, antequã triginta dierum circulum, priusquam vertentis anni metã complueretur, à feruo suo, quem ipse redemerat, fecuri percussus interijt.] Accedat & aliud tempore legis gratiæ. Gualterus Burgensis, vir doctrinâ & sanctitate clarus, per iniustitiam patienter tulit: moriens iussit, credo ad exemplum Christi, sepulcro inscribi; *Ad iustum Dei iudicium appello*. Legit elogium Clemens, & iniuriæ, quam intulerat, memoriâ, expassisse ferunt: addunt ι alij, non diu post obijsse: sed, quem κ Dico 2. Periculosum est hominibus non cõperrę sanctitatis causã violaterranus, id non addit, & fabulosum puto.

κ hos citationes imitari.] Nã facilè fallit amor proprius & perfinder nos iniuriã perpessos, cùm non simus: facilè etiã latens stringa gloriolæ, vel vindictæ, vel alterius perturbationis animi nebula se immisceat, vt veritatem non videamus.

λ Dico 3. lethaliter peccant, qui scienter iniustè alios citant. probatur omia [illegible] & grauiter. sic enim fugillant quos citant [illegible] innocentiæ; minùs etiam contimes graui terrore percellunt, ita vt ex metu mortis possint in morbũ incidere & mori. Quod fortassis aliquando cõtigit.

Quoad eos vero qui citantur, existimo duas regulas posse
statui. Prima est, si constet eos iustè iudicasse, nec vllum esse
dubium de sententiæ aut facti, propter quod citantur, æqui-
tate; tunc posse huiusmodi citationem ab illis contemni.]
ratio est, quia iusto iudici præmium à Deo, cuius vicem fun-
guntur, non supplicium est exspectandum. Sciebat hoc mag-
nus ille Imperator militum Gundizaluus Ferdinandus de
Corduba: Qui cùm Tarentum obsidens maleficum quendā
seditiosumque (inquit Iouius κ) militem ad supplicium da-
ci iussisset: illeque multum reluctatus se iniquissimè damnari
vociferaretur, & proinde Gonsaluum ad dicendam causam
ad Dei maximi tribunal magnâ voce citaret: vade, inquit, Go-
saluus, festinaque confisus optimo iudici, & causam institue.
Nam ibi pro me aderit, qui opportunè respondeat Alfonso
frater, qui nuper, ex Serrâ vei megiâ, in cœlum contendit. Tum
enim Gonsaluo nunciatum fuerat, fratrem à Mauris circum-
uentum, dignam forti pioque duce mortem oppetisse.] Sic
ille meritò nebulonem iniustè prouocantem contemsit.

κ *in vita Gonsaluo.*

Altera regula sit, Quando iudex aliquam animi perturba-
tionem sensit; quæ ad damnandum, vel mouit omninò, vel
ad citiùs damnandum mouit; vel etiam non vsque adeò certa
est sententiæ iustitia, vt non supersit probabilis cōtrarij metus:
tunc malè facit iudex, si cōtemnat huiusmodi citationem. rec-
tè facit, si diligentiùs iterum omnia momenta, & quæcunque
ad veri indagationem pertinent, examinet ac perpendat, &
reum interim in custodiâ seruet, vt vel retractetur prior sen-
tentia, vel maturiore consilio confirmetur.] probatur hæc
conclusio, (quæ Feuardentij quoque fuit) tum quia iudices
non possunt nimis circumspectè procedere in re tanti mo-
menti, cùm non hominis sed Dei iudicium iudicent λ: tum
quia, qui videbantur nocentes ex allegatis & probatis, eos
tempus postmodum sæpè docet [illegible] non pauca, nec
opus est exempla proferre; [illegible] obscura. tum denique quia sæpissime accusationales citationes
non esse irritas. Scribunt Historici Hispanorum Ferdinan-
dum

λ 2. *paral.* 19. v. 6 & 7.

tum III. Regem, iussisse duos nobiles perduellionis reos
tarri vel rupe altissimâ præcipitari; illos constanter crimen
negasse; quod quia videbant se frustrà facere, tandem ad diui-
um tribunal prouocasse, regique denuntiasse, ibi, vt se ante
diem tricesimum, sisteret: Ferdinandum postea ipso die trice-
simo satis subitâ morte abreptum μ. Germania sola multa
præbet exēpla. Menuercū Paderbronnēs. Episcop. graui cōtu-
melià Corbeiensis quidā monachus affecerat: cui Episcopus;
RADITVRVM ALTISSIMO FACTI RATIONEM prædixit.
Monachus floccipendens risit episcopum. Ecce, moritur an-
tistes; &, nihil mali sentiens antè monachus, in ipsâ horâ
mortis Episcopi expirauit ν. Paucis annis postea Henricus
Moguntinus (vel secundum alios Wormaciensis) Episcopus,
falsò, & per calumniam Arnoldi; accusatus, & per præuarica-
tionem Cardinalium duorum à Pontifice Eugenio. 3. ad cau-
sæ cognitionem delegatorum, depositus, ipso Arnoldo suffe-
cto fuit: sed ad iustum iudicem Deum interpositâ appella-
tione, sequenti anno mortuus fuit. Eius auditâ morte, ambo
illi Cardinales obierè subitò; alter digitos proprios arrodens,
alter in latrinis, Arij morte ο. Tempore Henrici quarti, Bur-
chardus Halberstadiensis Episcopus, & Meginherus Abbas
Hasfeldensis, de iuribus Ecclesiarum litigantes, inuicem ad
Dei tribunal euocarunt, & ambo die dictâ repentè ex hoc sæ-
culo migrarunt π. In vicinâ Germaniæ Gothiâ, memorabi-
lem edidit illud Ioannis Tursonis, de quo sic scribit Olaus ρ;
Quendam capite plecti iusserat. Is genibus innixus; en morior
iniuste, inquit, teque voco hac horâ ante tribunal Dei, vt res-
pondeas, cur me innocentem morti condemnes. Vix autem
finierat ille carnificis manu obtruncatus fuerat, cum etiam iu-
dex de equo corruit exanimis.] Liguriæ pars nota Italiæ. ibi
Consentium triremes aduersus piratas emisse, biremem Go-
tholanam accepere; & in Siculorum Gotholanorumque con-
temptum, extra Drepanum, furcæ noctu rectorem biremis
affixerunt. Miser ille diu frustrà questus, nihil vnquam se Ge-
nuensibus nocuisse: vt vidit plus gentis odium illos, quàm

æquita-

μ *Ritius lib. 3. de Regibus Hispan. Mariana in Hisp Annal. lib. 15. ca. 11.*

ν *Cranzius lib. 4. Metropol. c. 4.*

ο *Conradus in Chron. Moguntino.*

π *N. in Annal. Boiorum lib. 4.*

ρ *li. 14. Hist. Aquilon. ca. 10.*

æquitatem mouere; præcipuamque mortis causam esse trierarchum Genuensem, iussit vt se ille intra sextum mensem ante Deum iudicem sisteret. nec irrita vocatio fuit. condicto Ligus tempore mortuus fuit σ. Armoricis Franciscus Dux præfuit, is summâ crudelitate fratrem ex Angliâ reduentem de medio sustulit; sed vicissim fratris citatione intra annum de medio sublatus, principatum cum vitâ amisit τ. vix ei quisquam cui non sit audita damnatio Templariorum; ex his vnus Neapolitanus eques traditur ad diuinum iudicium appellasse, & Clementem V. ac Philippum Pulcrum Francorum Regem, anni spacio concesso, coram tribunal illud supremum citasse: addit Fulgosus υ intra id tempus Clementem repentè mortuum, nec multò post Philippum quoque interijsse. Hoc alij ex calculo temporis conantur refellere. Sed confirmant idem Christi anus Massæus, & Meierus φ qui Papam & Regem eodem anno 1314. tradûnt obijsse, illum 20. April. hunc 29. Nouembris. fuerunt quidem Templarij Anno 1312. in concilio Viennensi, tertiâ Aprilis condemnati: sed non omnes eodem anno comprehensi ac occisi: sed quidam sequenti, vt Neapolitanus ille; scilicet anno 1313. cumque. 1314. currente mortui sint Iudices illi duo, dicuntur non immeritò eodem anno obijsse, quo citati fuere: immò Gaguinus & Æmilius mortuum volunt regem anno 1313. quem constat Pontifici superuixisse.

σ Fulgos. lib. 1 cap. 6.

τ Æneas Syluius Europæ histor. cap. 43.

υ d. c. 6.

φ Meierus lib 2. Annal. & l. 17 Chronic. Masse. consentit Onuphr. in PP. Roman. hist.

SECTIO II.

De purgatione Monomachiæ,

NVlla fuit quondam frequentior purgatio istâ; quoties cumque criminis notitia seu probatio obscura; vel actor reum prouocabat, vel reus ipse offerebat se, aut suo loco aliû inuentionem quidam Mantinæis tribuunt, alij volunt antiquiorem esse α. constat etiam Palæstinis in vsu fuisse, ex Goliæ prouocatione, quem Dauid superauit. Fuit maximè in vsu post Barbarorum in Italiam irruptionem, apud Longobardos β, & apud Germanos γ, & Francos δ, & etiam Hispanos ε, non ex homicidij tantùm causâ (*iux. c. vni. §. si quis homicidam. §. si quis alium. de pace Constant.*) sed & ob aliud quodcumque graue crimen, vel magni momenti causam, vt post Bald. communiter DD. censuere. *Bald. in d. c. vni. Alciat. & Oroze. ad l. ex hoc iure. D. de iust. & iur. Iulius Ferret. cons. 6. de duello in prin. & cons. 9. n. 6. cons. 11. n. 3. & 4. & Menchaca lib. 1. illust. qq. c. 49.*] Fusè in iurisiurandi locum, propter crebra periuria, hoc fuit introductum, coram Ioanne XIII. per Othonem 4. in Romanâ ζ; sed priùs apud Francos iam Carolus Magnus hoc decreuerat, quoad causas criminales η, postea ad ciuiles quoque extensum θ, vt & apud Moschos ι & Danos κ olim in vsu. Horum duelli possunt colligi tum ex Annal. Boiorum *lib. 4.* tum ex Ticinensis Historiæ Bern. Sacci *lib. 9.* Sed in moribus, & arbitrio genere præsertim, non idem obseruatum apud singulas nationes. plerumque receptum, vt armis militaribus regionis eius vterentur. Carolus Magnus voluit vt fustibus: postea rectum, vt rei sit optio, & ius armorum præscribendorum. In celebri illo duello Cambronensi, inter Iudæum, qui imaginem Deiparæ vulnerarat, & paralyticum Lex Carolina seruata. Anno enim 1326. Guilh. Tertio Comite Hannoniæ, Verpa quidã se finxerat sincero animo Christianis sacris baptismo initiandi, suscepit ex fonte Comes, & Guilh. filiolũ nominauit, ac peregrinatorẽ Curię Montensis esse iussit. Non diu post, homo blasphemias in Deiparę imaginẽ multas effudit, & (horrendũ) ventriculo quatuor plagas inflixit, vnde sanguinis statim riui manarunt. vidêre faber asciarius quidam & Monachus laicus Benedictinus Lobbius. faber asciâ caput findere Iudæo parabat; Monachus prohibitus; rem detulere igitur ad Abbatem Dominicum de Montibus; is ad Comitem. Iudæus pertinaciter resistentia elusit. Sic dimissus, quadriennio postea ab angelo apparente, quidam senex nomine Ioânes Flander, Estinnẽsis, sexennio, & septennio iam ex paralysi clinicus, iubetur Iudæũ accusare, & duello prouocare. Bis monitus, Parochi iussu senex rem adhuc differebat. Tertiũ illi ipsa Virgo quinque illis plagis

ζ *Lantiquis. & l. Vlt. lib. 2. leg. Lomb. tit. 54.*

η *l. mentio. d. tit. 54.*

θ *d. l. vlt. & libr. 5. leg. Francic. ti. 4.*

ι *Olaus lib. 1. c. 20.*

κ *Saxo lib. 5.*

α *Alcia. de singula. certa. c. 2.*

β *Leg. Lõgob. tit. qualiter se quisque defend. deb. tit. de purga. rei tit. de homicidio liberi homini.*

γ *Lãb. Schaffnaburg. sæpe. Adocet Guido Papæ decis. 191.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis consauciata se videndam præbuit; & imperat monomachiam. Plenus spe ac fide senex adit Cambronem, cernit in imagine vulnera quæ in viso, accedit Comitem, accusat recutitum, dies pugnæ dicitur. arma rudes fustes & scuta lignea, supersunt hodie. Iudæus vesco corpore, ferox viribus, ales fascias tintinnabulis cinxerat, & sic senem ridebat. Sed uit athletam suum Deus, tam impar commissus, æger sanus, debilis fortem, senex iuuenem prostrauit; & horrendè blasphemantem, conuictum, sed non pœnitentem; comes iustus caudæ equinæ alligatum trahi ad patibulum, & capite decussum, duobus ad latera molossis eum rabidè laniantibus, suspensum subdito ignis fumo interire. [*narrat fusè Robert. Gaguinus portius duabus eâ de re libris carmine conscriptis.*] Hispani semper militaria arma retinuere, vt ex cunctis eorum Annalib. patet. Duellorum tum inter Principes pro regnō μ, vt inter Corben & Orsuan Hispanos apud Liuium; & Edmundum Anglum & Canutum Danum Reges apud Polydorum, Hardingum & Roheum Daniæ reges apud Crantzium, Petrum Aragonium & Carolum Andegauensem apud Antoninum, & pro principibus inter priuatos; vt Charellum & accusatorem reginæ Gondibergæ ρ; pueri quoque pro vxore Henrici tertij contra gigantem σ; & & Burchardi contra Conradum iactantem se cum regis nepte concubuisse, anno 950. apud continuatorem Reginonis; item inter priuatos, vt coram Othone 1. quando disceptatū vtrū in successionibus auorum essent nepotes cum patruis, vt patrem suum repræsentantes, admittendi, & vicere qui pro nepotibus pugnabant τ. Multa sæpè in his accidêre. duo tantum narrabo. Vnum ex filiis Dubrauij ρ; Radislaus, Gurimensis Princeps Mistibogi filius, per iniuriam inuaserat Boëmiæ fines, coactus à suis tandem optimus rex Wenceslaus militem collegit. cum iam dimicaturæ essent acies. Si aliter, exclamat Wenceslaus, nulla prælio res componi nequit, cur non potiùs sine insontium sanguine, ipsi inter nos singulari certamine decernimus? Nulla fit mora. loriculam super cilicinam vestem indutus, parmaque

μ *Liuius lib. 28. et Plutar. in vitâ Scipionis. Polydorus Virgil. lib. 7. hist. Anglor. Crantzius lib. 1. c. 11. & 22. Daniæ. D. Antonin. p. 3. tit. 20 c. 4. §. 8. histor. sum. & Ricius lib. 3. histor. Neapol. Froissar. Chron. l. 1.*

ρ *Paull. Diac. hist. Longob. lib. 4. c. 16.*

σ *Nauclerus gener. 35.*

τ *Vvitichindus li. 2. Vincentius l. 24. speculi c. 70.*

ρ *lib. 5. Histor. Bohem.*

» pque enſiculo ſuccinctus VVenceſlaus in arenam prodit: at » Radiſlaus cataphractus haſtatuſque cum ingenti machæra ſe » offert. Wenceſlaus ſigno crucis frontem pingens ſubitò an- » gelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, » audit: Ne feri. & repentè Radiſlaus humi procumbens, ve- » niam audaciæ popoſcit, ſeque poteſtati victoris permiſit. Al- » lenus proſtratum Wenceſlaus monuit, datâ veniâ & digni- » tate reſtitutâ, vt contumaciam in obſequium debitum ver- » teret, ne poſt grauiùs ab irato numine plecteretur.] Hîc Deus miraculo iuſtitiam cauſæ declarauit: quando miraculo Deus non fauet, fieri ſolet, vt vel maneat dubia res; vel iuſtam ſopiens cauſam ſuccumbat. Prius in pugna duorum Hiſpanorum Nobilium accidit tempore Alfonſi Regis; qui Petri Regis Caſtellæ pater. Hi fuere Ruy Paez de Viedma, & Pay Rodriguez de Auila, ille hunc proditionis accuſauit; hic illum ſceleris grauioris viciſſim recriminatione pulſauit. cùm venum eſſet ad duellum, tribus continuis diebus ab ortu ſolis occaſum pugnarunt, multiſque ſe vulneribus affecerūt, & dubiâ prorsùs, nec in vnum alterumue inclinante victoriâ; tamenque rex innocentem pronunciauit, & æquali virtute præditos amicos eſſe voluit. Narrat fusè Pet. Mexia σ. Sic etiam dubia manſit Zamorenſium cauſa, quos proditionis accuſabat Did. Ordonius de Lara, innocentes contendebant eſſe Gonſali filij; quorum cum duos iam Ordonius occidiſſet, illoque vulnus lethale inflixiſſet; ſaucius cadens equo habenas aberrante gladio præſcidit, equus Ordonium inuitum cepit extra monomachiæ ſepta, quod victi indicium. Sic ille non victor, equi culpâ; non victus, propriâ virtute. Iudices ſibi N. L. pronunciarunt. *Mariana lib. 8. Histor. Hispan.* Multos quorum cauſa iuſta erat in monomachiâ ſæpe ſuccubuiſſe docent poſt Pont. Innocentij III. reſcriptum, *ca. 2. de Purgatione Vulgari*. etiam Ioan. Baptiſta τ Suſius, & Vrrea Hiſpanus υ.

Vt vt eſt, repugnat omni iuri, quæ eſt communis DD. ſententia, contra Paridem à Puteo, vt docent recentiores ſcriptores

σ *Silu. Var. lect. p. 2. c. 10.*

τ *lib. de iniustitiâ duelli.*

υ *lib. de duello.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tores non pauci, *nempe Lancellotus Conrad. lib. 1. templ. iudic. c. 1. §. 3. vers. duellum prohibere, & tract. de duello in præfat. Menoch. lib. 1. illustr. qq. c. 12. & c. 49. Vivius lib. 1. comm. Opinion. Chacca lib. 1. illustr. qq. c. 12. & c. 49. Vivius lib. 1. comm. Opinion. litt. D. vers. duellum. Petrinus Bellus p. 10. de re militari tit. 2. à nu. 128. Iulius Ferrettus cons. 1. n. 3. & 6. cons. 2. nu. 4. cum seqq. cons. 8. n. 4. cons. 20. nu. 10. & idem sæpiss. in tract. de duello. Alciat. lib. 5. respons. cons. de duello.* Quod repugnet iuri naturæ, docte optimè Susius, *d. opere*, & Anton. Bernar. Mirandulanus *libro suo contra Possevinum de expugnatione singular. certam.* & Petrus Messia *p. 4. var. lect. cap. 9.* Quod iuri ciuili; probât cõmuniter DD. *ex l. 1. C. de gladiator. lib. XI.* & quãuis ea lex hoc nõ conuincat, sufficit tamẽ, quod nullâ Romanorũ lege sit hęc monomachiæ purgatio approbata, cũque iuri naturæ repugnet, cõstat omnem consuetudinem in contrarium inualidam esse, vt

φ *c. 2. de cleric. pugn. in duello. Alciat. d. respõso de duello. & DD. citati*

rectè Canones dicunt φ. Quod iure diuino & sacris litteris prohibitũ sit duellum, probant ex omnibus locis, quibus prohibemur Deũ tentare, & quibus prohibemur occidere χ. Apertior est probatio iuris Ecclesiastici seu diuini positiui. Nã & olim hoc canones prohibuere ψ, & apertissimè Concil. Tridentin. cuius hæc sunt verba; *Detestabilis duellorum [illegible] fabricante Diabolo, introductus, vt cruentâ corporum morte, [illegible] marum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitùs exter[illegible] minetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Co[illegible] mites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad [illegible] monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, [illegible] ipso sint excommunicati, ac iurisdictione & dominio ciuitatis, ter[illegible] stri aut loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, quod [illegible] ab Ecclesiâ obtinent, priuati intelligantur: &, si feudalia sint, [illegible] directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commi[illegible] serint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omn[illegible] nium bonorum suorum proscriptionis ac perpetuæ infamiæ pœ[illegible] nam incurrant, & vt homicidæ, iuxta sacros canones puniri de[illegible] beant: &, si in ipso conflictu decesserint, perpetuò careant Eccle[illegible] siasticâ sepulturâ. Illi etiam, qui consilium in causâ duelli, tam [illegible] in iure quàm facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id [illegible] quem-*

ψ *toto tit. fermè de purgat. vulgari. tit. de cler. pugnante in duello. c. monomachiam. 2. q. 4.*

χ *Pet. Matthæus in Notis ad Bullam Greg. XIII. mox laudandam. Tamen reuera loca illa scripturæ parũ vrgent proteruos.*

quamquam suaserint, necnon spectatores, excommunicationis, ac imperio maledictionis vinculo teneantur: non obstante, quocunque priuilegio seu praua consuetudine, etiam immemoriabili.]

Damnarat eundem abusum sub excommunicationis pœnâ, quoad subditos tantum Romanæ sedis Iulius II. anno 1508. mense Aprili, & rationes addiderat damnationis benè multas & graues, primò quia hoc fiat humani generis inimico instigante. 2. quia hinc hominum mortes repentinę, & animarum perditiones, & noua inter adstantes amicos pugnantium odia & altercationes, & ex vno inconuenienti plura oriuntur, in animarum & corporum periculum, generisque humani iacturam, pernicioſum exemplum, & schandalum plurimorũ. 3. quia Christus docuit Deum non esse tentandum. 4. quia hominem homini insidiari nefas. 5. quia gladiatoria munera, & huiusmodi purgationes vulgares à religionis nostræ pietate damnantur. 6. quia cruenta huiusmodi spectacula à canonibus Pontificum, & imperialibus legibus sunt prohibita. Denique Gregor. XIII. laudatissimus Pontifex ad omnes Christiadentini patres eam extenderant, & quod illi de sollemni siue publico duello sanciuerant, hoc ipse prudẽtissimè ad priuatas, etiam sollemnes duellationes, propter easdem causas, quæ in ea æquoque cernebantur, porrò producendum sibi censuit ω Bullâ quæ 1582. nonâ Decemb. his verbis; crescente hominũ mali- incip. ad tol-tiâ, & grauiores non desunt, qui quod publicè prohibitum est, lendum dete-priuatim exsequi non dubitent, dum sic pœnas prædictas elu- stabilem. dere se posse arbitrantur. Nos ad hæc euertenda plenius euigilantiusque prouidendum esse rati, considerantesq; duellum non minùs cruentum, & animę & corpori noxiũ esse, quàm quod publicè perpetratur: auctoritate Apostolicâ statuimus, & [illegible] illos, qui ex cõdicto, statuto tẽpore & in loco cõuenito monomachiã cõmiserint, etiamsi nulli patrini socijve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve prouocatorię literæ, aut denunciationis chartulæ præcesserint, censuris & pœnis omnibus à dicto cõcilio propositis teneri, perin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ac si publico & consueto abusu singulare certamen iniuis-
sent. (2.) volentes etiam locorum dominos, si certamen ex-
condicto huiusmodi permiserint, aut quantum in se fuerit,
non prohibuerint, (3.) omnesque illud fieri mandantes, insti-
gantes, consilium vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam,
commeatum, & alia subsidia scienter subministrantes, aut
(4.) ex composito spectatores vel socios quouis modo se præ-
bentes eisdem censuris & pænis subiacere, etiamsi illi qui ad
locum destinatum pugnaturi accesserint impediti pugnam
non commiserint, si per ipsos non steterit quominùs illa com-
mittatur. Non obstantibus &c.] ex quibus sanè apparet, qui
hodie priuatis prouocationibus in hanc excommunicatio-
nem, nulli reseruatam, incidant. Videor autem mihi ex ver-
bis vtriusque prohibitionis quædam colligere non inutilia
obseruatu. Primò illos quoque incidere, qui dicunt, Venias
talem locum: ego te illic exspectabo: nam isti certum tem-
pus constituunt, illud ipsum præsens; sicut crastinum, qui di-
cunt cras tali horâ &c. Secundò Principes non prohiberi
hanc licentiam concedere infidelibus; tum quia sunt extra
curam Ecclesiæ, tum quia Concilium expresse dicit; intra
Christianos. 3. non prohiberi iustum bellum gerentes Prin-
pes, quam possunt causam prælio decidere, eam paucis com-
mittere per duellum definiendam: hoc enim tunc in bello fo-
cum succedit: Non tamen liceret illis animi causâ, vel gloriæ
solius ad ostendendum robur militum facere; sicut olim fece-
runt Ioab & Abner α: nam vox *ludere* illic significat prole-
sionem pugnæ. Instituebatur enim hoc, vt arbitror, quasi di-
uinatorium quoddam victoriæ præiudicium, quo Germanos
olim vti solitos Cornel. Tacitus testatur β. Quæ ipsa diuina-
tio est prohibita: Et sicut pro solâ gloriâ humanâ bellum non
licet suscipere, sic nec duellum licet permittere. 4. Quoad
consulentes, ex Gregorij verbis intelligitur, eos damnaxat in-
cidere, qui suadent affirmatiuam, non verò qui duellum dis-
suadent; & ad hoc consilium conscriberent, vel darent. hi
enim non peccant. 5. quoad spectatores, non incidere, qui
illic

α 2. *Reg.* 2. *v.* 15.

β *lib. de mo-rib. Germ.*

hæc transeuntes obiter aspicerent certamen: vel subsisterent
ad dirimendum; imo nec illos, qui ex instituto eos fuissent
comitati, vt certamen impedirent: ideo enim additur, *si per*
ipsos non steterit &c. ipsos scilicet spectatores & socios &c. vn-
de 6. infertur, eos qui comitarentur vel sociarent, incursuros
etiamsi non sit pugnatum; quando conati sunt efficere vt
pugnetur, vel saltem si poterant, non impediuerunt ipsi, sed
mallent pugnam conseri. Hæc saluo rectiùs sentientium
iudicio, de re quotidianâ. Quidam asserunt etiam à Sanctissi-
mo Domino nostro Clemente. 8. hodierno P. M. bullam
quandam de Duello editam; quam nondum potui nancisci.

SECTIO III.

De purgatione vulgari per ignem.

HÆc triplex fuit, per rogum, per prunas, per ferrũ hoc est
vomeres seu lateres vel chirothecas cãdentes. innocẽtia
probabatur, si illæsus quis abiret: sin, nocens habebatur. hanc
duello aliquando sponte susceptam, aliquando iniunctam
prouocato. De ferro candente obtinet hodie apud Iaponios
videnti epistolæ nostrorum, vna P. Luisij Froes scripta an-
no 1595. narrat illustre miraculum quod accidit Omuræ, in
hanc sententiam. Fuerat Christianus quidam degens inter
ethnicos accusatus furti: & quia hoc crimen seueriſſimè casti-
gatur in Iaponiâ. Sic vt de eo, quantumuis minimo, conui-
cto, pœna cum nullâ veniæ spe mulctetur; nec tamen possent
hunc Christianum verè conuincere, ecce mox gentiles eum
obsidere, & dum aliud non possunt importunè compellunt:
vt in ipsis consueto iuramentum edat; qui erat, vt in folio
subscripto scriberet quod erat iurandum, deinde folio
palmam manus deposito, imponeret ferrum candens, ma-
numque constringendo, in suum caput vindictam & iram
Christi imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si
manus fortè amburatur, aiunt experientiâ probatum, eum
vltrò esse reum; si verò à læsione cum folio maneat immu-
ne, esse innoxium. Cùm igitur hic Christianus in has angu-
stias

Universidad de Deusto
Biblioteca

stias adductus esset; quippe vel iurandum illi erat, vel repu-
diato iuramento, quo se reum faciebat, vitæ discrimen adeun-
dum; innocentiæ suæ confisus dixit: fas sibi non esse, vtpote
Christiano, per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per
verum. Consentiunt gentiles; vt per suum Deum iuret. Ille
ergo signo crucis in folio expresso, ferroque candenti impo-
to; quia id facere cogebatur; magnâ animi præfidentiâ ferrum
manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus nec folium am-
buritur. Itaque non solum solutus est pœnâ, quam gentiles
illi minabantur; verùm etiam culpâ, quam falsò illi impinge-
bant.] Hactenus epistola Latine edita Moguntiæ anno 1598.
planè vetus hæc purgatio & celeberrima fuit. Inuenio ferrum
istud ignitum vocatum, *Iudicium*; quod nomen arbitror com-
mune fuisse instrumentis omnibus harum vulgarium proba-
tionum. Petrus le Loyheyr. [a] formulam nobis proponit ex
S. Mauricij Andegauensis archiuis istam: Nos tamen sub-
cienter muniti denarrationem & discutionem istius causæ
nostræ sæpius in audientiâ omnium illic adstantium offeri-
mus, & paratos nos semper esse ad omnem iustitiam præsta-
bamus: cùm ecce quidam de hominibus quos Berlaius re-
clamabat, Tetbaldus Peletarius nomine, de parte sua surre-
xit, nobis nescientibus & iustitiâ nullatenus dictante, &
per consilium nostrum, qui sponte suâ se IVDICIVM pa-
rum manu suâ obtulit. Quod Rainaldus Popardus auunculus
lus suus dixerat sibi, & quę verè partitio illa facta fuerat &
antecessoribus suis, inter canonicos S. Mauricij & antecessi-
res illius Berlaij, sicut in chartis nostris continebatur. Et hoc
Tetbaldus obtulit, sic paratus fuit, & per manum suam in Ec-
clesiâ S. Dionysij apud Doadum, videntibus multis, tam de
parte nostrâ, quàm de parte domini Berlaij (quorum nomi-
na subternotata sunt) IVDICIVM portauit. Post IVDICIVM
portatum Tetbaldus ille, Deo propitiante, illæsus & sanus
omnino apparuit. Viderunt autem vel IVDICIVM portari, vel
manum tertiâ die de more regardari, ferè vniuersi homines &
mulieres de Doado, & plures de hominibus Domini Berlaij
testes

[a] *libr. 2. de spectr. c. 7.*

tes IVDICII portati, & hominis omnino, Deo miserante,
sanati & liberati.] vbi cernis solitos causam addere, quæ il-
los moueret, siue id exprimere, quod probare per IVDICII la-
tionem volebant: vides etiam clericos protestantes, vt irregu-
laritatem & censuras euaderent incurrendas; si hominem ip-
si ad hoc adhortati, & mutilatio vel mors subsecuta fuisset.
Meminere huius variæ leges Septentrionalium, omnes occu-
pati à Barbaris Italiâ & Gallijs latæ: apud Radeuicum [β] fit
mentio legis militaris, quâ seruus non deprehensus in furto,
falsò accusatus, iubebatur vel Domini iuramento, vel igniti
ferri iudicio se expurgare. Leges Francicæ & Longobardicæ
iubebant per nouem vomeres ignitos, homicidij accusatum
se expurgare [γ]. Slaui postquam veram amplexi sunt religio-
nem in arboribus, fontibus, lapidibus iurare desierunt; re-
cepto vsu, examinandi per Sacerdotes suspecti, adhibito fer-
ro vel vomere candenti [δ]. In Flandriam quoque hanc legem,
Philippus Comes tulit anno 1164. Si quis [ε] vulnus in nocte
alteri se excusabit accusatus: si aufugerit, manum perdet.
si fur vocatus accusatus fuerit, ferro candenti se excu-
si culpabilis permanserit, suspendetur.] In hoc iudi-
cium fuit certus vomerum numerus, vt nec formæ ferri
vna species vel pondus præscriptum, vt ex varietate IVDI-
CII patet. vt plurimum francicâ consuetudine vsos pu-
to, ferri consecratione siue imprecatione, quæ fuit talis,
Deus iudex iustus, qui auctor es pacis, & iudicas æquitatem; te
supplices rogamus, vt hoc ferrum ordinatum ad iustam exa-
minationem cuiuslibet dubietatis faciendam, benedicere &
sanctificare digneris; ita vt si innocens (de prænominatâ cau-
sa) iudicio purgatio quærenda est) hoc ignitum in manus accepe-
rit illæsus appareat: & si culpabilis atque reus, iustissima sit
potentiæ virtus tua, in eo cum virtute declarandum, quatenus
iustitiæ non dominetur iniquitas, subdatur falsitas æquita-
ti. Per Dominũ nostrum &c [ζ].] In *Antigonâ* Sophoclis, custo-
dem corporis Polynicis, accusati negligentis custodiæ paratos

[β] *li. 1. rerum Friderici c. 16.*

[γ] *Lombard. lib. 1 tit. 11. de partic. Francica lex li. 4. cap. 56.*

[δ] *Helmold. Histo. Slauorum cap. 84.*

[ε] *Meier. in Chron. Flandr.*

[ζ] *Annal Bertin. lib. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

se dicunt innocentiam suam cõprobare, & ferri candentis cõtrectatione, & per pyram ambulatione, & iureiurando.

χὴ μύδρος ἅιρειν χερῖν,
χὴ πῦρ δίερπειν, χὴ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν.

In Concilio Triburiensi docemur [n] hanc probationem in Germaniâ non fuisse nobilium, quibus iuratoria duodecim ingenuorum contestatio sufficiebat: sed ignobilium. Verum Historiæ testantur etiam nobiles eam sæpe subiuisse, aliquando per laminam, aliquando per chirothecam, aliquando aliter. Anno 1215. vel circiter, Conrard. Marpurgius [θ] inquisitor Apostolicus, si accusati de hæresi, negabant, iudicio ferri candentis experiebatur, & si amburebantur, eos porrò commiserat rogo. Quod ab illo contra Canones perperam factum, si factum, fuit. Iam enim id Stephanus V. prohibuerat, vt postea dicemus. Caroli tertij Imp. vxor Richarda fuit insimulata adulterij, sed candenti ferro crimen diluit [ι]. sic Kunigundem Henrici 2. vxorem se expurgasse constat: in eo tamen dissentiunt historici, quod quidam velint eam calcasse pedibus nudis [κ], alij sex manibus vomeres tulisse [λ]. Quare nisi dicas eam successiuè manibus tulisse, & pedibus calcasse; Cranzius à seipso dissentire necesse est. Nonnullos alios se iuuene George. Pachymeres massam candentẽ manibus innocuis gestasse commemorat. Plus est, quod scribit Saxo Danus [μ], in Regem ad fidem conuersâ, matronam quandã, per iniuriam à comage adulterij insimulatam; cùm purgandæ infamiæ gratiâ manum admouisset candenti laminæ: subitò ferrum, quod erat exceptura, perinde atque innoxiæ manus contactum fugiens, neglecto pondere, sublime se extulit, penduloque motu gradientis feminæ incessum comitans, cùm ante aram iactandum esset, inter religiosam astantium admirationem proprio impulsu humi decidit.] Exempli verò memorabilis & fidei coniugalis specimen, nobis duo coniuges, Mutinenses Comites, æternâ dignum historiâ, Othone tertio imperâte exhibuerũt. Mariam erat hic nactus vxorem lubricâ fide, conscientiâ nullâ: hæc, vt noua Phædra, Comitem Mutinensem in amplexus trahere

n c. Nobilis. 2. q 4.

θ Trithem. in Chron. ca. 22.

ι Annal. Boior. d lib. 4.

κ Fulgos. lib. 8. cap. 1. & Cranzius lib. 4 Saxo. c. 31.

λ Cranzius lib. 4. Metropol. c. 5. iunct. d. c. 31.

μ li. 14 Hist. Danor.

sibere conata, repulsam vertit in furorem, & odio eius quem impotenter amarat inflammata, crimen suum in innocentem egessit. Nec latuit dolus Comitem. hinc amor in Imperatorem, inde vrgebat honor proprius. cessit honor amori: quia Cæsaris honorem vitæ suæ præponebat. Coniugi tamen suæ, mulieri prudentissimæ, &, quod rarum, forti, conatus Augustæ sponsum suum; calumnias illius, periculũ suum aperuit, decretumque sibi dixit; mille mortes oppetere potiùs acerbissimas, quàm tantum Imperatoris sui, de incontinentia & perfidia Augustæ natum, dedecus in lucem proferat. Proinde illã si quid de ipsa benè vnquam meruerit, obtestari; virili constantia sexus & coniugij oblita, sententiam, quæ impendebat, mortis ignominiosæ vt perferret: se necato coniugis animum & memoriam resumeret, & animo imperterrito nomẽ mariti ab ignominiâ liberaret. Non diu post Comes culpam Augusto suo capite, luit, creduli Proeti iudicio condemnatus. Consecuta deinde Imperiali apud Roncalias institutò, quo die vindex ius dicebatur; Mulier prodit, & coram confessu ex lege Imperatorem ad talionis pœnam vocauit, eo quòd maritum innocuum iniustè de medio sustulisset. Otho admirabundus, At tu quoniam pacto, inquit, viri tui, quam iactas innocentiam comprobabis? Candenti, inquam illa, laminâ. adfertur Othonis iussu ferrum benè ignitum: adlatum vidua sine noxâ cunctis Imperatoribus prehẽdit manu, & tenuit. Externauit miraculum Imperatorem, adeò vt se quidem supplicijs dignum profiteretur, sed moram poscere aliquam subeundi. Triplex vadimonium differo, (illa respondit): reginæ supplicium solum spero, cuius nefaria calumnia me marito, te fidissimo milite, meque ciue strennuo spoliauit. Cunctis æquissimum visa petitio. Augustus eam collaudat, & pro dilatis sibi vadimonijs, quatuor in Hetruriâ castris donat; Augustam verò, quæ Veneris genus malè asserat, carnificis manu in rogum coniectam, iustis flammis absumi iussit [ν]. Carolo Caluo Francorum Rege, Ludouici Germanorum regis terras, nepotibus suis per nefas eripere conanti: Germani primò deprecari vim, & Francis ad

ν Gothifred. Viterb. in Chron. Cranzius li. 4 Saxon. c. 16.

ferri igniti iudicium vocatis, cùm illæsi Germani redissent; nec ab ambitioso Rege, quidquam æqui boniue impetrare valerent, sumtis armis illum re infectâ, multis amissis vltra Rhenum iterum compulerunt o. His fauit contra idem IVSTICIVM duodecim vomerum interfectores Christiani Comitis de Oldenborg in Saxoniâ, prodidit, & in rotâ misit π. In Saxoniæ quoque oppido Wittenburgo, excitati publici incendij crimen, impactum fuit cuidam, ille & iureiurando, & IVSTICIO se innocentem probauit. cùm enim longo itinere ferrum candens manu tetulisset, illudque illæsus in terram deiecisset; ecce tibi ferrum ex omnium oculis fugit: sed eo fermè anno exacto, quum quidam alius qui incendij conscius erat, silicibus viam publicam in oppido pauiret, ferrum in arenâ abditum prodit, manumque validè amburit. mirantur omnes, & vomerem illũ recognoscunt, & reũ ad iudicem abripiunt; qui quæstione admotâ verum exsculpsit, & cruribus fractis noxiæ rotæ imposuit ρ. An ergo nunquam hoc iudicium fefellit? fæpiùs puto, licet exempla nõ habeam ad manum. aliud ergo adscribam ex eâdem è quâ pleraque reliqua, admirandorum fæcundâ Cranzij vrnâ; de Rollone Normannorũ duce, qui Robertus postea vocatus. Nouerat suos in latrocinia, furta, rapinasque propendere: idcircò seueras de his leges tulit; quarum metu pollicens sibi securitatem omnium, iussit rusticos intrepidè rusticani operis instrumenta in agris relinquere. Quidam ex agricolis domum reuersus, ab importunâ vxore rogatus, cur instrumenta non apportaret? ducis præceptum obiecit. At illa furtim ex agro instrumenta subduxit, & abscondit, vt maritum redderet cautiorem. reuersus vir in agrum, vbi non reperit, quæ reliquerat, rem ad loci præfectũ defert: ille ad Ducem, vocatus à Duce rusticus, precũ accepit amissorum. Iubetur præfectus ignis purgatione adhibitâ furem explorare. Primus conatus irritus fuit, nam ignis furem non prodidit, licet omnes rustici subissent scrutinium. Tum Dux, versus ad Episcopum; Deus, inquit, Christianorum, si est conscius secretorum, cur furem non prodit? Episcopus

o Paulus Æmyl. Annal. Francor. lib. 3.

π Alb. Cranzius lib. 7. Metropol. c. 14.

ρ Cranzius lib. 8. Vandal. cap. 30.

nondum benè firmatũ in religione non corripuit: sed causam prætendit, quia ignis nondum furem attigisset. Iubetur diligentius inquirere præfectus etiam apud vicinas villas. Vbi sic quisquã repertus est. Vocatus à Duce rusticus, an cui indicarit, rem in agro esse, rogatur: ille nemini, præterquam vxori dixisse respondit. Vxor quæstionibus admota furtum fatetur. Tum dux marito clam vocato, Sciebas inquit, vxorem furem esse, an non? Ille, sciebam inquit. Cui Dux, cur ergò non puniuisti, aut nõ indicasti? Ergo iussit ambos suspẽdio necari. Et hac seueritate legem sanxit σ.] Memoriæ etiam securitati factum Catholici Hispani Arianum Gothum temptare Leouigildi ad probationem ignis prouocantis, cùm enim verbis & rationibus nihil proficeret. Est, inquit, digito meo annulus aureus: ego eum in ignem iacio, tu candentẽ colligе. Proiectumque inter prunas annulum ita igniri perspicuum, vt eis similis cerneretur. Conuersusque ad hæreticum, si vera est prosecutio tua, sume eum ab igne. Illo autem recusante, ait, Immensa Trinitas Deus, si quid indignum te creatore offende: certè si recta est fides mea, nihil mihi prevalebũt hæc incendia sæua. Et ablatum ab igne annulũ, diutissimè palpitantem sustinuit, & nihil est nocitus.] Hæc Gregorius *lib. de gloria confessor. c. 14.* verbotenùs. Sed hîc contestatio fidei sincerè fuit, non iudiciaria inquisitio. Verum enimuerò nõ immemor hæc expurgatio semper bonorum & Deum timentiũ calumnias punxit. Legimus enim de Roberto Cantuariensi Episcopo, cùm Regi Edouardo persuasisset, vt Emmam matrẽ adigeret, ob suspicionem stupri cũ Aduino Vintonienſi Episcopo cõmissi, ad hunc se modũ expurgare, & ea igne maneret illæsa, timore correptum in continentem ex Angliâ fugisse, ibique animi mærore breui contabuisse τ.

Non dissimile fuit iudicium per prunas; quas vel in sinum coniiciebant, vel manu ferebant, vel calcabant. De monacho quodam, qui vt meretricem Porphyriã seruaret, & monasterio alienũ commendaret, nihil veritus fuit eam secum abducere, & propterea in omnium irrisionem, & execrationem incidit,

σ lib. 2. Norveg. c. 27.

τ Polyd. Virgil. lib. 8. Histor. Angli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quas; cum meretrice consuesceret; narrat Leontius υ, eum cum ægrotasset, & mortem præsentiret propinquantem, coram plurimis iussisse adferri thuribulum plenum candentibus carbonibus, & eos accepisse carbones, & infudisse in sinum, & omnibus audientibus dixisse; Benedictus Dominus, qui olim rubum seruauit incombustum; is mihi fuerit testis hodie; quod quomodo meas vestes non attigit hæc, quæ est igne vrendi vis, ita nec ego attigi mulierem toto tempore vitæ meæ. &c.] Iudicium idem in Galliâ subiuit B. Briccius D. Martini in Turonensi sede successor. Hunc enim populus reum peragebat stupri cum muliere religiosæ professionis commissi, quæ linteamina Episcopi lauare solita, ex aliquo improbo pepererat. Briccius iussit ipsum infantem nondum menstruum in medium adferri: & coram populo interrogauit, num ipse pater eius foret? respondit infans, eum non esse, sed alium quem non nominauit. Fiebat id virtute diuinâ, sed plebs dæmonis operæ adscribebat. Prunis itaque candentibus birrum implet Briccius, & totâ defert vrbe illæsus: sic se libidinis carnalis flagitio alienum professus, quem admodum flammis vestimentum intactum. Nec tamen furentibus persuasit: sed ab Episcopatu fuit deturbatus φ. Haraldus etiam Hybernus, se Magni Regis Noruegiæ, qui Hyberniam bello vexauerat, filium probauit incedens nudis pedibus super ardentes prunas χ. Nec humano in corpore tantum hæc exploratio obtinuit; sed alijs quoque in rebus. Nam Eulalium monachum fiscella palmea in ignem iniecta, & illæsa permanens, suspicione criminis absoluit ψ. Rossis verò fidei Catholicæ veritatem missus ad eos à Basilio Imp. Episcopus persuasit; cùm ipsis postulantibus, liber Euangeliorum in camino ardentem missus, & per multas horas ibi relictus, tandem igne exstincto integer, nec vllo affiatus ardore fuisset vestitus pertus ω. De Missâ D. Isidori, siue, vt vocant Mozarabum, memorant non dissimilia Toletani Annales α. Qua de re ita Ioann. Mariana; Communi consensu de Gothicâ precum ratione antiquandâ actum. Tentatum id quidem aliquoties

υ *in Vitâ B. Ioã. Eleemosynarij mense Ian.*

φ *Greg. Turon. li. 2. hist. c. 1. Sabellic. exempl. lib. 10. c. 2. Fulgo. & Marulus & alij.*

χ *Saxo. lib. Dani. hist. 13. Cranzius lib. 5. Norueg. cap. 6.*

ψ *Marulus lib. 1. exempl. cap. 4.*

ω *Zonaras tomo. 3. & Cedrenus.*

α *vide Villegam in disp. hac de re post Hispanicas eius Sanctorum vitas.*

bies erat, neque tamen successerat, *& post nonnulla.* Visum est controuersiam ignis iudicio permittere: sic eius sæculi mores erant, rudes & agrestes, neque satis expensi ad Christianæ pietatis regulam. rogo in plateâ accenso, liber vterque Romanus & Gothicus in ignem proiecti. Et Romanus quidem continuò ex igne prosilijt. id populus victoriam interpretabatur: nam liber alter sub flammis & igne diu permanens illæsus inuentus est. Rege arbitro, nihilominùs populo placitum, vtramque precandi rationem superis placere: quippe vterque liber ex incendio euasisset incolumis &c.]

Ioan. Mariana lib. 7. cap. 18. de reb. Hispan.

β Qui pyram ingressi probandæ innocentiæ causâ, multos annos. Nam & Sophocles, vt dixi, agnoscit morem. Petrus Mascliensis presbyter, suspectus de hæresi, Antiochiæ ipso die Parasceues, Sacrosanctam Christi Domini lanceam manu gestans, nudus corpore, per coaceruatorum latè lignorum rogum ardentem, medioque ignes illæsus euasit. β] Poppo Treuirensis presbyter, in fidei Christianæ probationem, vestem picem copiosâ illeuit; eamque indutus, in medio populi rogo, sese in flammam intulit, & perstitit sine vllo doloris sensu (quod sanctè affirmabat) donec vestis tota corpori circumfusa, intacta flammis cute, in fauillas redigeretur γ. eo prodigij miraculo Dani δ duelli purgatione sublatâ, ignis ordalium introduxerunt. fortassis etiam eos mouit iteratæ eiusdem Popponis factum. nam alio tempore, cùm veritatis diuinæ persuadendis vt Christiani seriò fierent, non satis haberent efficacitatis, percunctatus est; Quid si ad candentis ferri tactum manus eius cernerent intactas, essentne conuersuri, creditурique? cunctis succlamantibus, Velle: in chirothecæ formam iussit ferrum cudi, idque ignitum adferri. Labebat igne ferrum: ille tamen intrepidus manum immisit sinum, deportauitque ad locum constitutum. Ibi cùm pedes Regis Suenonis proiecisset, victa manus dedit contactu, sponte subiens lauacrum regenerationis ε.] A Theodoro Lectore ζ historia refertur huiusmodi: tempore Martiani duos

β *Paul. Æmyl. Histo. Franc. lib. 4.*

γ *Crantzius lib. 3 metrop. cap. 43.*

δ *Saxo Hist. Danor. li. 10.*

ε *Saxo d. lib. 10. Vvitichindus lib. 3. Cranzius lib. 4. Daniæ ca. 24.*

ζ *lib. 2. Collectan.*

duos Episcopos, vnum Catholicum, alterum Arianum, principiò verbis disputasse de fidei dogmate controuerso: deinde Catholicum, conditionem concertatori proposuisse, vt vanis disceptationibus prætermissis, rogum ignis secum ingrederetur, & fidei suæ veritatem vterque hoc indicio, Deo comprobaret teste: denique Arianum detrectasse ingredi, Orthodoxum nihil moratum, ingressumque ex ipso rogo multis diserui sse, & nec minimùm vstulatum egressum fuisse. Vera narratio: sed res non sub Martiano, verùm sub Anastasio accidit, vt melius à Cedreno & Nicephoro *lib. 15. cap. 23.* prodi-tum. Iactabat Sauanarola se hoc iudicium subiturum; eum ad rem ventum, substituit alium pro se: neque hoc detrectabat Minorita accusator; sed hoc tantum, ne ille Sacrosanctam secum Eucharistiam deferret: quod reuerâ diffidentiæ non obscurum erat signum [a]. Fulgosus auctor est à Ioanne Gualberto Petrum Archiepiscopum Florentinum, prouocationem ad iudicium pyræ accensæ, Simoniæ condemnatum [b]. Sed verius est id à Petro Albanensi Episcopo factum; qui propterea *Igneus* fuit vocatus, teste Vrspergensi *in Chronic.* prius tamen quàm ille Episcopus adhuc crearetur. rem totam adfuisse bam, ex vitâ ipsius Gualberti, vt creditur à Blasio Melanesio fide integerrimâ conscriptâ. is postquam narrauit sæpè à Ioannis Gualberti monachis Petrum illum Flor. accusatum simoniæ, & eius fautores ad ignis iudicium prouocatos, subdit tandem; Præfigitur itaque locus & dies quo istud fieri debeat, vt si qui velint, possint coram intueri. Locus præfixus est in Monasterio Septimi, quod tunc erat ordinis memorati, nunc vero Cistercien sium est. Dies fuit quarta feriæ primæ hebdomadæ Quadragesimæ. Modus probationis fuit eiusmodi, vt in loco publico duæ lignorum strues iuxta se fierent quæ obtinerent in longum decem pedes, in latum quinque, in sublime quatuor & dimidium. inter vtrasque verò strues esset ita interesset longitudine brachij prunis ardentibus constrata, per quam vnus ex monachis transiret. Vbi aduenit statutus dies & hora, inuitatur Episcopus Petrus à suis, vt accedat

[a] *conferea quæ scripsit Guicciardin. lib. 3. & Volaterran. in Anthrop. cũ ijs quæ Phil. Comin. eus li. 8. Hist. cap. 19. qui tempore illo vixit.*

[b] *lib. 8. cap. 1.*

ter visurus tantæ rei experimentum, ne ciuitas Florentina etiam diuturnâ vexetur altercatione. At ille prorsùs renuit: » immò si qui charum eum haberent, eos eò accedere vetuit. » Sed plebs omnis vtriusque sexus, & cleri maxima pars illuc » properarunt. Pollicentur fautores Episcopi, si ea probatio » suo potiatur effectu, vt quisquam è fratribus per ignem illæ- » sus transeat, se ipsis suffragaturos & ab Episcopo defecturos. » Itaque fiunt Litaniæ & aliæ preces à monachis, sacrificium » solenniter celebratur ab Abbate illius instituti, clericis & » monachis adiuuantibus. Vbi ventum est ad Agnus Dei, vnus » ex monachis fert aquam sacratam ad aspergendum, alius thu- » ribulum, thuris incendendi causâ, tertius faculas ad ligna in- » cendenda, quartus imaginem crucifixi. Inuocatur à cunctis » Dominus Iesvs Christus & Sanctissima mater eius pleno ore, » vt veritas declaretur. Sacrificio peracto, deponit casulam, » eamque manu gestat Abbas, qui sacrificauerat. Petrus is » quoque dicebatur. Litanijs absolutis, vnus ex Abbatibus eli- » gitur, qui clarâ voce populo exponat petitionis & sponsio- » nis conditionem. Deinde Abbas Petrus, cum cruce quam ma- » nibus gestabat, S. Iohanne interim corã adstante & orante, ingre- » ditur per medios ignium globos, flammâ in sublime ascendẽ- » te, calcatque ardentes prunas, quæ erant in via inter ligno- » rum incensas strues. Sed priùs quàm ingrederetur cunctis au- » dientibus, ita precatus est: Domine Iesv lux verâ omniũ in » tuorum, vt si Petrus Ticinensis, qui dicitur Florentinus Epis- » copus, pecunia Florentinam sedem occupauit, tu æterni pa- » ter filius, tu mea salus, in hoc tremendo iudicio, ad me adiu- » torium festines, & me illæsum sine vllis adustionis vestigijs » conserues: sicut olim tres pueros in fornace Babylonica ser- » uasti. His dictis, per medios penetrat ignes, neque corpori, » neque vestimentis vllo adustionis vestigio inhærente. Cum- » que vellet vertere sese, & eadem via per flammas reuerti, à » populo retineretur, quippe iam perspicuè rei veritatẽ edocto.] » Vale mihi sis Lector, quam admirandus Deus in sanctis suis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quomodo diuina sapientia varios ac multiplices quasi ludos edat, vt admirationem ac venerationem in cordibus nostris excitet. Volat ferrum & in aëre pendet sequiturque manus innocentis vnius; fugit alium, & candentiâ seruata multis post mensibus inuenit reum ac punit. Popponi rotheca est ferrea ignita, quod foret ex leni corio suauibus imbuta pigmentis: circa corpus positas eidem adurit vestes, corpore illæso, edax vis flammæ; sed in Abbatem Petrũ (qui postea Episcopus Albanensis) vt simonia detegatur, ne hoc quidem valet; sed Babylonium renouat spectaculum. Confer nunc hæc, cum ijs quæ hæreticis accidêre. Tam procul ab eis hæc Dei virtus, quàm remota ab eorum mente vera fides. Duas historias narrat Cæsarius Cistercienſ. ¹ In Cameraco (inquit) ciuitate Episcopali infra hoc quinquennium, plures hæretici comprehensi sunt, qui omnes timore mortis, suam perfidiam negauerunt. Missus est ab Episcopo clericus, qui negantes per candens ferrum examinaret, aductos hæreticos esse sententiaret. Examinati sunt omnes, & combusti sunt omnes: qui cùm traherentur ad pœnam, vnus ex eis vir nobilis sanguine, reseruatur à clerico ad vitam, si fortè illum quoquo modo reducere posset ad pœnitentiam, cui sic dixit: Homo nobilis es, misereor tui, & compatior animæ tuæ: rogo & moneo vt adhuc de tantâ perfidiâ resipiscas, & de errore ad veritatem redeas; ne, per mortem temporalem, mortem incurras æternam. Ad hæc ille respondit: Experimento didici me errasse. Si sera pœnitentia mihi prodesse posset, non renuerem confiteri. Cui cùm ille diceret, pœnitentiam veram nunquam esse seram; vocauit Sacerdotem, confessus est homo errorem suum, ex toto corde Deo promittens, si vita concederetur, satisfactionem. Vt autem pius Dominus vim ostenderet confessionis; mox, vt pœnitens cæpit peccata sua confiteri, cæpit & ipsa combustura in manu pœnitentis paulatim minui; quæ in tantum, eo aspiciente, decreuit, in quantum confessio profecit. Medietate confessionis peractâ media pars plagę est sanata: vt autem confessionem totam com-

¹ lib. 3. mirac. cap. 16. & 17.

pleuit;

uit, & virtus ipsa confessionis, combusturam tam in colo-
, quam in dolore deleuit, & manus pristinam sanitatem re-
pit. Vocatus est vir à iudice ad ignem: ad quem clericus,
Quare eum vocatis? Vt ardeat, inquit, eò quòd in examina-
one combustus sit. Tunc clericus, ostendens manum eius
nissimam, liberauit eum à pœnis, ceteris igne consumptis.
Hæc cum audisset magister Conradus respondit Abbati. Et
go dicam vobis simile, quod ante paucos annos apud Ar-
, scilicet Argentinâ, quæ & Strasburg, comprehensi sunt;
qui cùm negarent, per iudicium candentis ferri conuicti, sen-
tiâ incendij sunt damnati. Die statuto, cùm ducerentur
ignem, quidam ex comitantibus; vni illorum dicebat; Mi-
damnatus es, age vel nunc pœnitentiam, peccata tua con-
fitendo, ne post incendia corporis, quæ momentanea sunt,
nam tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui
ille diceret; considero quidem me errasse, sed timeo pœ-
tentiam tantæ necessitatis, minus acceptam esse Deo: Res-
pondit, ex corde tantum confitere. Deus est misericors & pœ-
entem suscipiet. Mira res. mox enim, vt homo confessus
perfidiam, manus eius plenam recepit sanitatem. Tardan-
in confessione, cùm à iudice vocaretur ad pœnam, con-
ior eius iudici respondit, Non iustum est vt homo inno-
damnetur iniustè. In cuius manu dum nullum vestigium
nfessionis reperiretur, dimissus est. Habebat idem homo
xorem non longè à ciuitate manentem, horum quæ dicta
sunt, prorsùs ignaram, ad quam cùm venisset gaudens, dixis-
que; Benedictus Deus, qui me liberauit hodie, ab interitu
corporis & animæ, causam ei exponens: respondit illa; Quid
stulti ô miserrime? quid egisti? vt quid propter momenta-
nem dolorem recessisti à fide tuâ sanâ & sanctâ? magis de-
berat, si fieri posset, centies corpus tuum incendijs subijcere,
quàm à tam probatâ fide semel recedere. Sed, quem non se-
ducat vox serpentina? Immemor ille beneficij sibi diuinitùs
collati, immemor tam euidentis miraculi, consilio vxoris ac-

 quieuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quieuit & errorem priſtinũ reſumſit. Deus verò nõ immemor vindictæ, pro tantâ ingratitudine, manum plagauit vtriulque. Renouatum eſt incendium in manu hæretici, & quia comux auctrix exſtitit reſumpti erroris, conſors facta eſt rediuiui doloris. Tam vehemens erat incendium, vt oſſa manuum penetraret, & cùm vti non auderent clamoribus in villâ, quos extorſit doloris, fugerunt in nemus vicinum, illic vt lupi vlulantes. Quid verbis immorer? proditi ſunt, in ciuitatem reducti ſunt, ſimulque in ignem nondum plenè exſtinctũ miſſi, & in cinerem redacti.] Quid hoc quæſo rei? an hæreſi flãma, quod vmbra corporis adeóne hæreſi debita flammarũ exuſtio, vt cũ fugâ erroris vis recedat ardoris; & errorem redeũtem ardor inſeparabilis comitetur? Miraculi igitur plena hæc olim purgatio fuit; & ideò non iniuriâ ſublata fuit, quia miracula poſcere non neceſſaria, Deum eſt tentare. Sed quis vetuiſſe conſtat vetuiſſe Fridericum. 2. *lib. 2. Neapolit. conſtit. cap. 31.*

κ *c. Memnan 2. q. 5.* Ex Decreto etiam Gratiani κ, videatur Gregorius Magnus. Caue fallaris. facinus hoc Gratiani eſt, vel inſcitia ſcriptorum. Nihil tale Gregorius reſcripſit. lege totam illam epiſtolam ad Brunichildam Reginam Frãciæ, quæ ſupereſt λ, vidis purpureæ chlamydi aſſutum ſtramineũ limbum; quẽ nec Iuo Carnotenſis agnouit μ, nec antiquior Gratiano, quod ſciam. Sed prohibuit Stephanus V. ad Mogunrinum Archiepiſcopum ſcribens; Ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri à quolibet, facti non conſent canones. Et quod Sanctorum patrum documento ſanctum non eſt, ſuperſtitioſâ adinuentione non eſt præſumendũ. Spontaneâ enim confeſſione vel teſtium approbatione, publica delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta verò & incognita, ſunt illi relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorũ hominũ ν.] Quibus verbis ſubdit Gratianus, non hæc duo tantum purgationis genera quæ hîc nominantur, ſed & quælibet ſimilia inhibita videri, eò quod in quibuſlibet talibus ratio quã Pontifex addidit æquè procedere intelligatur. Quod aperte dictũ *ver. Vlt. d.* *c. Mem-*

λ *lib. 11. regiſtri, epiſt. 8.* μ *p. 5 decreti poſt medium.*

ν *c. conſuluiſti 2. q. 5.* ξ *cap. in libro nam. que in fine 2. q. 4.*

Clemẽ, vbi legimus, Vulgarẽ denique ac nullâ canonicâ ſanctione fulcitam legẽ, feruentis ſcilicet aquæ, ſiue frigidę, ignipedę ferri contactũ, aut cuiuſlibet popularis inuẽtionis (quia ſolicitante hæc ſunt omnino facta inuidiâ) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare, imò Apoſtolicâ auctoritate prohibemns firmiſſime.] Quæ ſanè vltima verba indicant duorum alterũ; vel ſi Gregorius iſta ſcripſit, quod non ipſius hodie regiſtrũ mutilum exſtare, & Iuonẽ quoque in regiſtrũ exemplar incidiſſe, in quo nẽpe tam magna pars epiſtolæ illius deſideretur: vel (quod placet amplius) cũ hoc fragmentũ alterius Pontificis alicuius reſcripti portio eſſet, id Gratianum confudiſſe cum Gregorij verbis; vel temporũ iniuriâ duorum interijſſe, ſicque librarios de duobus vnũ feciſſe de Gratiani libro titulũ, quem huic præfixerat reſcripto ſecundum Cumanũ Epiſc. & ſubiungenda videntur in fine *c. ſuper eaſa, câd. 2. q. 5.* prohibitũ ergo hoc ab Alex. II. ſed & prohibitum quoque iterum Apoſtolicâ auctoritate ab Henrico I. qui diſertè teſtatur ferri candentis iudicium, penitùs eſſe ſacrilegium, vtpote in quo Deus tentari videtur: & mandat Tẽpoſtolicas Eccleſiaſticas cogi eo abſtinere ϖ. Fuſiùs hęc paullum proſequi viſum, quia poſtmodũ ſequenti ſectione ijs vtendum erit contra Nouicios quoſdam aquæ frigidæ defenſores.

ϖ *c. dilecti filij. de vulg. purgat.*

SECTIO IIII.

De purgatione vulgari per aquam.

Fiebat adhibita vel calida, vel frigida. de calidâ ſeu feruentis conſtat receptâ legibus Longobardorum, Saxonũ, Rhenſium, & Friſiorum α, & irrepſiſſe per malam imitationẽ gentis Zelotypiæ, quod Moſes introduxerat apud Iudæos β, ſed hæc feruẽs ſuaſu diaboli introducta, illud verò poculũ herbarum amaricantium à Deo fuit inſtitutum; qui ſolus occultas adis nouit, & iudicat, & nequit cum indicat ea mẽtiri, & veritatẽ ſic ſe indicaturum promiſit Moſi: qualis ſponſio, cùm

α *Lombard. lib. 1. tit. 10. Speculi Saxo. lib. 1. a. 39. Leges Friſonum tit. 3. & tit. 14. ca. nobilis 2 q. 4.*

β *Num. 5. cuius ritũ ex Hebræo contextu facilius colligas, quam ex Latino. videndi quoque Cyril. lib 4. de adorat. & Theodore in Num. q. 10. & Ioſeph. lib. 3. antiq. c. 19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aquæ iudicio nûlla habeatur, prauo more; & præpostera imitatione, per abusum, fuit introducta. Quare iure optimo canones eam sustulere γ nominatim. Superiore sectione de Carolo Caluo breuiter perstrinxi, vt hîc fusiùs & clarius narrarem verbis Caroli Sigonij & Aimoini δ; Ludouico Germaniæ rege Francofurti mortuo, Carolus Caluus Imperator & Franciæ rex, properè Aquas, Coloniamque contendit, vt Lotharingiam, quæ fratris & filij eius Lotharij fuerat, occuparet. Ludouicus tres filios reliquerat, Carolomanum, Ludouicum, & Carolum cognomine Crassum. Ex quibus Ludouicus, qui paterno funeri interfuerat, vbi patruum paternis regni fines ingressum castra ad Rhenum posuisse audiuit, ira incensus quod paternum regnum inuadere esset ausus, Francofordiâ copias mouit, atque ad alteram Rheni ripam è regione consedit. Ibi iure primùm, deinde gratiâ per legatos petitâ, cùm neutrum impetrasset: decem homines cum aquæ calidâ, totidemque cum frigidâ, decemque alios cum ferro candente misit, iussos experiri iudicio, vtri regnum illud concederet, quod cum ipso pater suus Ludouicus sacramento interposito diuisisset. Qui re tentatâ, cùm detrimentum nullum cepissent, nihil tamen æqui obtinuerunt. Ob id Ludouicus &c. Sed quomodo tentarunt; sanè iniectâ manu in feruentem, & non adustâ. docet ritualis adhiberi solita oratio huiusmodi ε, Deus iudex iustus, fortis, & patiens, qui es auctor & amator iustitiæ, qui iudicas æquitatem; iudica Domine, quod iustum est. quia recta tua iudicia sunt, qui respicis super terram, & facis eam tremere. Tu Domine omnipotens, qui per aduentum filij tui Domini nostri Iesv Christi mundum tuasti, & per eius passionem genus humanum redemisti: tu hanc aquam per ignem feruentem sanctifica; qui tres pueros, id est Sidrach, Misach, & Abdenago, iussione Regis Babylonis missos in caminum ignis, seruasti: tu clementissime præsta, vt si quis innocens in hanc aquam feruentem manum mittat; sicut tres pueros supradictos de camino ignis eripuisti, & Susannam de falso crimine liberasti: ita Domine manum illius

γ d. c. Mennam in fi. & d. cap. consuluisti.

δ Aimoinus lib. 5. Histo. Franc. c. 34. & Sigonius lib. 5. Regni Italiæ.

ε Annales Boior. lib. 4.

illius saluam, & illæsam perducas. At si quis culpabilis, vel instigante Diabolo cor induratum, præsumpserit manum mittere; tua iustissima pietas hoc declarare dignetur, vt in eius corpore, tuâ virtute manifestetur, & anima illius per pænitentiam saluetur.] Non igitur ore bibebant, sed manum immittebant. Docet hoc etiam historia quam narrat Gregorius Turonens. de diacono Catholico cum presbytero Ariano disputante, & ad fidei veritatem comprobandum sic prouocante, vt factis rei veritas approbetur. succendatur igni aëneus, & feruenti aquâ annulus alicuius proijciatur, qui verò eum extulerit ex vndâ feruenti, ille iustitiam consequi comprobetur.] conditionem hæreticus accipit. Interea diaconus, diffidentiâ quadam tentatus, vnguentis quibusdam brachium eorumque illiuit. hæreticus negat periculum subire: cum catholicus brachium exsereret, hæreticus vidit vnguentis delitescentem, exclamat aduersarium magicis præsidijs confidere, non fidei. oritur altercatio. His itaque litigantibus superuenit quidam alius ab vrbe Rauennâ, Hyacinthus nomine, sciscitansque quæ esset hæc altercatio; vt veritatem cognouit, nec immorabatur extracto è vestimentis brachio, in æneum dexteram mittit: annulus autem qui eiectus fuerat, erat valde leuis ac tenuis, nec minus ferebatur ab vndâ, quàm vento ferri possent palea. Quem diu multumque quæsitum infra vnius palmi spacium reperit. accendebatur interea vehementer fortis sub dolio, quo validius feruens, non facile posset assequi annulus à manu quærentis: extractusque tandem. Nihil diaconus sensit in carne suâ: sed potiùs protestatur in imo esse eundem æneum, in summitate verò calorem teporis modici continentem. Quod cernens hæreticus valdè confusus injicit manum audax in æneo, dicens; Præstabit mihi hæc fides mea. Lotaque manu protinùs vsque ad ossium internodia omnis caro liquefacta defluxit. & sic altercatio finem accepit.] Hæc Greg. lib. 1. de glor. mar. cap. 81.

Quoad frigidam puto illam eodem modo in vsu probationis verisimam; videlicet Deus, vt in feruenti innocentis manum

serubaat

seruabat ab adustione innoxiam, ignis actione prohibitâ; sic in frigidâ nocentis manum amburebat, contrariam aquæ Q. actionem tribuens, frigiditate naturali in supranaturalem ardorem commutatâ. Ad hanc me coniecturam ducit scriptor vitæ S. Gangulphi Martyris, per hæc verba; Interim ad quendam veniunt fontem (*Gangulfus videlicet vxorque*) vbi libidinosis vxorem vocibus compellat. Multa quidem de re coniux pudenda, sim feruntur fæda & indigna natalibus tuis, & adhuc nihilominus quidem certò non constat, verénne an falsò illa dicantur. Tum illa, etiam intrepidè iurando, falsos de se rumores spargens, ait, nec se vnquam alieno concubitu pollutam. At Gangulphus; diuina, inquit, prouidentia, quam nihil fugit, vt se res habeat, iam certis declarabit indicijs. En fons hic propositus est, nec frigidus valdè, nec immodicè calidus. In hunc igitur immitte manum, & è fundo lapillum extrahe; & si quidem culpâ es aliena, nihil mali patieris; sin autem polluta es, non finet Deus latere scelus tuum. Illa Beati viri, sicut alios omnes, ita hos quoque sermones vecordiæ ascribens, incunctanter manum iniecit in fontem. Ecce autem, simulatque lapillum cum se retrahere conata est, membris ferè omnibus obrigescit, & in digitis & brachio, quousque aqua pertigit, adstracta cute, nuda caro cernitur, nihilque aliud misera illa nisi repentinum interitum exspectat ζ.] confirmat idem Sigebertus, & significat hunc illum fuisse fontem, quem miraculosè ex Campania Warenas Gangulphus transtulerat, conuictam adulterij vxorem deseruit: nec diu post vxoris hominatu ab adultero fuit necatus. Non igitur hac purgatione spectabatur, an aquis mergerentur: confirmat, quod retuli de legatis Ludouici Regis; quo enim pacto decem viri secum aquam tulissent, in quam toti mergerentur? missos tamen cum frigida, narrat Aimoinus. Sic capio quod leges Alsaticæ habebant, vt plebeij & minoris testimonij rustici, aquæ frigidæ te indicio expurgarent ».

ζ *apud Surium XI. Maij.*

n Rhen. Germ. lib. 2.

Alia tamen quoque fuit aquæ frigidæ proba, qua quis in aquam totus mergebatur: si emergeret tertiò, vt innocentem absol-

soluebant, vt docet Abbas *in c. licet in fin. X. ne cler. vel monach.* &c. & Afflictus *ad Constitut. Regni Neapolitan. lib. 2. tit. 31.* eam consuetudinem meritò Frideric. 2. Imp. ridet, quam etiam Lotharius Imp. iam antè prohibuerat in Legibus Longobard §. statuens, vt examen aquę frigidæ per legatos & cõmissarios imperij vbique interdicatur omnibus, & vltra non fiat. Prohibuit etiam Pontifex, quisquis ille, apud Gratianum *loco citato*: & inualidam iudicauit Lucius his verbis; « Earum intelleximus continentiâ litterarum, quod cum « presbyterũ; quia infamabatur de homicidio; à sacerdotali « officio suspendisses, prædecessoris tui litteras tulit in medium, « quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ, suam innocentiam purgauisse, & episcopum suis eum litteris absoluisse. « Quia verò peregrina iudicia sunt inhibita, purgationem quam « præfert, sufficere non putantes; mandamus x &c.] admittendam accusationem de nouo, & præscribit purgationem Canonicam iuratoriam. Vocat autem *iudicium peregrinum*, quia alienum à canonibus & more iudiciorum ab Ecclesiâ recepto. Et quia solebat aqua huiusmodi per clericos benedici, ideò ad ipsam probationẽ hoc pacto tollendã; dum non inuenirentur clerici ad hoc munus; sanxit in conc. Generali Innocent. vt nullus clericus purgationi aquæ feruentis aut frigidæ, aut ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat λ. Hodie tamen in multis Germaniæ locis, maximè Westphaliæ circulo, vtuntur hac probâ, in maleficijs propagandis; quas enim famâ, vel aliarum depositione suspectas habent; eas statim absque vlteriore inquisitione captas, captasque extra vrbem deducunt; & in aquam frigidam proiiciunt, vt dextra manus sinistro pedi, sinistra verò dextro pedi sit alligata; & si supernatant, veneficas vehementer suspicantur, & idcirco duriori subijciunt quæstioni: sin submergantur, innocentes esse credunt. De hoc genere purgationis seu potius probę, hactenùs inter Catholicos, quibus illibata canonum auctoritas probè constitit, illicitum esse sed Nouatores, qui à Romanâ Ecclesiâ descierunt, mirè di-

i lib. 2. ti. 54.

k d. cap. Mansuram in fin.

x ca ex tuarum. de purgat. canon.

λ *c. sententiâ sanguinis ne cleri. vel monachi secul. &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

gladiati. Licitam esse mordicùs defendit, Arnold. Scribonius Philosophus Marpurgensis: illicitam contrà ostenderunt prolixè, non Wierus solum & Bodinus, sed insuper libellis ex professo, Ioannes Euuichius, Hermannus Neualdus, & Augustin. Lerchemerus; & ex I. C. Oldendorpius, Hotomanno Ioann. Borcholt, Venatorius & alij, quos citat & sequitur Godelmann, *lib.3. de Lamijs cap.4.* quos ego, vt eiusdem scitè homines, Scribonio obijcio, vt saltem intelligant Nouatores, hanc esse suorum communem opinionem, à quâ in iudicijs non tam temerè deberent recedere. Postea prodijt libellus cuiusdam Iureconsulti; qui ex Catholicis vnus & solus, hucusque (quod sciam) scriptis hunc iudicum abusum defendere conaretur. Res magni est momenti; & proindè diligenter, non obiter tractanda & disquirenda veritas, nō verborum cōpiâ, sed rationum momentis. sit ergo,

Excusus liber Coloniæ apud Gymnicum anno 1598. Defensio probę aquę frigidæ &c.

QVÆSTIO V.

De probâ (vt vocant) aquæ frigidæ, qua strigibus expediendis in Germaniâ quidam vtuntur.

SECTIO I.

Discutitur opinio & rationes Adolphi Scribonij.

VVIlh. Adolphus Scribonius, huius sententiæ, & praxis iudiciariæ acerrimus defensor, conatur eam stabilire rationibus partim physicis, partim hyperphysicis. Ad physicam enim pertinet, quod dicit de dæmonis leuitate, sagarum pondus super aquas sustinente: ad theologiam vero, quod de odio & antipathiâ aquæ ac sagarum. Sed vt hoc commodiùs intelligatur, accipite dicta illius, vt sunt à Ribechio α repræsentata; cui & alij ea referentes, hac in re, consentiunt β; non ea contraho etsi possim facilè, ne quis me calumniari suspicetur. Dicit ergo ille, hanc supernationem Sagarum prouenire ex Satanicâ leuitate, vt causâ efficiente. Satanam enim esse naturâ leuissimum, vtpote plus de aëre, quam de aquâ participantem. & ideò posse illas sustentare super aquis duobus modis, vel se supponendo sagis, & eas quasi dorso

α ca 4 à nu. 219.

β Godelm. d. c. 4. & Binsfeld de cōfess. malefic. p. 2. conc 7 dub. 1

dorso eleuando; vel etiam se ijs vniendo & toti illarum corpori occupatione & possessione quadam, infundendo; non quidem hypostaticâ vnione, aut mixtione physicâ intrinsecè coadunando; sed leuitate sibi connatâ illis quodammodo per præsentiam suam datâ & quasi communicatâ. cacodæmon ergo (inquit) substantialiter in sagis diffusus, eas retinet, quâtenus scilicet ad ipsum spiritum qui sine suâ essentiâ eas inhabitat, relatio quantum ad substantiam partium corporis sagarum. Leuitas ergo ea non est, quę à formâ corporis immediatè prouenit; sed aduentitia, externa, & aliunde accepta.] Hæc ille, vt obscurè, sic sanè mendosè. Obscurissimè: quia vel hoc tantum voluit, sagas à dæmone sustentari, prærogatiuâ leuitatis, quæ ex aëreâ naturâ in eo vim habet aquis emergendi; idque ingressio corpus dæmone, vt solet subingredi energumenen neque illas emergere more vtrium inflatorum: vel, si hoc non voluit, certè falsitatem sententiæ non intellectæ his volucris verborum perperàm coaggeratorum contexit & obscuuit. Mendosè verò, quia vterque modus ille supponit dæmonem aëreum habere corpus: quod alibi refutatum. igneū haberet, & sic ab aquâ exstingueretur, vel aquam excalefaceret, & ebullire cogeret; quæ ambo experientiæ & rectæ rationi repugnant.

Illa etiam secum pugnant, cacodæmonem substantialiter diffundi; &, spiritum sine suâ essentiâ eas inhabitare. Quis enim credat sagas omnes esse à dæmone possessas, vt fiant energumenæ, & vt fuere Gergezenorum spiritus? hoc ipsæ sagæ negant, & experientia refellit. Si obsidet, quomodo apparet foris illas accedens? an duobus tum est in domo, non credo. Deinde si hoc facit eius leuitas; cur ceteri energumeni non æquè leues, cur subsidunt in aquis? cur mersorum illi greges? quia noluit eos sustinere? iam ergo non leuitas illa naturæ dæmonis, sed voluntas hoc operatur. Hoc verum est. & eo redit res, cùm addit Scribonius; Satanam, vt Dei lictorem eas sustinere: & quia lictori nō licet præscriptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptum iudicis excedere, idcò fieri, vt nec sontes mergerẽ, nec insontes sustentare dæmon queat; ne insontes periclentur, euadant sontes impunitæ. Sed hoc iam ad hyperphysica refugium est, de quo statim. Contra illam leuitatem fortiter etiam vrget, quod grauitas & leuitas proprietates sunt rerum corporatarum: quare non magis conueniunt dæmoni, quàm animæ rationali. Sed audio, nescio quam spiritualem leuitatem. Si quia dæmon spirituali leuitate præditus est, hoc potest; certè & anima poterit, quæ ipsa quoque spiritualis tota est, & proinde leuis tota; & tota in toto corpore, & in singulis corporis partibus substantialiterque diffusa, non inhabitat modò, sed informat etiam. Hoc verò non posse animam norunt, qui natare non norunt, & aquas aliquando ingressi. Si animæ leuitas hoc non potest; ratio clamat nec dæmonem corpus ingressũ posse, ratione suę leuitatis. si sustinet, sustinere; quia corporeâ illâ mole potentior, eam loco potest mouere, vt doctus libro secundo.

Confugit tandem Scribonius ad Dei voluntatem & prædestinationem: Quid, si, *inquit*, dicerẽ Deum ipsum sagarũ, quæ scilicet verè reas nouit, corpora singulari quadam & speciali leuitate induere, quâ in superficie aquarum ferantur? inde certè non sequeretur, Deum ab operibus creationis non cessasse. Ita enim prædisponere potuit, vt si quæ sagæ futuræ sint, speciali quodam modo in aquis nequaquam submergi debeant. Vtrum verò hoc omnipotentię diuinæ contrarium esse dicetur? vtrum etiam voluntati, quia non expresè significatũ est in sacris litteris? minimè.] Nos vero illud faremur Deũ posse cùm lubet. dubitamus an vnquam libuerit. indicia nulla inuenimus, cur credamus voluisse? multa habemus argumenta, quæ noluisse, & nolle doceãt. ideo petimus probari, quã affirmãt, Dei voluntatem: & experientiam, quã adducunt testẽ, vt fallacem non semel, mox refutabimus.

Addit, Aquam ipsam sagas in se ferre non posse, cur putas? quia (*inquit*) Deus opt. max. suo prudentissimo iustissimoque iudicio ab omnibus inde sęculis elementum aquę prędestinauit

salutari hominis lauacro, vt qui à peccatis abluendi essent, & Christi Ecclesiæ initiandi, huius Baptismate vterentur, & per hoc medium noui homines facti, quasi per ianuam in Christi regnum ingrederentur, qui priùs reiecti fueramus. Quandoquidem, inquã, Vatiniano quodam odio eas accusat, & reijcit; vt si maximè pro viribus tentent, non tamen submergere possint.] Ecce iã (lector) non à dæmone petitã causam effitetur, sed ab aquæ naturâ. Quia insitum illi odiũ in malefi- cas. insitum autem ab auctore naturæ; qui cũ aquas creabat, iã omnium cunctorum præscià statuerat aquas fore salutis nostræ instrumentum. itaque inseuit odium aquis, illarum quę salutis & suę & aliorum ostores, & vexatrices. Sic enim mox explicat. » Et quodnam (*ait*) est illud odium? aquę Deo placuerunt, qui- » bus surpatis peccata hominum ablueret, atque purgaret: in » Baptismate Christo Dei filio nomina nostra primùm damus, » in eius albo incorporamur, adeoque in ciuitatẽ Dei vt germa- » ni fines recipimur: ideoque omnes, qui salui modò fieri vo- » lumus, sacræ huic aquæ baptismali immergi, ac purgari oportet: » spreto isto diuino lauacro, toti Trinitati, Deo Patri, » & Spirituisancto, scientes volentes renunciant, & nihili » illi creatoris opera, nihili ordinationes, & creaturas facien- » tes peccatores, & apostatę omnium aliorum fiunt pessimę. » Quam autem hoc scelere in toto mundo nullum scelestius vn- » quam definiri aut reperiri possit, quid dubitem dicere? si sagę » aquis submerguntur aquis, id fieri ob peculiarem istam an- » tipathiam, videlicet quod elementum aquę nolit illas intra » elementum suum recipere, sed omnino respuat & omnibus modis » reijciat: hunc scilicet in finem, vt peccatrices eiusmodi mani- » festentur. Nam & creaturę inanimatę seruiunt prędicatio- » ni & gloriæ nominis diuini; vt scilicet *cæli*, ita quoque ele- » menta *enarrant gloriam Dei*, tum alias, tum in hoc; si pecca- » tum & iniustitia ab illis reuelata puniatur. Aqua in baptisma- » te est sacramentum, est signum, est sigillum initi inter Deum » & hominem baptizatum noui fœderis. Quid ni igitur eodem » modo, signum aut indicium esse possit, dissoluti illius, & fracti

iterum fœderis? Et hanc rationem siue causam facillimè di-
xerim esse verissimam: vt si aliæ nullæ admittendæ esse vi-
deantur, vna tamen hæc recipienda sit.] Hactenus ille; in cu-
ius verbis quædam sunt verissima, sed non aptè allata ad id
probandum, de quo ambigebatur. in quibus facilè agnosces
spiritum illum, qui scripturæ testimonijs gaudet abuti, & so-
per summâ vi adnisus, vt mendacio veritas ancilletur. Spe-
tuales illas aquæ prærogatiuas, regenerationis ratione illi ex-
petentes, agnoscimus Catholici. Sed quid si dicerẽ, cum Prin-
cipibus Nouatorum, quorum summam puto Marpurgi esse
auctoritatem; prærogatiuam hanc aquæ singularem non esse:
nonne corrueret huius antipathiæ fundamentum? Atecce,
Lutherus, cùm ab eo quæsitum fuisset: num, deficiente aquâ,
liceat baptizare in lacte, aut cereuisiâ? principio quidem, inopinatâ fortè perculsus interrogatione, hæsitans, dixit; id diui-
no iudicio committendum: recollecto post spiritu, & illo suo
afflatu entheo, subiunxit; quicquid balnei nomine nuncupa-
ti posset, id censendum minimè ineptam baptismi materiã.
Neque Martin. alter, Kemnitius ille, Leiseri oraculum, satis
certò credidit, num elementum hoc aquæ necessariam bap-
tismo materiam præberet: hoc enim si Christo Domino ab-
manti ♂, & Apostolis magistrum sequentibus ♀, credidisset,
nunquam quæstiones illas; an hic vel ille liquor, sit naturalis
& vera aqua otiosas vocasset ☾; cùm ijs, de necessitate aquæ
ad baptismum siue de necessariâ sacramenti huius materiâ,
inquiratur. Nec etiam Caluinus id credidit; qui apertissimam
Christi Domini locutionem *Ioann. 3.* allegorico sensu accep-
pit; &, per *aquam*, intelligi voluit, non elementum illud aquæ,
sed ipsum spiritum Sanctum, qui dicatur aqua, eo quòd ani-
mos nostros abluat: quia sine baptismo saluari hominem pu-
putauit; atque ita præiuit, clarumque signum Anabaptistis
sustulit ad gehennam. Sed nos hæc omnia Lutheri, Kemnitij,
Caluini deliria detestamur. viderit Scribonius tamen, quid
illis sit responsurus, si hæc sua dogmata torqueant, in imagi-
nariam antipathiæ chimæram. Habemus Catholici, Deo
laus;

7 *In colloqu. conuiuial. c. 17.*

A Ioan 3. v. 5.
♂ *Act. 8. v. 36. & Act. 10. vers. 47. Ephes. 5. v. 26.*
☾ *Exam. cõc. Trid. can. 2. sess. 7.*

habemus arietes fortiores ». Miramur interea, & Cal-
stophas, atque tropos: & Lutheri vecordiam iuxta ride-
as. vt enim de hoc nunc loquar; cùm & lacte, & iusculo car-
um siue herbarum, & vino, & similibus liquidis ablui possit
ari, negari non posset illa balnei vsum præbere posse; &,
quidque ad abstergendum aptius, hoc etiam efficaciorem
ssimo materiam præbiturum. an ergo id quod Hebræi vo-
quam pedum? pax auribus quæso & naribus sit, sordet
e. Luthero soli, eiusque delirium hoc proteruè tuen-
lauacrum, tale balneum contingat; sed eâ lege, vt, pro
ſtrigilleculâ, illi scopæ taxeæ, quibus strigmenta dera-
& amurca nitro condita, pro ceromate, adhibeantur.
stringatur toto enixè corpore, pumicetur, leuigetur.
illo mundius, nihil bellius, nihil Augiæ stabulis dig-
inuenietur.

» *vide infr. sect. 3.*

Quid ais Scriboni? Vatinianum aquæ in sagas odium est?
go aqua prædita ratione? ideò enim irasci belluas & o-
negant philosophi, quia ratione carent. Metaphoricum,
odium intelligo; & quale in plantis cernimus. Sed
talis in plantis amor, qui tamen in aquâ, & alijs elemen-
allus cernitur; nisi quædam ad locum suum, quoniam is
orum conseruationem putatur facere, propensio. Si sa-
dit aqua, ceteros amet. vnde hoc probabis? fateris video,
em hunc amorem non esse vllum; nec odium sanè: sed
naturalem hunc affectum esse. quæro, an eius sibi
elementum aquæ, an ignarum? non dices conscium.
enim absurdius? quia nec sensu quidem præditum, quã-
cognitione? & hoc necessarium foret, vt sagas à ce-
discerneret. Sed non discernit etiam, cùm & hæreticos
& hypocritas, sic D. Bernardi tempore expuerit. Eius
postea recitabo *ex serm. 66. in Cant.* Ignarum est ergo,
uetur à Deo. Nouóne motu, quoties saga aquis inij-
non hoc satis explicat: & videtur velle semper hoc ope-
decretum Dei, ab eo tempore quo Deus aquæ elemen-
creauit; & ex hoc Dei decreto semel sancito, vim hanc

aquas

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquas accepisse. sicut herbæ nimirum vim illam sibi similis per semen, producendi, lege illâ primitiuâ, qua iussæ Genes. 1. *Germinet herbam terra virentem & facientem semen &c.* Nihil dubito, si hanc legem Deus ab initio potuisset aquis, hanc illis in perpetuum vim competituram. Sed vt hoc credam à [illegible] factum, necesse sit alias adferri probationes, vel ex scripturis vel ecclesiasticâ traditione. in re tanti momenti solis niti coniecturis; hoc verò nec sobriæ, nec sanæ mentis est, vel saltem tiæ. Omnes nos salutari lauacro ablui necesse est, vt salui simus: quid tum? nemo hoc Catholicorum negat: negant nulli Nouatores. Huic sacro baptismati, totique sacratissimæ Trinitati sagæ renunciant: hoc quoque fatemur, & idcò certis supplicijs dignissimas, & scelus earum atrocissimum profitemur. quid inde consequitur? Odere idcircò illas aquæ & exspuunt onus molestum. credo, vt aquæ viuæ cadauera: sed fors hoc propter aquę & aëris copiam, quę in cadauera se insinuauit. Viua corpora mergerentur, non supernatarent. Verum audio hoc fieri, quia sagas aqua prodere maluit, quam celare crimen: & sic quasi pręconem agit. scio creaturas omnes laudare Deum, & gloriam Dei enarrare: sed hoc non faciunt, eo modo, quo Iosue iussit Achanum dare Deo gloriam, non quo Pharizæi id à cæco nato exigebant; sed suâ pulchritudine, ornatu, vtilitate, & efficacitate, quam ipsis Deus contribuit, opificis & creatoris sui bonitatem, sapientiam, diuitias & potentiam hominibus annunciant. Illa verò confessio & indicatio, & vt ita dicam præconium, siue mauis accusatio, quam confingit Scribonius, sacris litteris, concilijs, Patribus, & Ecclesiasticis monumentis noua est, & inaudita: quare nec verosimilis, nec credibilis, nec tuta. scilicet alia nobis media Deus non reliquit, ad explorandam veritatem. Signum est initi cum Deo fœderis? hoc scimus & credimus dicente Deo: signum vt credamus eandem esse fœderis violati, postulas? da simile testimonium, & credemus. Das nullum: non credimus istud, qui illud confitemur. Deinde non aqua quatenus est aqua, vt instrumento, neque vt sigillo, salutem tribuimus nostram; sed quatenus ad aquã accessit forma baptismalis. salubriter illa abluit, quando verbum accessit ad elementũ: tunc enim factum est Sacramentũ, quod nudũ priùs erat elementum. Tolle verbum: nec sacramentum, nec sigillũ significo. tunc dicam æquè laudem Dei & gloriã nobis annunciari per terram, per aërem, per ignem: & quæram cur non hęc omnia sagas prodant? cur illis aër spiritum non reddit difficilem, & lentâ prodit præfocatione? cur non subsidit terra, & malas haurit, vt sic prodantur? cur non aër illas solo allisos, & viciſſim resultu, vt pilas, terra in aërem repercutit? cur omnibus illis communem se cum ceteris præbet creaturis? Equidem si odio sunt vlli elemento, igni erunt odio. nam ignem hic præ ceteris elementis odere: & mutua solet esse antipathię [illegible]. Sunt & alia plura, de quibus sequenti Sectione.

SECTIO II.

Excussa sententia & rationes I. C. cuiusdam Catholici.

I. C. quem dicebam, & cuius parco nomini, primũ dictum Scribonij de Diabolo sagas sustentante reijcit; censet enim non hîc esse factum, nullum ministeriũ, neque operã vllam demonis; sed Dei omnipotentis solius, per suos ministeriales angelos bonos, id exsequentis α. Qua in re, quam minùs secure ingressus viam mox ostendetur: illud autem ab eo conditum additum his verbis β; licet sæpe holitor sit opportunior ad [illegible] ne scientiæ vel sensuum altitudine potiùs, quàm exactissimi Christianæque charitatis pondere hæc scripsisse videatur, totum dependere me à sanctę matris Ecclesię auctoritate [illegible] nihilque quod eidem in vllo aduersetur, determinatiùs, multò minus obstinatè, defendere velle.] Salutarem profectò clausulam exosculor, & hanc illi mentem gratulor; [illegible] futurum vt, cùm Ecclesię sententiã Canonibus prissimoque valenter expressam viderit; cùm rationum suarum & [illegible] imbecillitatem, & communis sententiæ vim, atque momenta

α *c. vlt. nu. 238.*

β *8. nu. 239.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

diligentiùs perpenderit, libraritque; ſeſe illi ſit adiuncturus. prudentis ſanè eſt, communem potiùs Theologorum & Iuriſconſultorum Catholicorum ſequi orbitam; quam recentium, & Nouatorum ratiunculas, primâ ſpecie fucum aliquem actominis præferentes, amplecti. Maiorque apud ſinceri iudicij homines auctoritas eſt, traditæ à ſummis Pontificibus praxi, & doctiſſimorum totius Europæ virorum ſcriptis confignatæ; quàm aliquot latrunculatorum, vulgi opinionem ſequentium periculoſæ experientiæ & vſurpationis. Ego nihil in hac tractatione ſcientiæ exquiſitioris vel ſenſuum altitudinis profiteor; ſed tamen ſtudium veritatis, & diligentiam, & lucem nonnullam, pro ingenij mei tarditate, & imperitiâ ſcribendi, ſpondeo. Spero concertatorem, vt vult alios ipſum ab omnibus fermè diſſentientem benignè ferre; non ægrè laturum, ſi ſoli ipſi non conſentiam, vt cum tot viris clariſſimis & doctiſſimis conſpirem & ſentiam.

In primis quod ſupponit pleroſque Iudices hac hodie vti probâ; id ſcio verum non eſſe; niſi fortaſſis de ſolâ loquatur Germaniâ. Nam in Italiâ, Hiſpaniâque (vbi illibata Canonum auctoritas) penitùs nulli eâ nunc vtuntur. In Francia & Belgio, vel nulli omnino; vel adeò pauci, vt eorum ratio habenda non ſit; ijque non niſi indoctiores, & rurales iudices. In ipſâ Germania, doctiores quique hunc vſum improbare cæperunt; & illi ipſi, qui nondum deſeruerunt, cum ſcrupulo & anxietate, metuque erroris id faciunt: vt patet ex epiſtolâ Weſtphalorum ad Godelmannum miſsâ, & eius operibus inſertâ. Plerique etiam, vt I. C. illi Germani quos citaui *q. 4. ſect. vlt.* teſtantur, iam paullatim in deſuetudinem multis in locis eam abire. Hoc ergo ſenſu vera eſt inſcriptio operis illius; *hac probâ pleroſque hodie iudices vti.* Hoc præmiſſo,

Sententia ſcriptoris illius (vt eam non minùs fidè, quàm compendiosè totam antè oculos proponam) in ſummâ hæc eſt; Quando indicia ſufficientia ad comprehenſionem adſunt, tunc comprehendi debere: (*quod certum eſt*) quando verò contra incarceratum vehementiores præſumtiones (etiam ſpecies

ſpecies facti) accederent, tales vt communiter ad torturam ſufficientes eſſe poſſent; tunc non eſſe confeſtim quæſtioni adiciendos, ſed ad firmius robur præcedentium indiciorum, probam hanc aquæ primitùs adhibendam; non ad reum per hanc conuincendum, ſed præparandam & muniendam torturæ viam, & momentum faciendum tantò confidentius γ.] γ *ſic illeua.* 14.
Conſidera (*lector*) iuxta hanc ſententiam duo. primùm conſtare auctorem, ad pœnam ſiue ſupplicium inferendum non eſſe adhibendam hanc probam; ſed tantum ad torturam. Deinde quoad torturam, eâ non vtendum iudicibus ad ſupplementum quando deſunt ſufficientia ordinario iure indicia; ſed tantum ad confortationem præcedentium indiciorum, alioqui ſatis validorum ad torturam; idque dumtaxat, vt [illegible] ſic confidentiùs poſſit ad torturam procedere. Ex quibus patet primò quam exigua ſit & quàm non neceſſaria ad iudiciariam inquiſitionem hæc proba. ſolum enim prodeſſet ad torturam, idque non niſi quando iam ad torturam ſunt indicia ſufficientia. ſi ſunt ſufficientia: iam non neceſſitatis res eſt, ſed abundantioris tantum cautelæ, & quaſi curioſitatis. Deinde, ſi certum à Deo miſſum ſignum eſt; cur non vt ad torturam, ſic etiam ad condemnationem quoque adhibeatur, eodem modo? v. g. vt confidentiùs iudex condemnet. Imò videretur eſſe neceſſitas huius probæ; quando teſtimonia manifeſta ſufficienter ſaga, torturam tolerantiâ elusit: quâ [illegible] quo probam aduerſarius requirit: adeo, vt niſi omni [illegible] prohibita hæc foret, tunc potiùs eâ vtendũ videretur.

Illud etiam non capio, quod ſubdant, pleraſque è leuioribus indicijs comprehenſas; vbi generali inquiſitione factâ, [illegible] quæ adminicularentur indicia ſuperuenirent, aut ante [illegible] poſt aquæ probam; purgatione canonicâ indictâ, ac eiuſdem [illegible] ſollemni præmiſsâ, per ipſos dimiſſas eſſe & reſtitutas. (*ſic dixeram num. 28.*) benè quod dimiſerint: non benè, quòd probam tunc inſtituerint. Nam ſi tantum erant indicia ad torturam ſufficientia; ius illis non erat, (ex ipſorummet ſententiâ) cogendi ad hanc probam: tunc enim dumtaxat aſſe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt probę huic eſſe locum, quando, ad priores illas pro captura, vehementiores aliæ præſumptiones accederent & inſurgerent, quæ communiter ad torturam ſufficerent (vt dictum ab ipſis *num.24.*) Deinde, ſi hæc legitima probæ ſpecies eſt; enim, vel mergebantur; vel nō. ſi mergebantur? cur vt innoxius non ſoluis? cur adigis ad vlteriora? nonne ſat expurgata, quæ Deo iudice expurgata? certè conditiō hæc vulgarium huiuſmodi purgationum ſemper fuit; vt quibus euentus ſuiſſet, ei ſe iudex fauitorem exhiberet; abſolueretque, quem vel aqua vel ignis abſoluiſſet. Si ſupernatabant: quid adhuc teſtimonijs egebatis? certè non niſi, quia probę veſtrę in omnem partem incertitudinem noueratis. non ergo hæc Dei miraculum eſt; ſi incerta, ſi dubia. Vos ipſi præiudicio veſtro cauſam præuaricamini.

a nu. 29. & 30. Sed addunt [a] experimenta innocentium quorumdā; quibus cùm vellent probare ſpontè ſuâ, mergebantur: ſicque falſi ſunt cognatos affineſque ſuos, quos videbant immerſabiles, verè culpæ reos eſſe; imò & ipſi ſe accuſatores ac vindices præbuerunt. Vnumque narrāt exemplum his verbis; E diuerſo contigit vetulam quandam ſtipite arundineo nixam (quæ antè complures annos maleficij, vnâ cū marito & ſorore, inſimulata & comprehenſa, his ſupplicio abſumptis: illam quod & leuiores tum contra ſe quàm contra ceteras præſumptiones militarent, pariterque grauida & partui proxima eſſet; in exilium fuerat relegata, vbi contra identidem geminatum ac ſub pœna Magiſtratus interdictum, prouinciæ ac habitatio ni ſuę ſe intuliſſet) comprehenſam, ac aquę ad ſubmergendum hoc anno 1594. adiudicatam, carnificique traditam, tantâ potentiâ aquis ſeſe ſępiùs, interdum & vſque ad humeros videndā extuliſſe, & quaſi ebullijſſe, & proſiluiſſe, vt demergente, & obtrudente eam ſępius conto carnifice, ſub aquis vix cōtineri potuerit: exſtititque tum multorum ſermo, ipſam niſi tantâ vehementiâ conto per carnificem fuiſſet depreſſa, ac in aquis detenta, facili & quidem celeriori negotio, quam homini

poſſi eſſet poſſibile, enataturam ac euaſuram fuiſſe.] Hanc ſcriptor, hoc indicio fretus [e], nihil dubitat maleficam & comburendam fuiſſe potiùs, quam ſubmergendam. Ego hîc rurſus hæreo. ſi comburenda: ergo vult indiciū ſufficere ad mortem, & contradicit ſuæ poſitioni; qua ad torturam dumtaxat eo venendum cenſuit [ζ]. Item, ſi conto eam ſub aquis carnifex [ζ] *nu.24.* potuit detinere & mergere: nō igitur Deus hoc per ſuos miniſtros, ſalutiferos angelos bonos exſequitur, & ſagas arcet ac repellit ſuis, vt poſtea dicet ipſe nu. 238. Nam quis hominum rogauerit angelorum? ſi angeli expellebant: qui fieri potuit, vt conto carnifex, angelis contranitentibus, eam potuerit ſubmergere, & aquis præfocare? Non igitur erat cur dubitaret, & tam multa ſcriptor ille meditaretur circa hanc facti ſpeciem [η]; ſed paucis poterat concludere. hic effectus à vi naturali non manat; nec à Deo manare putandus: non enim Dei [η] *nu. 31. 33. 34.* voluntas, & miniſtrorum eius efficacitas, in hac vnâ maleficâ cauſa foret, reſtat, vt vis enatandi extrinſeca ſit, & ab illo; qui hominum gaudet interitu ac deceptione; cuius tamen conatus omnes à miniſtris iuſtitiæ Deus, vt plurimum, patitur ſuſtinere. Video hîc dęmonem conantem pactis conuentis ſtare, fidem ſuam vndis expellentem: video vinci à conto carnificis: quid fieri poteſt? certè digitus Dei hîc eſt, carnifici victoriam conuentis, quia iudicium Dei exſequitur. Si hæc & conſimiliſſima meditatus fuiſſet: non confugiſſet ad illam regulam, quam putat difficultates omnes decidi & exhauriri [θ]. Iudicijs quæ ad torturam de iure ſufficiunt præcedenti- [θ] *nu. 35. cum ſeqq.*

bus poſſe in ſupplementum plenioris & legitimæ probationis, quæ probationem, ſine conſcientiæ læſione, ita facere, vt indicio, & ſtrictè lictori mandato, ſufficienti interuallo inter ſe vel ſubmerſione delatæ, ſufficienter poſſit.] addit & adhibere, & aliquanto laxius, ſaltem ad ſolius iudicis non carnificis arbitrium diſtinctum & temperatum: debereque iudicē diligilare, vt omnis fraus, colluſio, fucus, indiligentia, vel impli-

implicatio abſit. Cautela hæc bona eſt, ſi res ipſa licita foret. Solent enim omnes mergendi & natandi imperiti, ſed & periti, dum merguntur; antè quàm aquis præfocentur, aliquoties ſupra aquas capite, & interdum humeris efferri, conante quantum poteſt naturâ hominis conſeruationem. diligenter itaque videndum ne quid tale hîc eueniat, quod Magiæ adscribatur, vel miraculo. Ideò ſuſpicor addi ab auctore, iudicem omni curâ perſpicere debere, quid naturæ, quid miraculo indicio ſit tribuendum. Sed fruſtrà ſunt cautelæ omnes; nec vlla humana prudentia vnquam poterit ſanctum efficere, quod, quia illicitum eſt; vitandum erat. Neque nunc diſputamus, quid iudici faciendum vt hoc iudicium exerceat cautè & circumſpectè? ſed an vllo id ei modo liceat exercere?

Quod poſtea *nu. 38.* requirit, non accedere iudicem ad hoc experimentum, niſi vehementiſſima, & pluſquam ad torturam ſufficientia præceſſerint indicia: id pugnat cum ijs quæ *nu. 24. & nu. 35.* dixit, ſufficere præſumptiones vehementiores, quæ ad torturam communiter ſufficerent. ſi ſufficiunt, quæ ad torturam ſufficiunt; cur nunc requirit, pluſquam ſufficientia? ſi præceſſerunt pluſquam ſufficientia; quid hac opus probâ? ſicut enim ad condemnationem, vbi reus legitimè conuictus, vel, ipsâ facti notorietate, res luce meridianâ clarior eſt; hæc proba foret ſuperflua *1*. Sic etiam, ad torturam ſuperflua erit; quando ſufficientia ad eam habentur indicia. Nec enim ſuperfluæ inquiſitiones iudicibus permiſſæ ſunt, *vt docebitur lib ſequ.*

1 cap. 2. de probat.

Quod addit *nu. 39.* Diſcrimen eſſe inter maleficos & alios criminoſos: & in maleficis, propter difficultatem probandi, maiorem licentiam iudicibus concedi, vt ſcilicet hæc aquæ probatio admittatur; in criminibus ceteris non admittatur, ſed in ijs canonicæ & ordinariæ purgationes ſufficiant. item, peculiare eſſe hoc in maleficio, quod licet Panormitan. (quê DD. alij veteres ſunt ſecuti) cenſuerit in aquæ frigidæ purgatione ſupernatationem eſſe documentum innocentiæ: tamen in ſolo crimine maleficij contrarium notandum. id vt gratis dicitur,

dicitur, gratis poſſet negari, & ex dictis D. Bernard. *ſermon. 66. in Cant. in fin.* vbi idem hæreſi & hypocriſi tribuitur, falſum apparet. Nobis nunc tamen id eſt minimè negligendum. ex eo enim pellucere poteſt vanitas vel probæ, vel defenſionis eius. Etenim ſi hæc proba ad condemnationem inſtitueretur poſt torturam, aliquid fortè ad rem pertineret, quod de difficultate probationis in hoc crimine prætenditur. Nam difficultas tota, quæ in hoc crimine peculiaris dicitur, reis occurrit; inde naſcitur, quod ſagæ plerumque tormenta eludant, per ſomnum vel indolentiam: ante tormenta veró, ad indicia quæ pro tormentis ſufficiant, longè plura inueniuntur momenta contra ſagas, quam contra adulteros, vel nefandæ veneris reos. plures enim correi ſunt ſagarum, & hoc crimen non occultiùs admittitur, quàm iſta quæ dixi; in quibus vnicus dumtaxat eſt conſcius, & ſecreta thalami quæruntur, quodque dici ſolet, etiam ſoli & aſtris reliquis ea occuluntur. Cum itaque velit auctor hanc probam ad torturam dumtaxat admitti: non eſt, quod in hoc ſagarum crimine peculiare ius introducat. Ceterum quod à ceteris criminibus non modò hoc excipit, ſed etiam contrariam illi quandam ab extrinſeco conditionem appingit: ſcilicet etſi criminoſi alij iuſtè accuſati mergantur, tamen in hoc crimine ſagas mergi non poſſe. hoc enim ſi ratione criminis fieret; conſequeretur eas mergendas; quando de alio crimine (puta furti) accuſatæ, iuxta ritum illarum fierent: quæro igitur, mergentnr, necne? Si mergendas dicat; contrà, ſed illam quam narrauit *nu. 30.* patet, merſam non fuiſſe vi ponderis ſui, ſed violentiâ conti deprimentis: & tamen ſagam fuiſſe dixit, & damnatam dixit, quia exſilij mandatum bis infregerat, atque ita non propter maleficium. nec enim ratione maleficij ad aquas damnaſſent, vbi moris eſt ad regum mitti iuxta leges imperij. Si dicat non mergendas: eadem iam ſequitur, hanc ſupernatationem non eſſe introductam dumtaxat à Deo, ad dirigendum iudicem, in eius criminis iudicio, de quo diſceptatur. tũc enim non ageretur, nec

iudex

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudex inquireret, an esset rea maleficij, sed an esset rea furti, puta, vel adulterij. In quibus criminibus deciperetur tunc haec probâ iudex. Nam dum de furto quærit, si non mergitur (quia saga) certè absoluet eam quæ verè furti rea sit, quia non demersa: & ideo à furto immunis censenda. Nec ad rem fiet quod hinc indicium capiet maleficij. Quid si enim nulla concurrerint alia, eò quod etsi saga sit, nulla tamen de ipsâ suspicio habebatur? certè iudicis officium erit dimittere; quam miraculo Deus sagam esse docuit. Si non dimittit: iniquus erit iudex, qui furti ream, diuino expurgatam iudicio, non dimittit. vides in quot se stimulos cõscientiæ inijciant; qui has Nouitatum superstitiones, vulgariaque sequuntur opinamenta. Nunc videamus, quibus rationibus suam probam defendat; & singulis ordine respondere conabor. habentur eius capita toto postea *cap. 4.* vbi excursionem vnam prolixissimam addit, qua narrat & describit Dei prouidentiam suauissimè omnia regentem, & mortalibus optimè, ne dæmon illos decipiat, prouidentem: & per angelos custodes etiam singulorum elementorum omnium satagentem. hanc quidem probam peregere per eum qui aquæ præest elemento. Multa in ijs deuincendis accumulat, non certa, nec probata. Et quamuis omnia forent certa & probata, nihil tamen nos ea premerent. Esto enim Deus impedit ne dæmon nos opprimat, vt vult & potest: ergo nullum lædit? vbi Iob? impedit Deus ne nos, ac iudices & magistratus præcipuos ad lubitum decipiat? ergóne lem- per & omnes? vbi Achab ore deceptus pseudoprophetarum? vbi Susanna falso crimine damnata? Quod denique dicit *num. 223.* pauciorum miraculorum hodie causam esse, fidei inconstantiam & teporem; ea quidem vna est; sed melior alia, quia stabilitâ iam semel fide minor est vel nulla necessitas eorum. Et quod *num. 226.* addit opera omnia rerum creatarum siue bona siue mala Deo esse attribuenda, id nisi sanè explicetur, catholicum non est. nam culpæ mala seu opera quibus peccãt homines, Deo, quâ mala sunt, tribui fides vetat. Sed puto eum de actu naturali tantũ, & non morali sensisse. *Primum*

Primum argum. est, inter alia multa, id quoq; à iudicis arbitrio pendere, vt probationib. ijs pro arbitrio vti possit, quas adhibẽdas iudicat, & ijs credat, quantum ijs probatum existimet, vt Adrian. Imp. censuit κ. *Resp.* Probationes iudici eatenùs esse arbitrarias, vt ijs ex legum præscripto sic vtatur; vt nullas assumat, quæ iure prohibitæ sunt, qualis est ista de qua agitur: nullas etiam, quas Deum offendere vel putet, vel putare debeat, qualem istam esse postea ostendã. hoc sanè quod de arbitriâ iudicis licentiâ in criminalibus sæpè iactatur, suis canonibus, ex Iurisperitorum sanctionibus, postea lib. sequ. includam, & licentiosam proteruiam voluntate, pro ratione, abuentium, frenis velut infrunitum animal constringendam moderandamque docebo.

κ *l. 3. §. eiusdem D. de test. lib.*

2. argumentum præsupponit iure canonico non prohibitum esse hãc purgationem in crimine maleficij. quia ius canonicum non dicit expresè, non licere in hoc crimine hac probatione uti; & quę expresè prohibita non sunt, illa stare non prohibentur λ. tum quia crescente delicto modus pœnæ & tormẽti debet crescere μ. Ex hoc fundamento sic argumẽtatur. Hoc crimen quotidie augescere videmus, licet igitur iudici ad inuenienda veritatis inquirendæ inuenire noua non prohibita. quod probat multis DD. dictis generalibus. *Resp.* Fundamentum præsuppositum esse vanũ, falsumque. Quia sic posset iudex in maleficij crimine ad eruendam veritatem, etiam tormentum indici à Principe posse. Nam nec duellũ in maleficij crimine indici, est iure prohibitum, expresè factâ mentione maleficij, sic posset de ferri candentis probâ hoc idem inferri. sed cum in his, pateat illationẽ huiusmodi non esse faciendam; satis apparet, nec de aquæ frigidæ probâ, hoc dici posse. Esse ergo duellum fieri nõ potest ad probationem maleficij, quia eo dumtaxat; quia duellum fieri generaliter prohibitum fuit, non poterit etiam hæc proba adhiberi, propter eandem generalem prohibitionem. Nec enim solent leges purgationem aliquam prohibentes addere, vt non liceat eâ vti in tali crimine: sed simpliciter vetant eâ vti. quia qui

λ *arg. l. necnon. §. 28. quod vis. in verb sed si leges non prohibeant. D. ex quib. cau. ma. in integ.*

μ *l. relegati. D. de pœn.*

generaliter prohibet, omni in re id prohibet: qui furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari: qui candente ferro experiri prohibet, is prohibet experiri in omni casu, quo ratio prohibitionis procedit. Qui ergo prohibet canon vti iudicem probatione aquæ frigidæ, prohibet eâ vti in omni crimine. quia nullum est crimen in quo prohibitionis ratio æquè non militet. ea enim hîc est, quia superstitiosum, & incertum, & cum Dei tentatione coniunctum est hoc genus probationis; vt ipsimet Canones indicant, citati superiore quæstione 4. *sect. 3. in fin.* v *& sect. 4.* o quibus disertè & annullantur tales purgationes aquæ frigidæ, & prohibentur litigantes eas præstare, & iudices prohibentur postulare: Et Doctores omnes tam Theologi quam Iurisconsulti ad vnum hanc accepere, vt generalem prohibitionem, neque putarunt sibi vllum crimen excipiendum, neque vnquam de maleficio excipiendo, in hunc vsque diem vel somniarunt: quia videbant prohibitionis rationem æqualem in maleficio, atque in ceteris criminibus. Generaliter & sine criminis vllius exceptione (nullam enim addunt) locuti sunt Theologi, iuris peritique. *D. Thom. in 2. 2. q. 95. a. 8. in ad 3. & ibi Caietan. D. Antonin. 4. p. tit. 15. cap. 34. §. 2. Binsfeld. 2. p. de confess. maleficor. q. 1. post Vlt. conclus. Abbas in c. licet in fin. ne cleric. vel monach. Matth. de Afflict. ad lib. 2. Constitut. Regni. tit. 31. Turrecremat. in d. cap. consuluisti. Abb. & Ancaran. in c. fin. de purgat. vulg. (Vbi bene loquitur) And. Alciat. in Compend. Iudiciary proces. Iust. Iudoc. Damhauderius in pract. crim. c. 43. Nauarr. c. 11. Manual. n. 39. Nicola. Remig. lib. 3. Dæmonolat. c. 9. Andr. Gail. lib. 2. de pace publicâ cap. 7. num. 24. (Vbi sicut & Ancaran. expressè addit, esse Mortale peccatum) Ioann. Althuz. admonit. ad Iudic. idem tenuere Ioachim. à Beust, Borcholt, Venatorius & alij citati à Godelmanno d. cap. 4. num. 23. & num. 27. qui addit, hanc communem DD. sententiam, approbari quoque ab omnibus facultatibus Iuridicis Academiarum Germaniæ.* Sanè cùm canones id expressè loquantur, & generatim ab omnibus DD. intelligantur (nec enim vel vnum Theologum Catholicum, vel vnum Iurisconsul. pro se adducunt aduersarij. Cuiacius enim in Paud. tantum meminit moris prisci, non verò eum laudat vel probat) nõne ab Academiarum & Doctorum recedere communi consensu, canonum innixo & menti & verbis, propter leniculas rationes, temerarium & inconsultum est admodum? Frustrà igitur sibi hoc effugio blandiuntur. satis enim expressa est prohibitio canonum. Quia negatio malignantis est numerare, & vniuersim destruit, quicquid eam subsequitur. Mora pœnæ augescit cum delicto; quando legibus ille modus ctor aduersatur: hunc aduersari iam palam est. Hac vite fraed, cedo alteram.

Argumentum simile est sequentibus, quæ omnia multum habent verborum sed parùm stringunt: reducam analyticè ad sua enthymemata vel syllogismos, sic enim vis ratiocinationum optimè intelligitur, & fucus omnis remouetur. tertij erargumenti summa hæc est. Iudices possunt & debent eam ssibere pœnam quàm rei maximè metuunt, & propter quã ijque exemplo territi efficaciùs à delicto deterrebuntur: smodi, quo ad maleficas, sunt ignis & aqua. ergo his elenis iudicibus in hoc crimine potissimum vtendum. *Resp.* ò si quid hoc argumento valeret, probaret etiam de rto candenti: de quo tamen id nec ipse aduersarius asserit: ò si asserit, nonne dd. omnibus Canonibus, & alijs quoe manifestè se opponit. quod cuius modestiæ sit, ipse dicat. Si quid etiam valeret, probaret non in maleficis tanm, sed & in homicidis, & in alijs criminibus: quod tamen aduersarius in alijs negat. Ignis enim tormentum maximè cendum est tam latroni, quàm Lamiæ. Præterea quæro, quam magis metuant Lamiæ quàm fidiculas & eculeum: (inquiet) illi queunt resistere, huic non queunt. Sed huic nequeunt? Deus (inquit) non permittit. Vnde noexperientiâ. sic semper principium petitur. *Secundò resp.* Maiorem absolutè falsam esse, si sit propositio vniuerhiberi enim non possunt à iudicibus pœnæ, quibus vel legitimæ consuetudines non suffragantur: hæc vero

v *c. Mennam in fin. 2. q. 5. iunc. ea in libro namque. in fi. 2. q. 5. & in c. consuluisti. 2. q. 5.*

o *c. ex tuarũ de purgation. Canon. c sententiam sanguinis. Nec leri. vel monach secul.*

x *d. c. Mennam in fin. d. c. consuluisti. d. c. ex tuarũ. d. c. sententiã & cap. fin. de purgat. vulg.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquæ frigidæ vsurpatio, Dei tentatrix est, & iuri aduersatur, ac proinde vsus eius corruptela est, non consuetudo. Si negat vniuersalem esse propositionem : corruit syllogismus, quia peccat in modo.

Quartum argumentum. Ad veritatem indagandam vti debêt iudices modo qui magis fauet vtilitati publicæ. talis est hæ proba. igitur eâ vtendum. Min. probatur: quia tendit ad cõ uationem publicæ vtilitatis, ad salutem ac reconciliationem humani generis, omniumque terræ fructuum prouentũ. Re Minorem falsam esse: probationẽ verò eius supponere, quo erat probandũ. Non enim quęritur, an maleficas quę verę ma leficæ sunt, & quas esse iudici constat, puniendæ? ité an iudex modis legitimis quibuslibet vti possit? constat enim affirmati ua horum pars, sed quæritur, an iste modus sit legitimus, & hoc fallitur scriptor ille. quia putat, vt actus aliquis sit legiti mus, & bonus, sufficere, si per eum quis ad bonum finẽ tendit. Nonne bonum, ęgro sanitatẽ conferre, sanè si finẽ spectes? sed si per maleficium conferas, vel vt per fornicationem aut aliud peccatum eo tendat, actus erit malus, & lethalis. cur? nonne ad finem bonum tendebat? ita, sed per medium non bonum. Ità hîc assero bonũ ad finem tendere iudices hos; sed peccare, quia per mala media, nempe superstitionem & tentationẽ Dei. Pręterea hoc quoque argumentum laborat vitio, quo præcedens dum plus probat, quàm intẽdit; nihil probat. ad eundem enim finem tenderet iudex per duelli, vel ferri candentis purgationem: & tamen hoc ei non licet.

Quinctò. constat experientiâ sagas probam aquæ maximè vereri & detestari, eo quòd sciant se sic detegendas: verisimile ergo est illas tali indicio conuictas, non ausuras subire ceremoleum, vel saltem in eo non negaturas, quod antè in aquis coram omnibus palàm fecerunt. *Resp*. consequentiam hanc nihil valere. Deinde, si hanc maximè detestantur; quomodo solent se illæ huic probæ offerre tam frequenter? Item, vnde sciunt ceretò, se sic detegendas? nisi quia pacti sibi talis conscię sunt. Si pacti conscię; fit hoc igitur dæmonis operâ, quod aduersarius negat.

negat. Denique potiùs crediderim, illas tunc libentiùs ecurum subituras, & tormenta pertinaciùs laturas, vt tolerantiâ diluant præcedens aquæ indicium. sic enim cassum redditurę conatum illum improbi iudicis.

Sextò. Indicia depositionis & denunciationis sociorum & complicum, incerta sunt & fallacia: ergo potest iudex ad eorum robur hanc probam adijcere. Anteced. probatur tũ quia malefici potentiores solent se laruis obtegere: tum quia Diabolus potest innocentium vultus in conuentibus exhibere: tum quia conuentus tales incerti, & imaginarij sunt. *Resp*. Primò nec conuentus esse imaginarios & incertos omnes: cõtrarium docui §. *lib*. 2. nec omnes semper laruati intersunt, nec etiam illic docui. nec diabolus à Deo in hoc crimine permittitur innocentes exhibere, vt etiam docui, *eodem lib*. 2. §. falsum antecedens. Sed si illud concederẽ, & nunc pro conseq. esset haberem; inde tamen non sequeretur illatio illa. Possunt enim illa indicia, alijs legitimis indicijs roborari (de quibus agetur *lib. sequenti*:) &, vt nulla forent indicia legitima indicijs, præstaret reum nocentem absolui, quàm ex prohibitis, illegitimâ probatione condemnari, teste Stephano Pontifice §. Denique hoc argumentum etiam probaret, de omni vulgari purgatione. § *in d. c. consuluisti*.

Septimum argumentum ex verbis D. Binsfeldij, contra eius sententem, non dicam calumniosè, certè non omnino candide, verborum & contextũ est; quibus, vir ille & doctus & pius, iudicat ad puniendũ maleficiũ istud hortatur; & probat in hoc crimine plus deferendum testimonio complicũm, quã in ceteris criminibus: ex his concludit aduersarius, hanc ergo probam suspiciendam: quia hæc proba est certior illis testimonijs. *Resp*. nec esse certiorem, sed incertiorem; quia nullus homo tam mendax, quã Diabolus, cuius hæc proba pacto nititur: nec ad rem pertinere certior sit nec ne. Ratio enim dissimilis valdè est harum probationum. testimoniorũ probatio diuino, naturali, & positiuo iure nititur: proba hæc, vt iam sæpè dictum; sed sola sectione probandum; omni iuri repugnat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Octauum argumentum teste Binsfeldio, indicium homicidij ex cadauere sanguinante coram occisore petitum, videtur soli diuino miraculo adscribendum: ergo sentiendum similiter de sagis supernatantibus. *Resp.* quid de antecedente sentiam, hoc opere non semel me indicasse; sed esto, sit adscribendum miraculo: an eadem ratio huius probæ? dicis. non probat. Ego qui nego, discrimen dabo. Nulla in sanguinis illâ missione causa subest suspicionis, de pacto cum dæmone: nihil illicitum miscetur superstitiosi: non quæritur illic à Deo signum, & proinde, nec Deus tentatur: quæ omnia reperiri in probâ frigidæ docebit sequens sectio.

Nonum argumentum ait inconuincibile esse, si diligenter aduertatur: aduerte igitur quæso *(lector)* mecum, & herbam para, quam victi victori porrigamus. Sed quid hoc? an montes parturiuêre? certè nihil hic reperio *ânu. 65. vsque ad nu. 70.* quod vim habeat argumenti, nisi istud: Iudices à maleficis, in ijs quæ ad iudicium eiusque ordinem pertinent, nec lædi nec impediri possunt. Dæmon ab initio mundi semper omnia conatus fuit & conatur, ne malefici puniantur, & vt amasios suos eripiat iudicibus: ideoque persuaserat olim omnia, quæ fatentur, illusarum mentium esse somnia: sicque conscutus diu fuit, vt impunitate & contemptu iudicum, mirè numerus creseeret reorum. Eâdem ex causâ tam maleficę, quam dæmon summoperè vellent lædere, & exterminare omnes iudices: quòd nequeant, fit, quia Deus non sinit; cuius potestas est infinita, dæmonis finita. si ergo tantopere Deus potestatem suam ostendit in defensione & tutelâ iudicum in hoc crimine; quare non idem planè volet, & operabitur Deus circa executionem huius aquatilis probæ; quæ quasi index est, & minister ad huius maleficialis hæreseos veritatem retegendam ac agnoscendam?] Sic enim ille concludit, ex præmissis quas narrauí. breuiter, hoc ait: Deus potentiam suam ostendit in tuendis iudicibus contra dæmonum & maleficorum insidias, vult igitur eam ostendere quoque in crimine eorum detegendo. *Resp.* Quid, si negem consequentiam, & dicam argumentum

tum à purè particularibus procedere? Deus hoc facit, ergo & illud vult. Si dicas probari consequentiam: quia, vt decet Deum iudices tueri ne lædantur; sic decet eos dirigere, ne fallantur. *Resp.* nunquam illos falli, quando vsi sunt modis & mediijs à iure comprobatis. Non enim fallitur iudex, qui nocentem absoluit, quem acta docent innocentem, vel non docentem nocentem. Nunquam falli, solius Dei est. neque hoc iudicijs humanis comperit. Præterea multa crimina sæpe Deus differt in sequenti sæculo in solidum puniri: ideò ea permittit differre. At reip. melius consultum si deprehendantur sanè. sed an Deus semper quod singulis rebus pub. vtilius; id facere censetur? Quid si illas punire velit? Possim etiam dicere, vtilitatem illam reip. honori diuino cedere; hunc sæpè exposcendam. Nonne eodem argumento idem de furibus probem & sicarijs? Deus potentiam suam ostendit in Iudicibus & ministris alijs iustitiæ tuendis, vt exiguo numero aliquando & ferociores & ferociores comprehendant, eorumque vitent gladios: ergo etiam volet hanc prouidentiam suam extendere ad horum eorum detectionem. Denique non semper iudicia fiunt sine omni impedimento procedunt vel læsione iudicum, aut ministrorum iustitiæ, vt docui lib. 3. Ecce, quam leui macula & breui falciculâ, stuppeus arietis tam inuicti funis discissa machinam exarmauit.

Decimum, fors consultoria permittitur; quatuor conditiones concurruntibus: hæc proba est quædam fors consultoria, & in ea inueniuntur conditiones quatuor illæ. nam nõ electionibus Ecclesiasticis: sed fit in rebus Spiritualibus & animæ salutem pertinentibus; & fit cum reuerentiâ, & necessitate, defectu aliarum probationum. poterit igitur index vti. *Resp.* Hanc sortem non esse consultoriam, sed diuinatoriam. nam consultoria fors quærit, quid agendum sit; hocq; de futuro: diuinatoria, quid euentudicandũ sit, vel quid factum, latens. In hac probâ verò non quęritur de futuro, neque de eo quid faciendum; sed tantum de

præterito

præterito siue de culpâ & commisso non aperto. Diuinatoria, igitur hæc sors foret. Prohibita ergo hæc proba, vt ceteræ sortes diuinatoriæ. Imò & consultoriæ sortes hodiè prohibitæ sunt, nec permittit nos Deus voluntatem suam per extraordinaria, & iure Ecclesiastico vel S.S. non approbata media inuestigare σ. Vide quæ dixi sup. c.2,q.7. sect.4. Nequè hîc adsunt quatuor illæ conditiones. nam deest necessitas τ.

σ tex. in c. sortes.26 q.5.
τ Vt docui ibi. sect.1.

Vndecimum υ, mallei malef. auctor ex Scoto dicit licere vti absque Mortali ad tollendum maleficium remedijs vanis & superstitiosis, dummodo sine alio maleficio fiant: & desit omne pactum cum dæmone, etiam implicitum; quia hoc est destruere opera diaboli, quod est laudabile. Hubertinus & Gofredus putant maleficia posse per eamdem artem destrui, per quam facta sunt. Imp. etiam *in l. eorum C de malef. & mathem.* permittit maleficia quæ in bonum finem diriguntur, nempe ad salutem hominum &c. Cùm igitur in hac probâ desit pactum omne, desit etiam maleficium: licebit iudici câ vti, etiamsi aliquid superstitiosi admisceretur. *Resp.* inprimis hîc non agi de maleficij destructione, sed tantum de probatione maleficij commissi: & proinde hîc opus Diaboli non destrui, sed tantum indicari. Deindè pactum hîc non abesse. Imp. quoque illam constitutionem (nisi dicas eam tantum tolerantem loqui, non verò approbatiue) iniquam esse, & diuino iuri contrariam; quia ius diuinum omne maleficium prohibuit. nec enim facienda sunt mala, vt eueniant bona. Hubertini verò, Goffredi, & vt videtur Mallei malefic. opinionem; nos, libro 6. copiosè refutaturos, quæ sanè, quoad destructionem maleficij per maleficium, est erronea φ: quoad destructionem per superstitiosa tantum media, temeraria est, vt minimum: quia superstitio semper est in vitio & peccato, nec vnquam licita χ dicenda. Nec Scotus aliud dixit, *in 4 d.34. q.3ae.* hæc tractat, quàm licere maleficia, signum tollendo, destruere: quod verò superstitiosis & vanis vti remedijs liceat, Scotus non dicit. sed de hac re dicentur aliàs plura lib. 6.

υ p.2. q.2.
φ art. Paris. 5. & 6.
χ Vide D. Tho. 2. 2. q. 95. & quæ diximus lib. 1. cap. 1. & d. art. Paris. 5. tit. X. Leui. 19. & 20. & c. admoneant. 26. q. 2. c. nec mirum 26. q. 5.

Duodecimum est, omnia quæ ab hominibus fiunt, ab intentione

ne eorũ ita iudicanda, vt si intentio bona sit & doli expers, peccato vacua sit actio. quia peccata non sunt, si voluntaria non sunt: ideò si iudex putans hoc sibi licere, bonâ intentione & citrà dolum, ad veritatem inueniẽdam hoc vtatur remedio, vel nihil, vel parum peccare. Cõfirmatur 1. quia in rebus, quæ ad fidem non pertinẽt falli, vel nullum vel paruũ est peccatum. Confirmatur. 2. hoc argumentum, quia iudices, teste Menochio ψ, duplex arbitriũ habent, vnum astrictũ, & ligatũ: ψ de arb. iud. q.6.
α alterum liberum & plenũ; quod dici potest, concessio ab homine vel lege facta qua possit iudex semoto iure, æquitate & ratione, sed proprio ductus appetitu, à dolo tamẽ alieno, quod placuerit statuere. Conf. 3. tũ quia alioqui facilè sage, sine hoc probæ genere, iudicia eludent: & experientia docet illas nullâ Canonicâ purgatione meliores fieri: tum quia iudicibus admittitur vnica ratio certi aliquid statuendi, & sic molestijs & scrupulis innumeris inuoluuntur. Ex his omnibus *à nu. 82. vsque ad 91.* concludit vix vllum vel neglectæ legis, canonis- vel temeratæ religionis piaculum pertimescendum esse iudici, qui proprio ductus appetitu, à dolo tamen a- pleno illo arbitrio, vtitur cognoscendæ per hanc veritatis.

Resp. plurima hîc occurrunt discutienda, quorum iam pars explicata, pars fusius explicabitur lib. sequ. Inprimis illa re- vt sit Theologicæ doctrinæ consentanea sanè est intelligenda, quæ à solâ intentione, peccati petit rationem. Nam ω; quod peccatum sit triplex, infirmitatis, malitiæ, & ignorãtiæ quod ex ignorantiâ committitur, bonâ cum intentione committi potest; & peccatum tamen esse α. vt accidere certum est, quando vincibilis ignorantia est: tunc enim bonã intentionem, non prorsus excusare eum, qui facit, quod scire debuit, fili non licere; certiùs est quàm vt probari nunc à me debeat β. Solũ quod ab ignorantiâ omnino inuincibili fit, caret omni peccato; quia censetur omnino inuoluntarium: vincibilis solummodo minuit peccatum, affectata verò auget. effi- cax enim, vt sit peccatum ex malitiâ. considerandũ itaque qua-

ω D. Gregor. lib. 26 moral. c. 16. D. Tho. 1.2. q. 76.
α Act. 3. v. 17.
β Vide D. Thom. & ibi Medin. 1.2. q. 74. a. 5. & d. q. 76. art. 2. Nichol. in 2. d. 22. Valenc. disp. 2. q. 3. punct. 6. & q. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter ignoret iudex, sibi hac probâ vti non licere. Si hoc scire, & discere expressè noluit, tunc ignorantiam directè affectauit: si verò aduertens vel facilè potens aduertere se discere posse ac teneri, occasionem tamen discendi oblatam neglexit, indirectè tunc laborat ignorantiâ affectatâ: & sicut prior est expressè peccatum malitiæ: sic posterior implicitè, & interpretatiuè eodem recidit. totiesque sic peccatur quoties vel directè, vel indirectè, quando se discendi iterum occasio obtulit, discere vel expressè noluit, vel neglexit γ. Quæ in Iudicibus locum habent, quia hoc addiscere renentur: eo ipso enim quòd iudices sunt, tenentur scire, quę officium iudicandi exigit: tenenturque, qui rudiores sunt, consilium petere à doctis & pijs viris. quare cùm hoc negligunt, à supinâ ignorantia excusari non possunt, cùm tam facili negocio, consulendo Academicas Facultates, hoc queant discere. Quod si tamen aliquis contenderet rem hanc esse difficilem cognitu, (quę meâ quidem sententiâ facilis est cognitu, quia sufficiẽter à summis Pontificibus decisa) & iudex adhibuisset aliquam diligentiam ad sciendum, non tamen omnem quam adhibere poterat & ratione difficultatis rei, & status sui, tenebatur: adhuc ignorantia erit vincibilis, & proinde cum peccato. quia talis ignorantia non tollit voluntarium. Quando autem quis diligentiam sufficientem dicendus adhibuisse, hoc alterius & prolixæ disputationis est δ. Nobis sufficit, illud fundamentũ subuertisse, quo supponebatur ab aduersario, solam intẽtionem bonã sufficere, ne quis peccet faciendo, quod facere non oportuit. *Conf. 1.* Resp. eam esse falsam. Quia etiam falli in ijs quæ pertinent ad mores, & præcepta Decalogi, potest esse Mortale, si quis fallatur propter ignorantiam rerum, quas sub M. tenebatur scire, vt tenentur iudices ea, quæ ad officium eorum spectant, & graue continent præiudicium, vt in nostro casu: cumque omnis error voluntarius quarumcunque rerum, semper sit peccatum ex communiore & veriore sententiâ, contrarãdum; sequitur, quo error periculosior fuerit & maioris detrimenti, hoc futurum peccatum erroris grauius. hîc autem de-

γ *Bart. Medina. 1. 2. q. 94. a. 2.*

δ *Videantur Victo. in Rel. de Indijs nu. 9. Vega lib. 6. in Cõc. Trid. c. 18. Sot. in 4. d. 5. a. 2. q. vlt. Bannes 2. 2. q. 10 a. 2. dubio. 10. Valen. t. 3. pun. 1. Angl. in 2. d. 21. q. 2 a. 2.*

trimenti est maximi, quia fouet superstitionem, tentat Deum, & proximo grauissimam infert iniuriam. *Ad 2.* Resp. Iudices qui tali arbitrio libero & pleno vtuntur, non iudices esse sed tyrannos, vtpote quibus in corde illud

Sic volo, sic iubeo. sit pro ratione voluntas:

Et qui iubent potiùs, quàm cognoscunt; ideoque regnant potius, quàm iudicant. Vllíne vnquam ab vllo homine vel à lege tanta hæc laxa concessio, vt ipsi liceat solo vacare dolo; cetera seponere ius, æquitatem, & rationem, proprium verò sequi appetitum, & sic quodcumque placuerit in iudicio statuere? Deus bone, quo talia iudicia deciderunt? hancne libertatem tribui ab hominibus Christianis? qui ius & æquitatem remouet, nonne iustitiam tollit; quæ omnis vel benignâ æquitate, vel rigido iure fulcitur? æquum bonumque naturalis est iuris; hoc tollis, si ab æquo bonoque & iure simul iudicem permittis abire. Non hominis, sed Dei iudicia iudices iubet. Rex ille Israëlis, verè dicebat; hominis est arbitrium sine rationis, quæ nos à belluis discriminat, & ratiocinatione præcedente imperare humanis affectibus; qui quod contra legem scriptum sæpè nituntur: ideo iudices nolebat humanũ esse iudicium, sed diuinum: quia iudicandi leges acceperant à Deo Iudæi. ideò qui secundum illas iudicabat, memor erat se Dei iudicare iudicium. Aduersarij ne hominis quidem iudicium amplectuntur, sed belluarum: hominis est rationem humanam remouere, belluarum est appetitum sequi. qui ergo rationem remotâ ratione, proprio duci appetitu, permittunt; nõ hominem, non legibus contemptis, qui iudicat, à Deo iudicabitur. Princeps es, & legis condendæ habes auctoritatem? iustis quas iustis legibus, pare, non metu pænæ quam præfixisti (hanc omnia à te exposcet) sed metu legis diuinæ, metu legis naturæ, amore honestatis, & decoris, & laudis. Nullus est Princeps, qui Dei lege aut iure naturæ absoluatur; aut hoc ius, hanc æquitatem possit, sine peccato, transgredi iudicando. Principe iudices inferiores, supremi quidem illi &, qui Principis imme-

 diatè

diatè gerunt vicem, dum contra legis mentem non tendant; possunt verborum proprietatem extensione, vel restrictione labefactare: alij his inferiores, & à quibus ordinaria solet appellatio, saltem in ciuilibus, esse; illi verbis etiam legis astringuntur: si contra ea iudicant, peccare censendi, ex communi Theolog. sententia [z]. Notari digna sunt illa D. Augustini; In istis temporalibus legibus, quanquam de ijs hominum iudicent, cùm eas instituerunt: cùm tamen fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudicibus de ijs iudicare, sed secundum easdem ζ.] D. Gregor. etiam scribit, à iudicibus iura diuina humanaque reuoluenda, & cùm reuoluerint, secundùm id quod illis constitutum est, iudicandum [x]; & addit exẽplum Mosis, qui querelas populi semper ad Domini tabernaculum ingressus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat iudicia proponebat. Nimirum (ait) nos instituẽs, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino sententiam proferamus.] Hoc tenebantur sequi præcepto Dei iudices Israëlis, qui iudicare iubentur, iuxta legem eis à Deo per Mosem datã [θ], imò & Regi ipsi eadem necessitas incũbebat [ι]. Sanè apud Romanos refertur Asconius solitos iudices iusiurandũ in leges præstare, quod illis sollemni formulâ præiretur. Nihil autem pernicioſius, nihil periculosius semper iudicatum, quam si affectui indulgere iudex permittatur: appetitus verò semotus à ratione, nihilo passione & affectu melior est. Absit ergo à Deum timentibus, absit à Christianis subsellijs talis arbitrij plenitudo, qualis in 2. confirmatione proponebatur. *Ad 3. Conf. Resp.* Præstare sagas centum nocentes absolui, quam vt per talem probationem innocens vna mulier cõdemnetur, vel periclitetur. præstare eas absolui sine iudicis peccato, qui licita omnia expertus; quàm cum peccato & superstitione veritatem deprehẽdere, & crimẽ punire. Quid tibi (ô iudex) prodesset si prouinciam criminosis liberaris, animę tuæ dispendium faciasᵗ quid tibi prodest benè consulere alijs, si tibi per peccatum malè consulueris? At illa deterior fiet dimissa. tibi non nocebit, sed sibi consequetur illam Nemesis sua. Deserupulis

[z] *D. Tho. 1. 2. q. 96 & ibi Medi 1. 2. q. 6. a. 5. & ibi Bann. & Aragon. et Sot. Item Caiet. in summ. verb. Iudex. Nauar Manual. c 25. n 5. et 13. & lib. de verâ religione c. 31. & c. summopere 11. q. 3.*

θ Deuter. 17. v. 10

ι d. c. 17. v. 19.

lis quod additur, dicerem lubens, *Trepidauerunt vbi non erat timor.* Eximatur semel hic error ex eorum mentibus: erronea conscientia cessabit. doceantur timere superstitionem. doceantur quàm graue peccatum sit Deum tentare. Doceãtur mortale peccatum esse, nõ obedire Ecclesiæ [κ], quę vniuersim prohibuit vulgares purgationes. Nõ puto me hac in re falli. Verum ex causis cur canonicis & ciuilibus medijs veritatem non inquirant, præcipuam esse credo, quòd huic superstitioſę purgationi confidant; ceteris, hoc est iustitię & Deo, diffidant, & ideo eas obeunt negligentiùs. Nonne hoc meretur decipi & illudi.ᵉ

[κ] *Nauarr. 8. n. 15. in fin. vers. Sexto peccat mortaliter.*

Vltimum argumentum petitur ex verbis D. Bernardi *in Cant. Cant. serm. 66. in fin.* ex cuius narratione colligunt, hunc morem minus olim, & apud veterẽ Ecclesiam in more positũ. *Sed Resp.* ex verba D. Bernardi hoc nõ probare, & D. Bernard. post Lõgobardorum & Barbarorum in Italiam & Gallias irruptiones ac vastationes diu vixisse, nempe post annum. 1100. vt antiquior illi authoritas quærenda fuerit in re, quam antè Bernardũ Stephano Papa, & tẽpore Bernardi Lucius 3. & mox post Bernardũ Honorius. 3. damnarunt. Sed nec B. Bern. hanc consuetudinẽ probat, nec laudat, nec Ecclesiasticum morẽ, sed quorumdam hæreticorũ priuatorũ fuisse docet: notãdum quoque illos hæreticos de quibus loquitur, fuisse Apostolicos, & pauperes de Lugduno, & de Barulo dictos. verba Bernardi hęc sunt; Probatum est, de quibus aliquos ex eis ad mediũ traxerunt. Quæsiti fidẽ, cùm examinati iudicio aquæ, mendaces inuenti sunt. Cũque negare non possent, quippe deprehensi aquâ eos non recipiente, arrepto, vt dicitur freno dentibus, tam miserè quã libere impietatem non confessi, sed professi sunt, palam pietatem suæ ipsius perfidiæ martyres dedit. Approbamus Zelũ, sed factũ non suademus.] Hæc ille, ex quibus patet hoc vulgi factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

factum fuisse, & abs Bernardo illud factum non approbari. Quomodo approbaret Canonum & peritus & obseruantissimus? Respondi argumentis scriptoris illius Catholici, & excepi hastas eius amentatas: nunc viciſſim, communis & verae sententiae tela torquebo.

SECTIO III.

Proponitur & probatur vera sententia Negatiua.

EGi de ijs qui ignari sunt prohibitionis Canonũ: de aliis sa Concl. *Peccant iudices, qui ignari prohibitionis Pontificiæ, probâ hac aquæ frigidæ in maleficij crimine vtuntur.*] In conclusione hac suppono prohibitam esse probam; quod probatum à nobis §. *a.* Nec valet Solutio aduersarij, non esse mentem Canonum de hoc crimine loqui. Vis enim negatiuæ indefinitæ prohibitionis est vniuersalis. ideoque præcepta negatiua semper, vbique, & omnes ligant: vt docent quotquot Decalogum explicant. ideò qui dicit; *Non licere vti probâ aquæ frigidæ*; intelligendus est, de purgatione cuiuslibet criminis per talem probam. Neque hactenùs, quod sciam vllus, hanc limitationem canonum illorum somniauit, vt de purgatione leuium tantum criminum loquerentur. nec modernus iste scriptor tantæ adhuc est auctoritatis, vt eius interpretatio contra receptam hactenùs sententiam sit admittenda. *Concl.* communis est, vt superius probauimus.

a sect. praeced. in resp. ad 1. arg.

Probatur primò. Quia peccatum est dictum, factum vel concupitum contra legem æternam, vt ait D. Augustin. β siue vt ait D. Ambrosius γ, Peccatum est legis diuinę prævaricatio, & cælestium inobedientia mandatorum. Inter cetera autem legis diuinæ siue æternæ mandata est, vt oues pastorem suum audiant, & Ecclesiæ capiti obediant; constatque Catholicis omnibus; ad hoc visibile caput Ecclesiæ, pertinere decisionem rerum fidei; & eorum, quæ à fide dependent. Horum ex numero est iudicare, quid religionis virtuti repugnet, quid non; siue quid superstitiosum sit, quid non sit. Cùm itaque Pontifex Romanus, visibile caput Ecclesiæ (fremant hæretici, vt lubet)

β lib. 21. cont. Faust. D. Thom. 1. 2. q. 71. a. 6. Schol. in 1. d. 35.
γ De Paradiso. cap. 8.

lubet) declarauit probam seu purgationem aquæ frigidæ superstitiosam esse δ; illi non credere, & contrarium contendere, est non audire Ecclesiam, & proinde peccare, dignũque se præbere, vt habeatur, sicut Ethnicus & publicanus: & proinde est incidere in cælestium præuaricationem mandatorũ. Si dicas, Stephanum Papam meminisse tantum feruentis aquæ, & non frigidæ. Vrgebo, eandem frigidæ & feruentis esse rationem; quia generaliter ibi subdit pro ratione; *Quod Sanctorum veterum documento sancitum non est, superstitiosâ adinuentione non est præsumendum.* Igitur Stephano Papæ idcirco hæ probationes superstitiosæ, quia non repertæ in canonibus, non sancitæ sanctorum patrum documento: sed ab hominibus vulgò præsumptæ. Promant aduersarij vnum vnius patris documentum hanc probationem approbans; & videbuntur non penitùs auctoritate veterum destituti. Præterea Pontifex alius ε aquæ frigidæ & feruentis simul mentionem faciens, vtramque vocat *popularem inuẽtionem*, vtramque dicit factam *fabricante inuidiâ*, diabolo hominũ saluti inuidente) vtramque æqualiter detestatur. Aquę etiam huius frigidæ purgationem Lucius III. ζ vocat *peregrinum iudicium* (nempe alienum ab Ecclesię more, vt ibidem.) & declarat inualidum. Sed & Innocen. 3. iudicauit eandem esse aquæ frigidæ, aquæ feruentis, & ferri candentis probationem η. Est ergo summorum PP. iudicio hæc proba *plebeia inuentio, peregrinum iudicium, fabricatio inuidiæ, superstitiosa adinuentio, destituta patrum documento.* Canonibus verò non probatur. Quædam adfert aduersarius *à n. 156.* vt probet dari posse rationem aliarum probationum quæ prohibitę. 1. Reg. 17. subibantur sponte & vltroneâ oblatione: hæc à iudice non exigitur. Hoc ipse vidit non esse verum. nam ex *d. c. Mennã. & c. Vlt. de purg. Vulg.* patet etiam solitas iniungi à iudice alias; & exempla superiùs allata docent etiam aquę probam sponte susceptam. Ideo dicit 2. aduſtionem naturalibus remedijs posse dæmonem impediri: & ideo hanc probam esse incertã. Quasi vero non possit etiam, vel ipse sustentare in aquis malefican, vel aliquid ei supponere quod sustentet. 3. adfert ex

ε c. consuluisti 2. q. 4.
ε c. Mennam in fine. 2. q. 5.
ζ c. ex tuarũ. de purg. can.
η c. sententiã sanguinis. ne cleric. vel monach.

malleo

Universidad de Deusto
Biblioteca

malleo maleficar. quod si duellum alicubi potuit permitti, multo magis posse probam ferri candentis: item etiamsi peccent duellatores, iudices tamen excusari posse. *Respond.* hæc omnia iam ostensum euidenter esse falsa. vltimò dicit experientiam huic fauere probationi (quod nec semper verum, & etiam olim illis alijs fauebat) & propter Sacram. Baptismi aquæ esse prærogatiuam; quod est gratis conijcere, & somnia re vigilantem, & declinare post Scribonium. Conf. hæc probatio. quia Diuinatoria sors est superstitiosa; sed huiusmodi probatio est quædam species sortis diuinatoriæ, vt docui sect. præced. ergo est superstitiosa. Maior est omniũ Doctorum, & certa: quia diuinatio est vna species superstitionis. Min. probatur. ratione D. Thomæ θ, quia ordinatur ad iudicanda occulta Dei scientiæ & iudicio reseruata. præsupponit enim contraria sententia, nisi per aquam frigidam nõ posse crimina deprehendi: At si aliter quam per vulgares purgationes inueniri nequeant, Stephanus V. Papa ι definit relinquenda illi, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et sanè temerarium est, laicos iudices occulta peccata scrutari velle, de quibus nec Ecclesiæ licet iudicare: sed ei tantum qui corda & renes scrutatur. Hanc confirmationem cum. 5. loco insinuasset aduersarius *cap. 1.* certè *cap. 3.* suo loco non dissoluit. non enim de secretis illis prouidentiæ diuinæ, & maiestatis gloriæque Dei agitur in argumento; sed tantum de peccatis, quæ vlà licità, omnibus tentatis, iudex nequiuit deprehendere. Sed videtur eam velle soluere *nu. 173.* dicendo, diuersam esse rationẽ puatorum sic occulta inquirentium, & iudicum nam iudices faciunt, vt vicarij Dei & ex officio, priuati ex merâ curiositate. Hæc responsio euertitur eo quòd canones disertè etiam dicibus loquantur, idque tam quo ad magistratus, quã quoad priuatos prohibent *d.c. consuluisti. d.c. ex tuarum. d.c. Mennam. c. Vlt.* & sanè æqualis vbique est superstitio, & Dei tentatio, & in magistratu hęc sunt minùs ferenda, minùs excusatione digna. Confirmat. 2. hæc probatio: Iure Canonico vulgares omnes purgationes sunt improbatæ, vt patet ex dd. canonibus, & communiter Canonistæ sentiunt: sed aquæ frigidæ proba est legaris probatio, vt patet, quia non est canonica, neque legalis ergo est prohibita. Dicẽt fortè, eam esse miraculosam. Sed hoc contra eos procederet arg. sequens.

θ 1.2. q. 95. a. 8. ad 3.

ι d.c. consuluisti.

2. probatur concl. Tentatio Dei est peccatũ repugnans religioni & primo præcepto Decalogi; sed qui vtitur huiusmodi probatione tẽtat Deum. ergo hæc probatio est peccatũ repugnans religioni. Mai. probatur, ex communi sententia DD. κ Minor verò, probatur auctoritate Honorij Pont. qui vulgari purgatione ferri candentis dicit Deum tentari λ, & quod ille de vna specie asseruit, de ceteris quoque vulgaribus probationibus cõmunis DD. schola intellexit μ, eadem enim in omnibus est ratio. quia vel potest illud delictum aliter deprehẽdi, & tunc nulla adest necessitas: & ideo miraculũ petitur à Deo sine necessitatem, quæ est aperta Dei tentatio: vel si nõ potest absque aliis medijs illud peccatum, tunc iudex est iniustus, qui de reis iudicare non potest, eo quòd diuino throno sunt reseruata iudicium vsurpat. Sed si benè consideres sententiam cõtrarientis scriptoris: semper hic adest Dei tentatio. Etenim ad iudicem non deuenire ad hanc probam, nisi habeat sufficientia indicia ad torturã; nec ad alium finem, quã torturę, hãc probam fuctur. vide quæ de hac re dixi præced. sectio. in prin. Contra hoc crimẽ tentationis Dei euadere quia signa & miracula sæpè legimus in SS. petita, ab Abrahamo, eius seruo, Gedeone, ceteris. *Resp.* cum Alex. de Hales, hęc non facta ad imitationem posterorũ, sed in significationẽ & figurã futuri, iuxta illud Apostoli, *1. Cor. 10. v. 11. omnia hæc in figurâ contingebant illis.* Quod si figuram non recognoscas; dico speciali Spiritus instinctu vel iussione seu reuelatione ea fecisse; nec aliter fuisse à Deo signũ petere, iuxta D. Tho. aut magnâ & euidẽti necessitate, vel necessitate id exigẽte, v.g. ad gentis alicuius cõuersionem certò inde subsecuturam; vt Apostoli & alij Sancti fecerunt. In nostro verò casu, quia Deus satis multa dedit media legitima veritatis explorandæ, necessitas ista cessat: vt supponit Stephanus Pontifex. Quod attinet ad Achaz: ille

κ D. Tho. 2. 2. q. 97 Summistarũ in verbo Tentatio Dei, vel Tentare Deum. Nauarr. c. 11. n. 39. et seqq. Galẽ. V. est. capell. Catechesi 61.

λ cap. vlt. de purgat. vulg.

μ D. Tho. d. a. 8. ad 3. & summistæ & Nauarr. Petrus Ancharan. in d. c. vlt. & Binsfeld. d. q. 1. Alex. de Hal. p. 3. q. 45. mem. 3. Valen. 1. 2. disp. 6. q. 14. punc. 1. Turrecrem. ad 2. q. 4. in princ. nu 3. & cap. consuluisti. ead. q. nu. 2. & 3. 1. 2. q. 178. a. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Esaiam reprehensus fuit, eo quòd Dei signum oblatũ reſpuerit, ne Deũ honore hoc afficeret: quod, quid ad rẽ quæſtionem? *3. probatur concluſio*, quia hîc non eſt miraculoſa Dei operatio cenſenda, ſed pactum Magicum cum dæmone. ergo illicitum cooperari iuſſione ſuâ ad hoc. Probatur antecedens. quia hoc promiſcuè cõtingit ad proiectionem in aquam quam dicunt iudices Catholici, & hæretici, vt conſtat; quia maxima hæc proba viget inter hæreticos: ſed hæretici non faciunt vera miracula. Si dicas hoc ad confirmationẽ fidei ipſorũ nõ fieri. *Reſp.* nulla illos vnquã facere ad confirmationem fidei: tã ordinaria verò & continua eos facere, ad aliã rem probandam; id nunquam auditum, nec credibile. 2. probatur, Deus per nullos facit miracula ſine neceſſitate: hîc non eſſe neceſſitatẽ idoneã, oſtenſum eſt. 3. Miracula Dei nunquã fallunt ſed ſed ſunt certiſſima & infallibilia: hęc proba fallit aliquando. *Reſpondetur* 2. hoc fieri fraude & dolo carnificis, vel quia nõ benè aduertunt iudices & fidẽ non habẽt nec ſatis confidunt Deo; quod tamen erat neceſſariũ ad miraculi patrationem. *Sed contra*, ſi ſit ſignum (ſecundũ vos) mergi nõ poteſt vi humanâ adhibitâ: quia maiores vires humanę Angelis bonis miniſterialibus poſſunt reſiſtere: Et tamẽ *n. 31.* faſſus eſt eã quę malefica erat, vi à carnifice demerſam; ſibi ergo ipſi reſpondeat. Item Godelmannus, ex literis cuiuſdam Nobilis Boruſſi, ſex ſagas diuerſis vicibus, cum verò conſtaret eſſe reas, in aquã gelidam colligaris artibus proiectas, ſubmerſas fuiſſe [w] & de pluribus hoc idẽ affirmat Ioan. Althuſius [p]. Quod etiã additur; de iudicũ paruâ ſeu modica fide; planè impertinens eſt, illa enim dictis ſcripturæ locis exigitur fiducia in miraculis, quæ ad fidei confirmationẽ edenda erant, non quę ad Iudicũ inquiſitiones, & notitiã pertinebant. *Matth. 17. v. 20. Mar. 9. v. 23. & 24.* Quod autẽ de Scæuę filiis *Act. 19.* adfertur, id vel eodẽ referendum; vel ad rẽ nihil omnino facit. 4. probatur hic pactũ interuenire, quia cùm nec naturali hoc vi cõtingat, nec miraculoſâ Dei operatione; reſtat fieri ex vi pacti cum dæmone; non quidẽ expliciti vel expreſſi, tale enim iudicibus nullũ nũc puto intercedere (neque aliud probant,

a nion. 111.

w lib. 3. de lamijs c. 4. nu. 35.

p Admonit. ad Iudicem.

ſint, quæ multis dicit auctor ille *libri ſui c. 3. à n. 91.* & quod diuinũ eſſe pactũ implicitum cum Deo, id iã probatum eſt eſſe explicitã Dei tentationẽ.) Sed dicimus cum primo aliquo iudice pactum explicitũ interceſſiſſe dæmoni, vt dęmõ ad tale ſignum proderet occultũ & latẽs crimen; nẽpe vt, quę ſagę eſſent, eas ſuſtineret, ne mergerentur: poſtea (vt cõtingit in omnibus huiuſcemodi rebus) alij iudices hoc edocti, vi illius primi pactũ idẽ obtinuerunt, atque ita iã, etiam ignari, ex pacto implicito operantur. Pactũ verò hoc implicitum intercedere patet, quia ſuperſtitiones omnes nituntur pacto implicito, vt docet D. Auguſt. [p] (& cum eo omnes Theologi.) Lege D. Auguſt. loco illo & ſeqq. cc. & deprehendes hîc, & ſuperſtitionẽ, & pactum implicitũ verſari: quia effectus nec eſt cauſę naturali adęquatus; nec talis, vt à Deo debeat meritò per miraculũ exſpectari. Cũ ipſis ſagis non intercedere quoad hoc vllũ dæmonis pactum nõ malè ſentit, nec inualidè probat ille ſcriptor *à n. 97.* Nam in illo exemplo quod ibi narrat clariſſimè id cernitur, re-

p lib. 2. de doctr. Chriſt. c. 20. 22. et 23. & docui c. 2. q 5.

ſ. Lemenſi, Diocœſeos inferioris Colonienſis, accidiſſe dicitur, quod vetula quædã videns duas mulierculas aquâ tentatas nõ ſubſediſſe, ſed ſupernataſſe, ipſa ad prędectũ loci accurrẽs, & impellans, eouſque tã ipſum quàm ceteros miniſtros iuſtitiæ inſtantes permouet, volens ac acerrimè inſtans, vt & ipſa aquis immergeretur: ſe licet apud populũ ſuſpecta admodum ſit de hac maleficiali hæreſi, iam tamen innocentiã ſuam per hoc coram populo teſtatam facere, indignãque hac ſuſpicione publice ſe eximere, velle. Annuit importunè efflagitanti prędectus, & cenſuit ſed hanc in aquam proiectã euidẽtiùs ſupernataſſe, neque vt demergeretur, vel fundũ peteret (quamuis id ſtudioſè ſuo more ſuper aquas tentãs) efficere vllâ ratione potuiſſe dicitur. Extracta, ecquid carnifex ſuorum membrorum ipſa eſſet, interrogatur: potuiſſe inſimulatam hoc effugiſſe periculũ, donec producto accuſatore, neceſſitas adeſſet huic tentamini. Tandẽ confluentibus indicijs contra eandẽ cõpluribus, ipſa ante torturam quærentibus reſpondit, amaſium ſuum ſibi ſuaſiſſe, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc aquæ periculum subiret: se illā liberaturū,& in ipsis aquis, famam vitāque eius adseruaturū esse. Hac confessione spōtè prolatâ incineranda cadē fuisset,nisi se ipsam in carcere pridie suspendio suffocasset.] Cernitis in hoc exēplo, tacitum pactū quod operatū in tribus mulierculis,& quoad tertiā prę pacto expresso cum tertiâ inito.quia volebat dęmō tradi,vel saltē necari,moraliter certus impœnitentē Iudices autem isti non sunt secuti scriptoris illius sententiam, quia non sufficientia habentes indicia,ad solas mulierculę portunas preces,ad hanc purgationē processerunt;atque ex duplici capite grauiter peccarunt. primò quod vti probatione. Secundò quod præcipitanter eâ vsi. Sed hinc colligo scriptorem ab alijs iudicibus;qui similiter praxi illâ vtuntur dissentire;dum ipse vult, præcedere ante probam debere indicia ad torturam sufficientia: illi verò putant, à probâ cum aliquâ diffamatione posse incipi. Qua in re fortassis loquūtur magis consentaneè praxi ordinariæ illi,sed reprobæ. 5. probatur hoc pactum,ex moribus Diaboli.conatur ille Dei miracula effingere. habere conatur suos martyres, qui sunt hæretici, & inter hos sagę.ideo sicut Deus plerisque suis Martyribus miraculosè concessit;vt aquis mergi nō possent,in veræ fidei cōfirmationem: sic Diabolus præstigioso miraculo conatur persuadere hominibus etiam suos Martyres esse immersabiles:& hoc pacto duo cōsequi conatur.primò vt illa Christi miracula falsa reputentur.2.vt saltem ipse æqualē cum Deo potestatem habere videatur:& præterea confirmentur in pertinaciâ pseudomartyres sui,quibus sic persuadet se eos seruaturū in igne, sicut seruauit in aquis. Confirm.hæc ratio, quia si aliqua fagā sic iniecta in aquis verè pœniteret & animo eiuraret, statim mergeretur.quia pactum cessaret.

4.probatur nostra concl. Non obedire in spiritualibus (cuiusmodi est id de quo agimus) Pontifici maximo, est nō obedire Deo,iuxta illud; *Qui vos audit me audit,qui vos spernit me spernit*. Sed nō obedire voci & iussioni Dei,est graue peccatū: ergo vti hac probâ est grauiter peccare, cū Pontifex eā prohi-

buerit,vt probatū initiò huius sectionis. Min.probatur verbis «Samuelis, *nunquid vult Dominus holocausta & victimas?* (q. d. »nunquid magis gaudet Deus cæde & supplicio nocentiū? nā & hi vocātur à prophetis hostię & victimæ,vt docui alio loco) *& non potius, Vt obediatur voci Domini? o* (vt nō tendatis,ô iu- 1. Reg. 15. v. 22.
»dices,contra Dei prohibitionē.) *Melior est enim obedientia quā »victimæ & auscultare magis,quā offerre adipem arietū.* (Suauior est Deo odor obediētiæ,& humilis sensus vestri submissio,quā »odor adustarum ex veritis probationibus lamiarum. puras manus vestras & mētes amat Deus submissas præceptis vicarij »sui,nō rogos,non pyras,non cruciatus miserarū contra canonum »præcepta examinatarū,damnatarumque.) *quoniam quasi peccatū est ariolandi,repugnare,& quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.*] quid accōmodatiùs ad probandū,hanc probā canonico iure veritam,ad ariolationem sortis diuinatorię,& manganicā diuinationem pertinere? Non dicimus illic Samuelē de fagis, aut hac probatione locutū,nō ita desipimus: sed dicimus hoc ab eo probatū;inobedientiam,quæ fit prætextu alterius boni, Deo ingratā & ariolationi similē esse.hinc inferimus,cùm hęc fit inobedientia valdè similis illi Saulis inobedientiæ,vt ostendi:idē quod illa meruit, mereri nomen,& in eandē classem reduci. Addimus hoc argumentū ab aduersario visum, sed non depulsum.lege quę scripsit *à n. 123. vsque ad 127.* & videbis me in corporibus deferēdis & similibus ad rē nihil pertinēt. Nam vērū dicere. Quæ verò mox sequuntur de dęmonū potestate cōnati negare,vim dęmonum in corporibus mouēdis,vel in elevāndis,& sustinēdis in aquâ,id sanè foret in philosophiā,quod solœcismus in Priscianum.egimus de his *lib. 2.* vbi etiā docuimus,vera per Satanā edi miracula nō posse;& hęc eadē omnia D.Binsf.breuiter,sed solidè docuerat,ideò cōtra illū, qui hic miraculum nullum agnoscit (vt nec ego) tota illa disputatio & ἀντιφατικία, *à n. 128. vsque 149.* & quæ porro subduntur;à Deo talē potestatem eludēdi iudices dæmoni nō permitti,ea planè non probantur satis. Cogit me aduersarius hic extra chorum nonnihil,vt eum subsequar. Multis enim conatur hic suadere

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmonẽ hoc in aquę elemento non posse: quia dæmon est ex elemento aëris cõpactus, non aquæ: sed facilius in inuicẽ operantur & possunt, quę sunt ex eodẽ elemento cõpacta: ergo facilius dæmon operatur in aëre, quã in aquâ. ergo nõ quia potest corpora sustinere in aëre, ideo potest in aquâ *Resp.* hoc tutum probare, quod difficilius faciat in aquâ. Sed neq; hoc probat. nã maior argumenti, dæmonẽ esse compactũ ex corpore aëreo, est erronea: vel saltem prorsus temeraria. & ideo moneo scriptorẽ, vt retractet, & legat quæ Scholastici eâ de re, vel quę ex illis & ex PP. optimè Molina τ, & Valẽcia. Nec ad rẽ pertinent, quibus fusè agit, vt ostendat dęmones in aquâ nihil miraculi hactenus ostendisse. Non enim sequitur alias non fecerunt: ergo nec tunc poterant, nec nunc possunt. Et quod dicit. Priscos martyres idcirco diuinâ virtute supernatasse; id iã nos docuimus sententiam nostram roborare. Sed neque est verũ nullos martyres Christi submersione necari potuisse. Legat Suriũ, legat Baronij Martyrolog. & Annales, inueniet cõplures aquis suffocatos. nolo immorari; quia hoc est τὸ παράφρων.

τ in 1. p. q. 55. υ l. 1. de offic. quæstor. c. 1. c. ne innit. ar. 5. & ibi Abb. et DD. de Cõstit. fusè lass. in auth. Notissima n. 22. C. de inof. test. φ Anton. Maria Corat. in tractat. de Cõmun. DD. opin lib. 3. Inspect. 1. & 2. χ hinc magistratibus. 32. de iniur. Kirchou. cõmun. opin. Cent. 5. concl. 30. Godelm. 3. n. 30. ψ d. c. sententiam sanguinis & d. c. ex tuarum. ω l. pen. D. de quæst. est cõmun. DD. testibus Vinio, et Claro, quos sequitur Binsfeld. 3. et dicam de hac re lib. sequ.

5 probatur concl. quia Iudex υ sine causâ sufficiente, & praegnante recedens à communi sententiâ Iuris interpretũ; perperam iudicat, & proinde peccat, vt & Doctor cõsulens sine idoneo fundamento cõtra illam φ. His addimus Corollaria quæ sequuntur ex prædictis. primũ iudicem, qui hac probâ fuerit vsus, posse conueniri actione vt possunt, qui iniustè aliquem carceri manciparunt χ. 2. Si, cùm non adsint alia sufficientia indicia ad torturam, propter adminiculum huius probationis vulgaris reũ subdat torturę Iudex, peccabit, & tenebitur actione iniuriarum, vt supra, etiãsi reus in torturâ non fateatur. quia iniuriã fecit indebitè torquẽdo, vi indicij à iure improbati ψ. Quod si reus tormentorũ vi confiteatur, confessio erit nulla, quia vi extorta: & iudicium ex ea subsecutum nullũ, & sententia irrita ω. Et per consequens Iudex talẽ supplicio mortis afficiens, homicidij reus est, coram Deo. quia occidit, quẽ non habebat ius occidendi. Notandum tamen confessário, vt diligenter personam iudicis consideret. Nam si casu aliquo fieret, vt laboraret ignorantiâ inuincibili (quod vix puto posse hodiè contingere) immunis esset à peccato in foro poli: si laboraret vincibili, pro magnitudine & probabilitate ignorantiæ decresceret peccatum. Hanc puto & veram & securam de hac aquæ frigidæ purgatione sententiam.

QVÆSTIO VI.

De quibusdam alijs vulgaribus probis.

QVædam est probatio per pondera & lancem. nã in eadem Germaniâ appendunt fagas, & aiunt eas vltra certũ pondus (nẽpe librarum 14. vel 15.) deprimere nõ posse quantumuis sint proceræ vel obesæ. hoc etiam Reckius damnat *lib. de probâ aquæ frigidæ à n. 41.* Ego idẽ de illo dicẽdum puto, quod de alijs vulgaribus purgationibus. nẽpe niti pacto dęmoniaco, superstitiosum esse, & cum Dei tẽtatione coniunctũ. Canonibus expresse non prohibetur, quia est inuentum planè recẽs. 2. est quoddã sortis seu purgationis genus per crucẽ, de quo fit mentio in Constitut. Caroli Magni α, vbi iubentur litigãtes *cruce*, aut *scuto*, & *fuste* decertare. & in Capitulari, vbi habetur, *campo vel cruce contendant.* Ex his locis crucẽ fuisse genus armorum quidam volunt. Ego non assentior. sed puto fuisse genus purgationis per sortes, quibus se ad crucem aliquam ei manus imponens, vel eam amplectens, quis expurgabat. Sanè illis locis cruci, campus hoc est duellum opponitur. & in testamento Caroli Magni apud Nauclerũ: si accusator contẽdere voluerit de ipso periurio stent ad crucem] *Cruce* ergò *contendere*, non aliud, quam *ad crucem stare. Stare* verò *ad crucem* quid sit nescio, nisi id quod dixi. Crucis iudicium etiã Frisones superstitiosè exercebant, vt docet lex eorum 14. sortes tales esse debent. duo tali de virgâ præcisi, quos tenos vocant: quorum vnus signo crucis innotatur, alius purus dimittitur, & lanâ mũdâ inuoluti, super altare seu reliquias mittuntur; & presbyter si adfuerit, vel si presbyter deest puer quilibet, vnum de ipsis sortibus de altari tollere debet, & interim Deus exorandus, si illi septẽ qui de homicidio commisso iurauerunt, verũ iurassent, euidenti signo ostẽdat. Si illũ qui cruce signatus est sustulit,

α l. 3. fol. 62.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit,tunc vnusquisque illorum septem faciat suam sortem,id est, tenuum de virgâ,& signet signo suo;vt eum tam ille,quam ceteri qui circũstant,cognoscere possint,& obuoluãtur lanâ mundâ, & altari seu reliquijs imponantur, & presbyter si adfuerit, si verò non,vt superius puer innocens,vnumquemque illorũ sigillatim de altari tollat,& ei qui sortem suam esse cognouerit rogat, cuius sortem extremam esse contigerit, ille homicidij compositionẽ persoluere tenetur,ceteris,quorum sortes priùs leuatæ sunt,absolutis.] Si ritus etiam communis Francis fuit, *certare cruce* non foret aliud,quam sic indicio crucis contendere;&*stare ad crucem* foret, conuenire cum aduersario;vt stent ambo crucis iudicio.quod fortè veriùs.

3.huc pertinet sortitio illa quatuor Cõstantinopolitani imperij candidatorum, Alexio Murziphlo superato; quam, Bonifacius Comes Montisferrati, Balduinus Flandriæ Comes, Ericus S.Paulli,& Dandulus dux Venetorum,pacti:vt in ede Apostolorum, pro numero candidatorum, quatuor calices ordine collocarentur;quorum vnus solus hostiam sacram contineret,ceteris vacuis;eosque totidem Sacerdotibus traderet, vt ad cuiusque Principis nomen vnum tollerent, & eis redderent:imperium verò illi deferretur,cui calix obtigisset Christi domini corpus & sanguinem continens. Sed meritò post illis pactio ista displicuit,& ius designandi quem vellet, communibus suffragijs in Dandulum contulerunt. narrat Nicetas *in fine Annal.*

4. huc pertinent quidam olim qui res aliquas abiecêre, vt ex earum recuperatione cognoscerent,sibi delicta sua dimittã à Deo. hoc enim est Deum tentare;nec licet,nisi habitâ reuelatione ad hoc faciendum: quod credendum de S. Attilano Zamorensi,de quo Marineus Siculus *lib.5. rer.Hispan.* & de S. Arnulpho ex Lotharingiæ Principe, Eremitâ, & Metensi Episcopo,de quo Fulgosus *lib.6.c 9.*

Hæc de cunctis Magiæ generibus dicta,& terminus sunto Tomi Secundi.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM TOMI II.

A.
Aaronis virga. 239. L.
Abbates tres philtro necati 17.F
Aborsus per maleficia. 38.39. A
Abortiui excisi à magis. 34. D
Abraham an propheta. 135. C
Abraham Genethliacos conuicit, 264. E
Abrahamij humilitas. 183. M
Abrahæ seruus signum petijt. 206.
Abstracta pro concretis. 144. B
Achaia quo liberos modo per ignem lustrarit. 283. H
Achatæ potus. 240. L
Adamas surrum. 206.
Adamæ præmotio. 270.
Adores per cutem prodeuntes,&c.56. A
S. Adalbertus. 188. P
S.Adalberti Anathema falsum, quod est Adalberti hæretici. 128. O
Adalphi scribonij probationes reiectæ. 285. A
Adonæorum veterum superstitio. 237. K
Aeacidæ somnium. 285. E
Aegyptiaci dies qui, fusè dictum. 109. B
Aeromantia. 227. G
Aesculapij templo cubabant. 153. D
Aetheriæ peregrinatio. 288. F
Aetherius participes prophetæ quomodo.
Agathodæmon. 287. F
Agonalia. 20. G
Agrippinæ hæretici calumniatoris mors.306. B
Alcoranus membrana. 237. K
Alcoranum visio. 204. B
Alcoranum pertus. 38. A
Alcoranus liber nefarius. 251. P
Alexandri somnium. 194. Q
Alexandri mors prohibita. 242. A
Alexandri Magni somnium. 248. P
Alexander & Hymenæus. 81. F
Alexandri Magni somn. 276. F
Alexandri Magni visio. 148. F
Alexandri Medicis percussor præsignificatus 277. C
Alexandrinorum βλασφημίαι. 265. E
Alexius Bramas. 263. E
S. Aloysius à tentandus. 284. R
Alphonsus rex Aragonum.91 I.264.E
Alphonsus sapiens Rex Castellę per astrologiam deceptus. 264. E
Alphonsus 1.rex Neapolitanor. 135. B
Alphitomantia. 231. H
Alsatica superstitio. 235. I.
Althææ stipes fatalis Meleagro. 42. C
Aleuromantia. 235. H
Amasis maleficiatus. 68. D
Amatorium maleficium quam noxium menti & corpori,& quare. 16. F
Amatorij veneficij materia,& exempla. 5.A
Amatorione solo maleficio abutantur rebus sacris? imo & alijs maleficijs Sacramenta prophanant. 9. C
Amatoriorũ veneficiorum huius qui descriptio,& sacrilegia varia. 5.8. A
Amatoriorum maleficiorum ingredientia, seu materia. 16. F
Amatorijs veneficijs voluntas cogi non potest,bene turbari concupiscentia, & sanguis effervescere &c. 10. 11. cum seqq.
Amethisti gestatio superstitiosa. 238. L
Amniomantia. 237. K
Amoris præses quidam Dæmon. 65.
Amoris remedia naturalia, superstitiosa, & diuina. 20. cum seqq. G
Amphiarai templum vaticinum. 153. D
Anà,quid Cabalistis per Aleph finale,& quid per Aim. 121. L
Anamisapta quid, & vnde ductum, fusè discutitur. 121. L
Anabaptistarum somnia. 285. E
Andronicus Imp. 220. E. Sacrilegus.304.C
Angela Boëma. 172. A
Angeli populorum custodes. 261. D
Angelis data prophetia cur. 135. C
Anguilla perfecta electa per posticum,& postea simulacra fatus solita omnia. 51. C
Animalia an ipsa prænoscant, quod significant. 270.
Animalium noxiorum exorcismi & coniurationes quæ licitæ. 116. I.
Animantium præsagia. 269. D
Annos & tempora qui colant. 111. B
Annulo quodam empto Princeps deceptus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ludo 226. G
Antechristi nomen cur per 666. significatum, 250. P
Antechristi tẽpus vanè prædixere omnes. 263
Anthropomantia. 236. I
Antigonus. 287. F
Antipathia hominis cum dæmone. 183. R
Antonius Cardinalis Granuellanus. 248. B
S. Antonij regula ad discernendas reuelationes, explicata. 183. R
D. Antonio consecrandi porcos origo & ritus. 118. I.
Antonij verderij error. 275. A
Antonij Tiberti Cesænatis diuinatio. 274. B
Apollo Myricæus. 237. I
Apollo Ismenius. 234. H
Apollinis varia oracula. 208. A
Apollonius Tianæus. 205. C
Apollonij Tyanæi iactantia. 219. C
Apostasia à fide. 81. E
Appa & Gela vt curatæ castitatem. 23. G
Apparitiones Angeli, & Deiparæ. 310. E
Aqua an oderit maleficas? quod nõ 338 340. B
Aquæ ascensus maleficus. 47. A
Aquæ rarefactio & condensatio facillima. 61. B
Aquarum præsagia. 269. G
Aquila Ponticus cur pulsus ab Ecclesia, 257.
Arabs significat latronem. 253. A
Aranea specie dæmon. 81. F
Arbitrium liberum absolutum Iudicibus nõ competere. 360. H
Arborũ, herbarũ & florum prognostica. 269.
Arcarius dæmon in Misnia. 210. B
Aretinorum fons. 222. E
Argentinenses quidam hæretici. 328. N
Ariobaldus Dux Longobardorum. 80. E
Ariopharnis Thracum regis iudicium. 135. B
Ariolatio quid & vnde dicta. 230. H
Arithmantia duplex. 250. P
Arlunæ Scythicæ. 216. I
Arma maleficio imbuta, gladius, annulus &c. 37. E
Armorici Baronis infanticidia. 71. A
Arnulphus Lotharingiæ dux. 373.
Arnobij somnium. 286. F
Aronenses energumenæ quomodo à dæmone vexatæ & quædam liberatæ. 180. K
Arreptitij seu obsessi. 211. B
Arreptitiorum reuelationes falsæ. 161.
B. Arsenius. 193. Q
S. Arsenij doctrina de dæmonum ludis & varijs insidijs. 190. P
Ascletarionis prædictio & mors. 261. E
Asini veneratio. 228. G
Aspidomantia. 269. G
Assassini qui. 42. B
Assumere quid. 151. B
Assyriorum sortitio in bellis. 245. F
Astra non sunt certa omnium euentuum signa. 259. D
Astragalomantia. 244. P.
Astrolatri. 266. F
Astrologi qui excusandi. 206.
Astrologi quę nequeant prędicere 256. & seqq.
Astrologi sæpè habẽt pactũ cũ dæmone 212. &
Astrologi sæpè habẽt pactũ cũ dæmone 212. & curant. 30. E
D. Bernardinus Senensis fontem diuinationum obstruxit. 222. E
Bestiarum maleficorũ summa impietas. 30. E
Birgitta Sueca & eius reuelationes defensa. 171. H
Bitellensis dæmon. 76. B
D. Blasij patrocinium animalium. 118. I
Blasphemorum pœnæ & exempla. 81. F
Bohemici Magi præstigiæ. 53. L
Bohemæ fascinatę viros occidere. 65. C
Bohemus à canibus deuoratus. 80. E
Bononiensis vetula combusta per indicium probæ aquæ. 346. D
Bonum hominis rei quod. 125. N
Bonum iudicantis quod. 125. N
Bruti cur à dæmone vexentur. 74. A
Bubo inimoris suasu Diabolus solet impedire homines. 135. N
Bubones nocere possunt, sed rarò, maleficiati. 71. A
Bubonomantia. 236. I
Bufones præsagium. 270.
Bundolarum oraculum. 210. B
Buonicentium oniropolia 278. A
Burro infœlix Hispanus aleator à dæmone in ludum sublatus. 86. G
Burgensi miracula duo. 323. K
Burgidia Scota. 172. H
Burta fulmina. 242. M
Bustellensis mulierculæ diuinatio per somnium discussa. 287. F
Burchardus Halberstadiensis Episcopus. 308. B

mors. 278.
Calina Franc. regina, saga. 162.
Calistum fanaticus qualis. 201. A
Calistus Imp. 219. C
Calistus Pseudomonachus. 11. E
Camera missam irridens. 89. H
Beelzebub Numen Accaron, 207.
Begardi. 162. D
Beghini & Begardi. 165. E
Belomantia. 245. 246. P
Bene vocare animalibus superstitiose non licere. 118. I.
Benedictionis mensę omissio noxia. 83. G
Berlenses maleficę quo pacto glaciem procurent. 30. E
D. Bernardinus Senensis fontem diuinationum obstruxit. 222. E
Bestiarum maleficorũ summa impietas. 30. E
Birgitta Sueca & eius reuelationes defensa. 171. H
Bitellensis dæmon. 76. B
D. Blasij patrocinium animalium. 118. I
Blasphemorum pœnæ & exempla. 81. F
Bohemici Magi præstigiæ. 53. L
Bohemæ fascinatę viros occidere. 65. C
Bohemus à canibus deuoratus. 80. E
Bononiensis vetula combusta per indicium probæ aquæ. 346. D
Bonum hominis rei quod. 125. N
Bonum iudicantis quod. 125. N
Bruti cur à dæmone vexentur. 74. A
Bubo inimoris suasu Diabolus solet impedire homines. 135. N
Bubones nocere possunt, sed rarò, maleficiati. 71. A
Bubonomantia. 236. I
Bufones præsagium. 270.
Bundolarum oraculum. 210. B
Buonicentium oniropolia 278. A
Burro infœlix Hispanus aleator à dæmone in ludum sublatus. 86. G
Burgensi miracula duo. 323. K
Burgidia Scota. 172. H
Burta fulmina. 242. M
Bustellensis mulierculæ diuinatio per somnium discussa. 287. F
Burchardus Halberstadiensis Episcopus. 308. B

C

CAdauera quomodo lancinent siue in patibulis, siue inhumata. 34. D
Cælorum influentiæ possunt species in fantasia producere. 282. C
Caietani quædam sententia explicata. 101. A
Caietani excusatio reiecta. 107. D
Calix pro sorte. 291. B
Caligulam Cæsonia sustulit. 17. F
Calliæ templum in Gargano. 153. D
Calumniatores Sanctorum puniti 81. E
Caluini error de baptismo. 359. B
Caluiniani amici dæmonum, eorum parcunt imaginibus, varia exempla. 76. B
Caluiniani osores virginitatis. 80. E
Caluinistæ præcursores Antichristi. 47. A
Caluinistarum reuelationes. 197. & 198. R.
Caluinistarum vexillum effigie dæmonis insigne. 76. B
Cambronensis Deiparæ imago. Duellum. & miraculosa Clinici victoria. 310. E
Cameracenses quidam hæretici. 327. N
Campanarum ostenta mira. 267 B
Cananęus significat mercatorem. 253. A
Canonistarum quorumdam error. 357. I
Capnomantiæ species. 233. H
S. Carilefus, 94. I
Carnium esus. 21. G
Carolus Magnus Imp. 136. B
Caroli Regis Franc. morbus ex maleficio. 37
Caroli Calui auiditas. 320. I. 331. P
Caroli Manrfeldij Comitis mirus morbus ex maleficio. 51. B
Carnifex à malefica læsus in ipsâ iustitiæ exe cutione. 32. C
Carnifex a malefica iam rogo mandanda læsus afflatu. 71. B
Carthaginensis mulier ex falsa reuelat. causa schismatis. 158. B
Catarinæ Raconisiæ reuelationes. 184. R
Catharinæ V Valtheri mirus morbus ex maleficio. 50. C
Catharinę Senensis reuelatio de concept. B. Mariæ virginis discussa. 174. I
Catarina Bononiensis decepta. 159. C
Catholici & Ariani Episcopi certamen. 325. M
Catonis dictum acutum. 104. C
Catoptromantia. 223. F
Catoptromantia in cuspide splendenti 246. P
κάτοχος, & κατοχὴ 152. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cautelę pro aqua frigida reiectę. 346.347.E
Celtæ dicti Germani. 222. E
Cephalæonomantia. 228. G
Cereris oraculum. 224. F
Ceriti & Cererici. 54. C
Ceromantia. 236. I
Certamen duorum veneficorũ mirabile. 31. C
CHABAR quid, vnde CHABARIM. 246. P
Chaldæi qui dicti. 255. A
Charibertus. 205. C
Childericus rex Franciæ. 162
Chiromantia quotuplex, & quæ licita, quæ contra. 275. A
Chiromantiæ scriptores, prohibitæ lectionis. 276.
Chorion. 237. K
Choſen seu Eſſen. 140. A
Chriſtus quo sensu propheta. 137. F
Chriſti Domini factum cæcũ sanantis. 120. L
Chriſtianis eur obiecta infanticidia. 36. E
Chriſtianus Comes de Oldenborg. 321. I.
Chriſmatis vis. 89. A
Cineraria diuinatio. 234. H
Circi Byzaceni statuæ fatales. 45. C
Ciſterna in Aphaceno templo. 221. E
Citatio ad comparendum coram Deo & varia eius exempla. 305.
Cleidomantia. 228. G
Clemens V. citatus coram Deo. 306.309. B
Clementis octaui bulla. 316. G
κλαδοσισικὴ. 104. C
κλαδονίζειν quid, & κλαδόν. 219. C
Cluniacenſes monachi Alphonſum Regem Aragonię ex purgatorio educunt. 93. I
Cogitationes an notæ dę moni. 205. B
Cogitationes quopacto Magi diuinẽt 204. B
S. Coletæ prudens humilitas. 160. C
Colonienſis virgo. 82. G
Colophonij vates. 210. B
Cometarum significationes. 267. A
Comitiſſa fectę Caluinianę venefica & adultera iuſſu mariti occiſa. 58. B
Conceptio B. Virg. Deiparæ immaculata defenſa contra quandam prætenſam reuelationem. 174. I
Confeſſionis vis. 17. A. 327, 328. N
Congelatio. 152. C
Cõiectatio quid. 137. B. quotuplex. 252. A
Coniectatio iudiciaria ex aſtris quatenus licita. à fol. 253. A
Coniugibus vitanda philtra. 19. F
Coniugum intemperantia. 79. E
Conrad. V Vimpina multa ſubſegit clam et Pico. 247. Q
Conrardi Marpurgij inquiſitio. 312. I
Conſtantini Stethati aſtrologi diuinationes 263. E
Conſtantinopolitani Circi maleficæ insignes. 44. C
Conſtantinopolitanum imperium quo pacto ſorte obuenerit Flandrię comiti. 273.
Coponus ſicarius. 278. C
Contradictiones defenſoris probę agnæ frigidæ. 341. D. 347. E
Contumaciæ inobedientiæque pœna. 77. C
Cornicis præſagium. 270.
Corpus imago animi. 275. B
Corporis diſpoſitio quam expoſita illuſionibus. 166. E
Corpori naturaliter ferrum & alia metallica certo conformata artificio innaſci non poſſe. 58. B.
Corpori humano ex malis humoribus intus dum dura, vt tophos, ſpinas, conchylia &c innaſci. 58. B
Coſcinomantia. 227. G
Craſſus. 107. D
Cratetis impium conſilium. 20. G
Creaturæ quo modo laudem Dei nobis proponant. 341. B
Cribro diuinare. 227. G
Criſtallomantia. 224. F. pœnalis.
Critici dies vnde ſumendi. 20. F
Critomantia, & Crithriæ mulieres. 235. H
Crucifixi imago ſanguinem fundens. 48. A
Crucis ſignum quam vim habeat. 219. K
Crucis ſignum contra illuſiones. 175. K
Crucis ſignaculo diſcernũtur illuſiones. 165. M
Crucis ſignum opponere viſioni ſeu reuelationi. 194. Q
Crucis ſignum prætermiſſum noxium. 84. G
Cruce certare quid. 372. 371.
Cubabant olim in templis ad ſomnia capienda. 153. D
Cubomantia. 244. P
Cultrum excernens deglutitum. 59. B
Curioſitas. 95. I
Cyaneæ ad Lycum. 221. E
Cyrus. 287. F

DABAR. 150. A.
Dactylomantia, 226. F
Dæmon pro anima apparet euocata. 219. G
Dæmon cur vtatur ætate puerili ad diuinationes. 166. I
Dæmon quædam per ſe non æquè poteſt ac per alios. 97. A
Dæmon cur potiùs per alios quàm ſe, maleficio noceat. 96. A
Dæmon non habet corpus aëreum, nec aliud 96. A
Dæmon alligatus loco per Magum. 63.
Dæmon maleficas ſuſtinet, ne mergantur. 336
Dæmon ſomnijs deludens. 63.
Dæmonis fraudes in oraculis reddendis. 204
Dæmoni permittit Deus aliquando lædere, & iudices decipere. 349. A
Dæmonis ſe deuouere vel eum inuocare quã periculoſum. 82. 85.
Dæmoni homines tradendi poteſtas. 61.
Dæmonem aëreum corpus habere, error. 371
Dæmones quidam lenones. 11. B
Dæmones quæ occulta queant reuelare. 200
Dæmones Lutheri & Zvvinglij anteambulones. 47. A
Dæmonum conuiuia ſunt calamitates hominum. 1. A
Dæmonum miniſterio non licere vti, nec ad bonum. 119. K
Dæmoniaci obſeſsi & poſſeſsi quo modo differant. 62
Δαιμονόφυτοι. 54. C.
Danielis liber ſomnialis. 280. A
Daphnomantia. 236. I
Deus cur maleficia permittat. 74. cum ſeqq.
Deus cur permittat homines à dæmone poſſideri. 64.
Dei gloria reſultans ex maleficijs. 74. A
Dei prouidentia in tuendis & dirigendis iuſtis maleficij quãta & qualis. 355 & 356
Dei prouidentia quæ in tolerandis ſceleribus malef. 71
Dei ſanctitas, clementia, ſapientia, potentia, iuſtitia. 74. & 75
Demoniſti poſſunt eleemoſynas, & ſpiritualia remedia. 93. I
Dementia breuis ac ridicula per maleficium. 51. C
Depoſiti negatio. 84. G
Deſidia ſeu ſegnities. 21. G
Deſperatio. 95. I
Deſpuendi in ſinũ ſuperſtitio auerſoria 26. C
Deſpuitio in ſinum ſuperſtitioſa. 13. E
Detractionis pœna. 77. C
Deuotionis ſeu execrationis maleficium. 61.
Diabolus quomodo inducat in gulam & libidinem. 190. P
Diabolus in iudicio militis patronus & liberator. 85. G
Diabolus vnumquemque decipit per ea, quę quiſque amat. 166. E
Diabolus quomodo mundi rex ſecundum Lutherum, & quomodo ſecundum Catholicam veritatem. 27. B
Diabolus quomodo Deus ſeculi dicatur 28. E
Diadumenus vnde dictus. 237. K
Didaci Ordonij duellũ cũ Zamoranis. 312. E
Didius Iulianus. 223. F
Dies SS. Pauli, Vincentij, Vrbani, Ioannis, Annunciationis. 109. B
Dierum fauſtorum vel infauſtorum obſeruatio. 108. B
Dina foſſa. 236. H
Diophanes magus. 217. G
Dirę. 243. N
Diſcretio experimentalis, quid & quæ nomina eius. 157. A
Diſcretio ſpirituum doctrinalis quę. 157. B
Diſcretionis ſpirituum donum quid. & de duplici eius modo. 156. & ſeqq.
Diuinatio quando & quale peccatum. 251. A
Diuinatio quotuplex. 208.
Diuinatio quale peccatum, ſiue quæ hæretica, quę non. 206.
Diuinatio in S. S. an ſemper in malum ſumitur. 134. A
Diuinatio qualis permiſſa. 206.
Diuinatio malefica per plumbum liqueſactũ & aquam. 49. A
Diuinationis definitio explicata, & quomodo differat à vanâ obſeruantia, prophetiâ, coniectatione, quarum ſit rerum. vnde dicta. ſollemnia, inſtrumenta. 199.
Diuinationis à prophetiâ & coniectatione diſcernendæ canones. 205.
Diuinationi recipiendæ quę diſpoſitio apta. 135. C
Diuinationem explicitã illicitam eſſe. nemo Chriſtianus poteſt licitè ignorare. 207.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuinationes cum pacto expresso seu explicito. 208.
Diuinatores astrologi ex repub. eijciendi. 266. F
Diuinatores consulere non licet. 207.
Diuinatoria sors illicita. 365. K
Diuinatoriæ sortis species. 244. P
Doctrina, & eruditus quid vulgato interpreti. 141. B
Dodecaedron. 248. Q
Dodonides columbę quales. 209. B
Donatistæ Sacrilegi. 89. H
Dracus Londinensis. 198. R
Dubium quid, & quando in dubijs mitior sententia sequenda. 124. N
Duella omni iure prohibita docetur. 312. 315. E
Duella quando Principes possint permittere. 315. G
Duellorum causæ. 310. ritus. ibid. E
Duellorum incertitudo & iniustitia. 312. E
Duellorum variorum exempla. 311. E
Duffus rex. 42. G
Dulcinistæ. 165. E
Dunstanus ignita forcipe nasum larvæ comprehendit. 181. K
Dura & crassa quopacto dæmon queat verè aut falsò corpori inferre. 58. B.

E

Ecclesiæ precationes quam vim habeant mala repellendi. 119. K
Ecclesię non obedire est. M. pecca. 301. I
Ecclesiasticas cærimonias superstitiosis ritibus conferre blasphemũ & impiũ est. 121. L
Electiones astrologicæ. 253, A. 255. B
Eleemosyna potest sortito haberi. 290. A
Eleemosyna data sagis an periculosa. 88. H
Eleemosynæ vis. 88. H.
Eleemosynam denegantes fascinari. 89. H
Eleemosynæ defunctis prosunt. 92. I
Eleemosynis impetratæ res an efficaciores. 115. G
Eliæ humilitas. 193. Q
Elizęus cur psalten requisiuit. 134. B
Elizabetha Crostha. 198. R
Elizabethę Barthonæ vaticinia. 198. R
Elementa tantũ sunt tria: nullum ignis. 267. A
B. Eleutherius. 77. C
S. Elphegus. 189. O
Elymas magus. 57. A
Elzana maleficus. 29. E
Energumeni tot cur tempore Christi. 75. A
Energumenorum corpora an possit Dæmon subingredi & quo id pacto. 61.
Energumenos veros reperiri, & qui tales sint. 61.
Enguerrani Marignani vxor maleficæ. 430
Enthusiastæ hæretici. 285. E
Epachij pœna. 89 H
Ephemerides pastorum, & rusticorum, & nautarum vnde natæ. 270.
Ephesiorum notæ quæ. 248. Q
S. Ephrem. 158. C
Ephialtes, seu Incubus morbus. 282. C
Ephod quid & quotuplex. 140. A
Epileptici apti maleficio. 46. A
Epileptici patent falsis reuelationibus. 166. P
Epitheles Messenius. 285. E
Erichtus magia. 216. C
Erkimbaldi de Burban factum & miraculum Eucharistię perceptio. 305. C
Error iuris, quis peccatum. 359. H
Euangelium. 150. A
Euangeliorum liber incombustus. 381. K
Eucharistia quo modo exitiũ sit sumẽtibus. 301.
Eucharistia verè ad salutem instituta. 301. B
Eucharistia contempta, & formidata. 299. B
Eucharistię sacramenti forma à Deo indicata. 223. M
Eucharistię miraculum. 9. C
Eucharistiæ sumptæ purgatio, defensa exemplis & ratione contra Hotomannum Caluinistam. 299. B
Eucharistiæ vis. 57. A. 89. H
Eucharistiæ contemptę vltio. 81. F
Eucharistiam indigne sumentiũ pœnæ. 104. C
Eucharistiâ abuntur malefici. 67. A
Eucharistica sortitio. 373.
Eucharistięę purgationis formula & cautio. 300. B
Euchete infanticidę. 4. B
Eulalij fiscella incombusta. 385. K
Eulogij somn. 256. E
Eustachius Abbas 306. B
Excõmunicatio lata in duellistas explicatur. 317
Excommunicationis contemptus. 50. H
Execrationũ seu Dirarũ in seipsos exẽplum. 82.
Exorcismi vis cum missę sacrificio. 83. G
Exorcismorum formulæ quę licitę. 117. I
Expuere in faciem visi. 187. N
Extasis seu raptus prophet. 151. C
Extatici. 211. B
Extispicina. 231. H

F

Facies index animi. 273. B
Famagostani Turcæ vaticinia. 203. B
Fanatici seu Enthusiastæ. 211. B
Fascini definitio. 26. C
Fascinatio quid latè, & strictè. 24. B.
Fascinatio quid secundum vulgus & hæreticos. 24. B
Fascinatio illa vulgaris quam erroris originẽ habeat. 27. D
Fascinatio vulgi fabula & superstitio est. 25. C
Fascinationis vera causa, refutatis falsis. 25. B
Fascinationis remedia quędam superstitiosa 27.
Fœni & furiosi cur sæpius diuinent. 135. C
Feminæ quomodo amore liberata. 20. G
Fœtus Malleoli liber pro superstitiosis orationum formulis discussus & confutatus. 115. cum seqq.
Fœminæ facilliores decipi. 166. F
Fœminarum reuelationes quomodo examinandę. 166. G
Ferdinandus III. Castellę Rex. 308. B
Ferdinandus Daualus natus galeatus. 237. K
Feris erepta in magicis. 14. D
Ferrantis comitis flandriæ matrem dæmon decepit. 204. C
Ferri candentis miracula. 319, I. 321. I. 322 K 327. K
Fidelæ tribades. 227. G
Fidelium Hydromantia. 222. E
Fidelium violatio. 95. I
Fides vera requiritur ad prophetiam, Fides quæ operetur in sanatione. 124. N
Fides remedium contra maleficium. 57. A
Fidei vis contra illusion. 180. K
Fiducia & custodia sui. 187. P
Filum collo commensuratum. 240. L
Filia maleficij amatorij qualia. 14. E
Finis bonus solus non facit actum esse bonũ aut legitimum 353. F
Fœni malefici balistarij. 41. A
Florentina mulier. 55. A
Florẽtinus diuinatio. 229. G
Forma nocet pudicitiæ. 22. G
Forma probæ aquæ frigidę in maleficijs. 334.
Forma ferri consecrandi ad Iudicium. 318. I
Formæ verborum quæ permissæ quæ non in . medicinis. 122. & 123.
Formula probæ aquę feruentis. 331. P
Formulæ curationum superstitiosæ multæ. 126. cum seqq.
Franciæ aula superstitiosa in dierum obseruatione. 112. B
Franci vsi ferri candentis indicio. 313. H
Franciscus Dux Armoricorum. 309. B
D. Francisci exemplo se virgo volutat in niue. 180. K
Francisci Borgiæ reuelat. 184. R
Francisci de la cruz delusio, hæresis, falsæ prophetiæ; supplicium, & historia. 167. G
Fresaia seu strix auicula. 4. B
S. Friar di prudentia. 184. M
Fridericus III. Imp. 136. B
Fridericus Dux Austriæ. 17. F
Frisonum superstitiosa sors. 372 373.
Frumenti auersio per maleficium. 40. A
Fulicum præsag. 269. D
Fulminis vis in penetrandis solidis. 61. B
Furi oculus quo pacto excutiendus, vt cognoscatur. 127. O
Furtum concipere per lancem & liciũ. 240. L
Futurorum scientia quopacto reseruata Deo. 256. C
Futurorum contingentium cognitio cur solius Dei. 138. F

G.

Gagates in diuinatione. 228. G.
Gaianus mimus. 82. F
Galea nascentium. 237. K
Galeacius vicecomes maleficiatus. 68
Gallicenæ fœminæ. 210. B
Gandensis virginis propter superbiam illusio 183. M
S. Gangulphi vxor adultera detecta & punita. 351. Q
Gastromantia. 223. F
Geilæ mors. 81. E
Gelo, quæ Mauritio insidiata. 4. B
Genebaldus Laodunensis lapsus & pœnitens, & quàm obediens D. Remigio. 182. L
Geneuenses venefici. 30. E
Geomantia. 247. Q
Germani proba aquæ vsi. 331. P
Germanorum mos quidam discussus. 232. H
Germanorum superstitio. 222. E. 228. G.

242. M. 245. P
Germanarum fœminarum diuinatio. 222. E
Gertrudis. 172. H
Gladij mucronem tres digitos longum excernens. 60. B
Glandú triú præsagiú superstitiosum 269. C
Gnostici Magi & infanticidæ. 4. B.
Gnosticorum Magia & visceraciones & infanticidia. 36. E
Goetiorum iconoclastia. 78. B
Goninus magus Parisiensis, illusit iudici in ipso supplicio, vicariâ sibi mulâ in patibulo relictâ. 73. B
Gosuuini Comitis mors. 88. G
Gotfridus Schlussel. 83. G
Gotholanus Nauarchus. 309. B
Græcorum nomine qui significentur in S. S. 147. B
Grando & glacies eadem specie. 268. B
Gratiani error. 329. N
S. Gregorius Agrigentinus. 81. E
Gregorius VII. Papa. 299. B.
Gregorij XIII. laus & bulla. 314. F. G
Gualtherus Turgensis. 306. B
Guilhelm. Aquitaniæ Dux delusus. 183. L
B. Guilh. Roscildensis. 188. P
Gula etiam leuis religiosæ punita. 96. H
Gunda mulier viri veste assumpta monasterium ingrediens punita. 94. I
Gundizaluus Fernãdez de Corduba. 307. B.
Gastronensis faber magus. 229. G
S. Gutlacus. 189. O
Gygis annulus. 226. F

H

Habitus optimus periculosus, & nitor solito maior suspectus 170. D
Hadrianus VI. Papa. 262. E
Hæretici fictores reuelationum, vt fuere { Cherinthus, Marcus Magus, Montanistæ, Donatistæ, Archontici, Manichæi } 162.
Hæretici dæmones expellere nequeunt. 76. B
Hæreticorum prophetæ mente capiebantur, exempl. prob. 152. C
Hæreticos misè ignis semper vlciscitur, exemplis duobus id confirmatum. 327. 328. N. 332. P.
Hæreticos reiecit aqua. 362. I
Hæresi flamma quòd vmbra corpori. 318. N
Halitu & aflatu maleficæ fascinant. 3. B.
Hannoniæ energumenę quæ fingens se sacerdotissam & consecratam exemplũ. 170. 227. 237. K
Haraldus Hybernus. 323. K
Haruga. 230. H
Haruspicina vnde dicta, & quid. 230. H
Hebręi astrologi causa idololatriæ & iconoclastię 263. E
Hecate vel Heroibus infestati. 54. C
S. Helenę falso ascripta oratio. 117. O
Heliogabalus. 236. I.
Heliæi gestus puerum suscitantis. 120. L
Heluetia Saga 71. A
Heluetia obstetrix puericida. 3. B
Helueticæ duæ maleficę aflatu leprales fecere 51. C
Henricus Imperator. 259. D
Henricus Moguntinus Episcopus. 308. B
Herbæ & festucæ maleficę, quæ suspergendo quis fascinatur. 2. B
S. Herebertus 159. C
Hermetis Malatestę mors. 273. C
S. Hermannus Steinfeldensis. 187. P
D. Hieronymus crucis signum adhibuit tentationi 120. L
Hieronymi Cancellarij Mediolanensis annales, 226. G.
Hieroscopiæ descriptio accurata. 230. colleg.
D. Hilarion dæmonem quem Magus immiserat è virgine expulit. 63.
Hildebrando puero omen oblatum mirum. 240. L
Hildegardis. 172. H 183. Q
Hippe. 5. A
Hippomanes. 5. A 17. B
Hispani Catholici contra Arianum certamen. 322. K. 332. P
Hispanorum militũ oratio superstitiosa vulnerum curandorum. 114. H
Historis filia Tirestę. 38. A
Homicidij pœna. 80. E
Homicidia magica. 34. D
Hominum generi ex maleficorum scelere vtilitates natę 75. A
Horror & lętitia ex reuelatione. 183. R
Horomanni temeritas castigatur. 301. C
Humilitas necessaria contra illusiones. 134. L
Humilitatis vis contra illusiones. 361. D.
Humilitatis vis contra dæmones. 361. D. Hydro-

Hydromantiæ species variæ. 220. E. 234. H
Hypocrisis prudens facinus. 22. G

I.

Iacobi Richij libellus confutatus, à sol. 335. A. cum seqq.
Iacobi Brochardi Caluiniſtæ reuelationes. 227. 237. K
Iacobus Sprenger Inquisitor. 51. C.
Iacobus eius colloquium cum Alexandro. 143. B
Iannes & Mambres. 197. A
Iannes seu Iannes Theophili præceptor, Pamphilę, Magus. 223. E
Idolorum furtum valde detestantur. 316. H
Idololatrię species. 235. H
Idololatrium. 238. K
Ieiunium diuinatio, & quid. 237
Ieiunium necessarium ante Missę celebrationem. 30. H
Iehoiadæ vxor. 207
Iesu nominis virtus liberat puerum à dæmonum potestate. 87. G
Iesu nominis efficacia. 122. L
Ignorantia quæ in Diuinatione excusat. 207
Ignorantia quæ à peccato excusat. 338. H
Illuminati hæretici. 162. D. 165. E
Illusionum per reuelationes excusationes disquiruntur. 161. D
Imago maleficæ. 49. A
Imagines maleficæ amatoriæ. 16. E
Imagines vel statuæ maleficæ, & varia exempla. 42. C
Imagines maleficæ ex cerâ, terrâ &c. 8. 9. A
Infantum baptismus & alij ritus. 9. A
Imagines astrologicæ. 254. A. 255. B
Incantatorij magi. 229. G
Incredulicordia. 89. H
Impedimentum perpetuum quod. 68. D
Impræcationum mala & vltiones. 77. C
Incubi dæmones Sathanæ traditus 79. E
Incubi solita à maleficis. 14. 15. E
Incubum complicum. 354. G
Indolentiam seu patientiam tormentorum quomodo procurent maleficæ. 71. A
Indum totus inter dæmones. 87. G
Infantes proprij occisi & comesti à maleficis. 30. E
Infantium cædes. 4. B
Infantilium cur sæpius noceant malefici maxime non baptisatis quæritum & cur Deus hoc permittat. 70. A
Infanticidium. 33. D
Inferni ostia varia. 211. C
Inferrationis maleficium. 56. A
Iniuriæ quomodo remittendæ ex Dei præcepto. 119. K
Intentio quæ excuset à peccato. 125. N
Inuidia & odium proximi. 79. D
Ioann Morechazarius maleficus. 44. C
Ioann. de Varenis. 193. Q
Ioannes Fiander Esthonensis Deiparæ defensor. 310. E
Ioannes Galeacius astrologum strangulari iussit. 264. E
S. Ioannes Gualbertus. 125. M
Ioannes de rupescissâ. 166. E
Ioannes Sagus, & Iohan. de rupescissâ. 157. R
Ioann. Stadij vanitas. 254. A
Ioannis Tursonis mors. 308. B
Ioan. Bentiuoli sæuitia. 277. C
B. Ioannis die succensę pyræ, & vnde mos. 232. H
Ioanna Petiere saga causa vexationis totius monasterij vbi degebat. 163. D
Ioannæ virginis Lotharingæ reuelat. defensæ 184. R
Iob à dæmone plagatus. 45. A
Ionathæ sors, & petitio signi. 206.
Ionæ tempestas. 206.
S. Iordanes illusus non semel. 186. N
Iosephi sortitio & virga. 239. L
D. Iosephi nomen cur datum cuidam. 188. P
Iouis Dodonæi, Ammonis, Trophonij oracula. 20. A
Iouius notatur. 273. C. scriptor superstitiosus. 237. K
Iprensis Episcopi sententia defensa. 124. H
Ira etiam leuis. 96. H
Iridis & similium præsagia. 269. C
Irrisio virorum Sanctorum. 94. I
Isaacius Imp. de imperio deiectus. 201. A
Isaacius Angelus. 221 E
Italus veneficus Cathar. Mediceæ. 32. C
Italorum hodierna hydromantia. 222. E
Iudæi perfidia, duellum & supplicium 310. E
Iudæi crudele pactum fœneris. 136. B
Iudæi dictum acutum de astrologia. 258. C
Iudæi vnde dicti adorare caput asini 228. G
Iudæorum idololatria in captandis somnijs. 154. D
Iudex sine causâ idoneâ non potest recedere à com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

à communi opin. 371.
Iudex improbus damnatur. 93. I
Iudici non licet quâ vult pœnâ infligere 352. F
Iudices peccant bonâ intentione probâ aquæ frigidæ vtentes fusè doctum. 359. H. 363. K
Iudices quæ sub mortali facere & scire teneantur. 359. H
Iudices ac ne Principes quidè lege plane soluti. 350. H quopacto legibus astricti. 361. H
Iudices cur veritatem non assequantur in sagarum iudicijs. 362. I
Iudices non possunt inquirere in planè occulta. 365. K
Iudices an possint vti plenitudine arbitrij. 360. H
Iudices isti aquarioli quæ docendi. 362. I
Iudicis hac proba aquæ frigidæ vtentis pœnæ. 371. potest conuenire actione iniuriarũ, eius sententia est nulla. est homicida. Ibid.
Iudicum iusiurandum in leges. 361. H
Iudicibus & iustitiæ administris an malefici possint nocere. 71. B
Iudicibus quibus noceant malefici. 73. B
Iudicium quid in S.S. 141. A
Iudicium, qualis purgatio. 317. H
Iudicia humana cur sint incerta. 300. 301. C
Iudiciarius processus contra vermes noxios. 117. I
Iuger, & Lauffkeffer vermes. 117. I
Iulij II. bulla. 314. F
Iul. Sirenius nimiũ tribuit Astrologis 257. C
B. Iulianus ex parricida Sanctus. 75. A
Iulianus Apostata. 161.
Iuliani Apostatæ Magi. 236. I
Iuliani calumnia in vigilias Christianorum. 153. D
Iunianus Maius. 278. A
Iunonis palus Epidamni. 222. E
Iusiurandi purgatio defensa. 298. A
Iusti Lipsij narratio & amicitia cum auctore. 287. F
D. Iustina & Cyprianus magus. 11. E
Iustitia Dea Hotomanno. 302. C
Iyngis varia nomina. 5. A

K

Kabbala duplex Iudæorum. 250. P
KALAL quid. 248. P
Karentinienſium maleficiariorum diſcuſſa Hiſtoria. 69. E
KIBRE, vnde Kabala. 211. B
S. Kiliani & sociorum ædes. 81. E
Kunigiudis Imp. 319. I

L

LAcertæ in vrinâ quidam eiecit. 58. B
Lactis exsiccandi aut furandi maleficium, & ritus, necnon remedium leuidum. exempla singulorum 37. A
Læstrygones cur strigæ. 3. B
Lampadomantia. 240. L
Lapis insignis & diuinatorius Iudęis. 238. L
Lapis quomodo radat & subinatret aquę superficiem. 61. B
Lapidũ rationalis fulgor, quãdo defecerit. 247.
Lappones malefici sagittarij. 41. A
Laurentij Medicis mors. 263. E
Lauri vri à maleficis solebãt. 25. B
Lecanomantia. 223. F
Lectisternia Gentilium in fanis ad somnia captanda. 284. E
Lemniæ fœminæ cur maritis inuisæ. 65. C
Leo Imp. philosophos contemptor Magorum. 219. C
Leo Isaurus. 263. E
Leonini Crucij Bruditorium exorcismis non legendum sine iudicio. 133.
Leuuerstetensis puella. 56. A
Libanomantia. 234. H
Liber dictus reuelationes prophetarum. 131.
Librorum scribendorum & compilandorum apud Hebræos consuetudo. 260. D
Liberos Dæmoni offerunt malefici. 71. A
Libidinis irritamenta vndecim ex Hostiensi explicata. 21. G
Libidini quæ spiritualia arma depellendæ optima. 22. G
B. Libuina. 193. Q
Licitum non est quicquid prodest. 125. M
Licitum non est vsurpare S.S. ad sensum ad quem non prolata. 123. M
Ligamina & nodi amatorij. 35. E
Ligaminis maleficium quam frequens, quotuplex &c. 64. A
Ligaminis causæ præcipuæ. 65. C
Ligaminis modi. 65. B
Ligentur cur sæpiùs viri. 65. E
Lithomantia. 238. L
Lituanorum superstitio. 232. H
λῆμμα. 150. B
Loca vbi maleficia solent repeni vel reconditi. 8. A

Locutio singularum ignotarum non procedit ab arrhitio. 209. A
λόγος & λῆξις quid. 142. A
Lollardi. 162.
Longobardi capræ caput adorarunt. 228.
Lotharij Franciæ Regis sacrilegium & pœna. 259. B
Luctatrix contractus, quid, quotuplex, & quas conditiones requirat vt sit licitus. 291. 292. cum seqq.
Lutherię contractu quæ personæ luerari possunt. 254.
Lucas Zaricus infœlix diuinator. 277. C
Lucernæ diuinatio. 240. L
Lucretij insania & mors. 17. F
Lucilli mors ex amatorio. 17. F
Ludouicus Rex Germanorum. 331. P
Ludouicus Sforzia 264. E
Lugdunobatani iconoclastæ. 76. B
Lucifici populi. 243. M
Lumen propheticum ad quam qualitatis speciem pertineat. 140. G
Lumine prophetici certitudo, nomina varia, & an idem sit cum lumine fidei. 139. G
Lumini prophetico non credentes peccant, & punit. 139. G
Lumbricorum plures species, 46. A
S. Lupi libum. 113. G
Lupini veteres. 236. I
Lupina Monialis. 157. R
Luthero nimis liberalis in dæmonem. 28. E
Luthero funeri dæmones interfuerunt. 76. B
Lutheri pseudoprophetiæ. 199. R
Lutheri & sequacium de baptismi materia errores plane væsani. 139. B
Luthero in angustias olidas redegit dæmon. 76. B
Luxuria punita. 79. E
Lynces vestium punitus per dæmonem. 79. E
Lyngi pisces arioli. 235. H

M

MAestitia & iocus. 21. G
Magdalena de la cruz. 168. G
Magię, hæresis, luxurię cognatio 80.
Malchus & Malli. 150. A
Maledicti in Martyrem pœna. 83. G
Maledicti in sanctos. 82. E
Maleficæ cui malefico possit nocere. 70. A
Malefici intentionem cur dæmon exigat. 2. A
Malefici quibus personis nocere queant. 70.
Malefici excommunicati. 41. A
Maleficæ curatio. 56. A
Maleficæ non sunt possessæ ab inhabitante dæmone. 336. A
Maleficarum supernatatio, vnde proueniat, à sol. 335. A
Maleficium esse. 1. A
Maleficium, quid, & quotuplex. 1. A
Maleficium soporiferum 56. D
Maleficium hostile, & qualia ingredientia 24.
Maleficium per inhalationem omnium pessimum. 31. C
Maleficium per cibum & potum. 31. C
Maleficium per inuictionem, & vis eius. 31. C
Maleficiũ maleficio repellere non licet 118. K
Maleficij efficientes causæ. 1, & 2. A
Maleficij vox quid significet. 1. A
Maleficij inhalatorij causæ contra Bodinum & alios. 32. C
Maleficij intrinseci materia. 32. C
Maleficij extrinseci modi varij. 32. 33. D
Maleficij crimen quoad probam aquæ, nihil habet peculiare. 347. E
Maleficij species, per introsumptionem, vel per applicationem exteriorem. 30. E
Maleficio maximè cur dæmõ delectetur. 1. A
Maleficia quæ ab extrinseco. 7. A
Maleficia quę interiùs operantur. 5, 6. A
Maleficia tantum nocent, quibus volunt malefici. 2. A
Maleficiorum instrumenta, seu materia. 2. A. cum seqq.
Maleficijs multos lædi & occidi probatur. 29.
Maleficiandi præsegmina vel quid aliud eius expetuntur à sagis. 8. A
Maleficiatus, quid. 1. A
Maleficiati & frigidi qui, & hoc per maleficos posse fieri. 64. A
Mandragoreus virunculus, & de hac impostura. 226. F
Manganiæ species. 211. C. in quibus pactum latens. 230.
Manuel Cõnenus deceptus ab astrologis. 264
Manus Domini facta super me, quid. 152. C
S. Marcellus. 185. M
M. Antonius Triumuir. 11. E
Marcus hæreticus & Magus. 11. E
D. Marcus sutorem sanauit. 120. L
Mare baptizantium superstitio. 221. E
Margaritæ Rauennatis reuelat. 184. R

B. Maria virgo visa cuidam in somnis desponsari. 188. P
B. Maria virgo se vlta. 82. F
Mariæ Deiparæ fauor in tuendâ castitate. 22. G
Mariæ virginis Deiparæ deuotio quam vtilis. 55. A
B. Mariæ Dei matris inuocatio quam salutaris. 95. I
Maria Magdalena. 79. E
S. Mariæ de Oignies amicus illusus, sed à Sancta seruatus. 188. O
Mariæ Imperatricis scelus & supplicium, 319. I
Marioni aduocati prophetiæ. 163.
Massa quod genus prophetiæ. 150. B
Mathematici qui in iure & Historijs. 262. E
Mathias Corninus Hungar. Rex. 178. A
Matisconensis comes sacrilegus 90. I.
Matrimonium solemni ritu contrahere ante lucem vitandi ligaminis causa an superstitiosum. 64. A
S. Matrona. 135. M
S. Maurus. 159. C.
S. Mauricij Abbatia. 268. B
Mauricij somn. 286. F
Medici astrologi superstitiosi qui. 265. F. eorundem Medicorum coniectatio, quousque probabilis. 270.
S. Meinulphus. 188. P
S. Meinulphi monasterium Bodkeuse. 267. B
S. Meinulphi doctrina dignoscendarum verar. reuelat. 187. N
Menses qui colant. 211. B
Menuercus Paderbronnensis Episcopus. 308. B
Mercurij lapidei indices. 238. L
Merouæus rex. 210 B
Merouei Regis fort. 248. Q
Metamorphosis sagarum in feles, mures &c. 36. D
Meteorologicorum prænotiones. 267. A
Metonymiæ. 143. B
Metoposcopia. 271. A
Miles iniustè damnari, quam se dæmoni tradere malens 85. G
Minæ Dei magnum minus. 151. B
Miraculo se excusari nemo potest petere, 304. A
Miracula cur hodie rariora. 349. E
Miracula fiebant à deluso. 184. M
Misericordiæ mater, quando cœpit vocari B. Virgo. 158. E
Misnius adolescens. 19. F
Missæ vis. 89. H. contra maleficia 170. A
Missæ S. Isidori miraculum. 328. K
Missas malefici curant celebrari super varios. 7. A
Mitior sententia quæ. 124. N
Mola adurebatur, & cineres post tergo spargebantur. 110. E
Moloch Idolum. 71. A. 231. I
Monachorum expurgatio de furto. 199. E
Monomachiæ purgatio & eius origo. 308. & 310. E. causæ & armorum genera. ibid. E
Monstra. 248. N
Montanistarum reuelationes. 197. R
Morborum sæpè causæ efficientes sunt dæmones, & quo id pacto faciant, contra medicos quosdam. 45. A
Morbos quomodo inferat dæmon. 52. D
Morbos curare cum superstitione non licet. 116. I
Mortuos qui vidissent citò mori, opinio vulgi. 181. K
Moses quopacto prophetarit. 137. K
Moses Abbas. 96. K
Mulier & malleus à mollendo. 21. G
Mundi cordi Dei, immundis visio dæmonis debita 80. E
Munzeri pseudopropher. 199. R
Mures prælagi 270.
Murmur ante verba magica. 256. G
Muscę in specie dæmon. 83. G.
Musica. 21. G
Mutinensis comitis factum insigne. 313. I
Mylitta Assyrijs Venus. 13. E
Myrę lons. 236. H
Myricariæ diuinat. variæ. 217. I
Myricinæ virgę. 219. I.

N

Nabi, & Nebua, à qua radice. 174. E
Napello nutrita puella 32. C
Narcees Androgyni. 280. L
Natiuitatum magisterium. 253. A 254. E
Nebukæ, Tonitru, fulminis prælagia. 26. C
Necromantia quę & qualis, varijque eius. 211. cum seqq.
Necromantia proprie dicta. 419. C Necromantiæ modi duo Thebanus, & Thessalicus 215. C
Nectanabus Magus Alexandri Magni pater. 223. E
Negatiui præcepti vis. 352. F. 365. K
Nicolaus Papa. 299. B
Nicopolis vnde dicta 105. C
Nimium, pluuiarum, gelu prælagia. 268. B
Noë an maleficiatus à filio. 64. A
Norimbergensia exempla duo diuinationis infaustę. 224. F
Notoria ars. 101. A
Nouatus 87. H
Nouendiales puluerei. 33. D
Nouitij faciliores decipi. 166. F
Nuditas membrorum & inspectio punita. 80. E
Numerorum quę vis. 211. P
Nymphæi oraculum apud Apolloniã. 234. H

O

Obedientię vis contra illusiones 180. K 182. L. 183. M. 187. N
Obseruantię vanę alexicacæ, & medicæ. 113. G
Obstetrices maleficæ. 30. E
Occulta facta non licet explorare per astrologiam. 256. F
Odium. 21. G
Oculo excusso diuinare quid, & quo fiat modo. 228. G. exempla infelicis conaminis. ibid.
Odyris & Zariadres somnium. 285. E
Omomantia. 234. H
Ouium ossa incendendi maleficium 22. E
Olybadus. 292. A
Omnandi genera varia. 104. C
Omissionem in S.S. 106. C
Omra. 241. N
Omina ex nominibus. 105. C
Omina ex verbis fortuitis. 105. C
Omina vialia seu τὰ ἐνόδια. 105. C
Omina domestica. 105. C
Omnium ab animatis & inanimis petitorum fabula. 108.
Omnium obseruantissimæ gentes. 106. C
Omnium vanitas, 104 C. 105. D
Onephalomantia. 217. K
Onuæ miraculum de Christiano falsò accusato. 36. H.
Onuphriæ auctores, 278. A Onuphrius fundamenta, 279. A
Onomantia, 250. & 251. P
Onomarchus, 287. F
Onus, 150. B
Onychomantia, 227. G
Oomantia, 236. H
Opera culpæ non tribuenda Deo, 349. E
Oraculum ex arca, 210. B
Oracula & vaticinia, & eorum genera varia, 208. A
Oraculorum cessatio vnde, 209. A
Oraculorum causæ inuestigatę, ibid.
Orationis vis contra illusiones, 178 K. 184. 189. O
Orationis tepiditas & distractio punita, 96.
Orationis mentalis periculosus quidam in praxi lapsus & illusio, 165. E
Orchis, 26. C
Orinthomantia, 251. P
Orpheus fanaticus, 121. B
Ossa oliuarum quid apud Baruch, & ossis nomine quid significent Hebræi, 15. E
S. Osualdus, 194. Q
Otgerius œconomus sacrileg. 91. L
Otto 3. Imp. 319. I.
Otho filius Imp. captus à Venetis, 221. E
Oua diei parasceues asseruantium superstitio discussa, 112. B.

P

Pagomantia, 121. E
Painoti imago malefica. 42. C
Palicorum crateres in Siciliâ. 221. E
Palomantia. 245 P
Palumbi maleficium & pœnitentia. 66. C
Pancratius astrologus sibi & alijs infelix. 163
Pandulphi Malatestæ crudelitas & pœna 274
Parentum percussores puniti. 7
Parentum execrationes quàm formidandæ probarum, 77. & 78. quàm periculosę 64
Pariendi difficultas per maleficium. 38. A
Parricidia strigum. 31. D
Parthenomantię species duæ, 240. L
Pasiphaes templum. 153. D
Passeres prælagi. 270.
Pastorum ludus. 248. Q
Patrensium Achaiæ diuinatio in fonte. 223. F
Pauire pro ferire. 242. M
Pauperes de Lugduno seu de Barulo. 362. I
Peccatum quid 363. K
Peccatum triplex, infirmitatis, malitiæ, ignorantiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantiæ. 358. H
Peccata sunt causa maleficiorum. 77. C
Peccare quis potest, faciens bonâ intentione, quod ei facere non licebat. 358. & seqq.
Pedis offensi omen frequentissimum. 167. D
Peditus omen. 108. D
Penetratio corporum solidorũ Diabolo impossibilis. 60. B
Pergamenus virginea maleficorũ qualis. 9. B
Periaptorum superstitio. 101. B
Periurij pœna. 84. G. 88. G
Pestis tempore parochi sortiri debent, quis in vrbe remaneat. 290. A
Petrus de Fraxineto. 57.
Petrus Bernensis iudex sagarum. 83. G
Petrus Dzioca propter eleemosynas saluus. 93. I
Petrus Massiliensis. 314. M
Petrus de monte Ilicino. 264. E
Petri Sartoris fraudulenta hypocrisis. 155. E
Petri Primodaij error. 275. A
Petri Leonij astrologi exitus. 263. E
Petri Ignei Alban. Episcopi miraculũ. 325. M
Petri Tarentasij miraculum. 57. A
πίσυρα quid. 14 E
Pharmacia. 127. G
Pharmacidæ Thebanæ. 79. A
S. Philastrij festum. 95. I
Philippus Pulcher Francorum Rex. 309 B
Philtrum ex infante. 33. D
Philtra propinantium pœnæ humanæ & diuinæ. 18 F
Philtra omnia noxia, adigunt in furorem, exempla. 17. F
Philtrorum remedia, quæ apud Gentiles, & quæ proba. 19 G
Phocensis tyranni annuli. 226. B
PHVR. 244. P
Physiognomica diuinatio, vnde nata & quæ habeat fundamenta, & quæ possit prædicere. 271. & seqq.
Pictauienses Magi. 89. H
πίτυρον, & an hinc Epytirum, & quale hoc 15. E
Platonis diuinatio. 250. P
Pœnæ modus quando angescit cũ delictis 352.
Politica coniectatio. 289.
Pollentianus Magus. 216. I
Pontifex Romanus visibile caput Ecclesiæ 363. K
Pontificis est declarare, quid sit superstitiosum? 363. K
Pontifices declararunt probam aquę frigidæ illiciram. 364. K
Popponis Dani miracula. 184. M
Porta an multum dilatari queant. 60. B
Porphyria meretrix. 325. K
Posterum pro aduerso. 111. B
Prędictio & prę notio quomodo differat 136.
Præmonstratensium initio energum. quidam fatidicus. 178. K
Proba aquæ frigidæ olim diuersa ab hodierna. 333. Q. quam sæpe à Pontificibus, & Imperatoribus sit prohibita. 334. Q. & an hodie licita sit, fusè disputatum, à fol. 342 vsque ad libri finem.
Proba aquę frigidæ parum habet vtilitatis & quasi superflua, prout illam recipi vult Richius. 344. D
Proba aquæ frigidæ est tentatio Dei. 366 I
& inobedientia similis arioliorum xentiæ. 370. M. N
Proba aquæ frigidę apud paucos in sola Germania in vsu, alibi explosa. 343. C
Proba aquę frigidę non est miraculosa. 367
pacto dæmonico, probatur 367. & 368. M
Proba aquę frigidæ qualis olim fuerit. 333. P
Proba aquę frigidæ necessariò fallax. si ea sit malefica ob aliud crimen aliquod. 348. & seqq. E
Proba aquę frigidę in maleficii crimine prohibita canonibus & communi sententia ostenditur. 351. F
Proba aquæ non est sors consultoria. 346. H
Probe aquæ frigidæ & aliarum vulgarium ostenditur nullum esse discrimen, confutatis quæ adferebantur. 364. K
Prcbę aquę nõ præficitur à Deo Angelus 348
Probæ aquæ frigidę per bonos Angelos Dei nou adesse. 346. D
Proba vulgata per lancem & pondera. 372.
Probationes vulgatæ omnes iure Canonico prohibitæ. 365. 366. K
Probationibus quibus vti liceat iudici. 310. B
Proculus Arrianus. 89. H
Prodigia. 243. N
Prodigia quatenus liceat obseruare & proponere. 244. N
Prohibitio generalis quàm longè porrigatur. 350. B
Promissi matrimonij violati pœna. 88. G
Prophetæ vnde dicti. 134. B
Propheta verus intelligit, & denunciat alijs. 131. G
Prophetæ definitio. 134. A
Prophetæ quam certi de euentu, & de Dei reuelatione. 139. F
Prophetę nomen quam multa significet. 133. A
quibus competat. 134. B
Prophetæ non mente capti, vt fanatici. 251. C
Prophetia per somnium & genera eius. 252. D
prophetia quibus data à Deo solita, 135. C
prophetia quędam sententiæ seu præscientiæ, & quędam comminationis siue confinij, & differimen. 138. F
Prophetia an semper in bonam partem? 34. A
prophetia quomodo voluntaria & inuoluntaria. 135.
prophetia quorum præsentium vel præteritorum sit. 137. F
prophetia an semper hominibus mediante angelo detur. 136. E
prophetiæ genera duo per Sacerdotes & per Prophetas. 140. A
prophetiæ infallibilis veritas quomodo. 138. B
prophetiæ gradus, & dignitas. 155. E
prophetiæ donũ quod teste D. Paulo. 137. F
prophetiæ definitio tradita & explicata. 134. B
prophetię causa efficiens solus Deus, confutatis variorum aliis causę. 134. B
prophetiæ infusio an requirat aliquam in potentia dispositionem, & cuiusmodi 134.
prophetiæ materia quæ res sint. 137 F
prophetiæ influxus mediante angelo quo facto fiat. 137.
prophetiæ nomen, quotuplex significatio; & definitio. singularumque particularum explicatio. 137. cum seqq.
prophetarum oraculum. 149. A
prophetiæ inspirationis species, cum Diabolo, vel sine. Item imaginaria & intellectualis, & quid singulę. 136. D
prophetare quo sensu dicantur mortuus, insanus, vel Paganus. 137. A
Prophetias. 81. G
Prouidentia Dei. 272. A
prouocatio ad diuinum iudicium, quando licita, & quantum ei deferendũ 305. cũ seq.
B. Pruminius. 216. I
Prunarum ardentium proba qualis, & eius exempla varia. 322. 323. K
Psychomantia. 163. D. 211. C
Ptolomæi somnium. 285. E
Puerorum familiaritas periculosa. 72. G
pueros necant fagæ variis modis. 3. 4 B
Pulchritudinis corporeæ examen & vanitas. 22. G
Pulueres malefici, eorum color & vis. 1 B
Punclerus maleficus. 41. A
Purgatio Canonica quid. & varia eius genera proponuntur à pag. 298. A
Purgatio vulgaris per crucem, quę. 372.
Purgatio vulgaris per aquam qualis 310. P
Purgatio vulgaris per ignem, qualis & quotuplex, & eius exempla. 316. cum seqq.
Purgationes vulgares damnatæ. 314 F
Purgationes vulgares vbi in vsu, & exempla. 318. H
purgationes vulgares à quo prohibitæ. 330. N
Pyræ accensæ probatio & exempla. 324. M
Pyrethia. 239. L
Pyromantię species. 231. H
Pythagoras deditus Physiognomię. 273. B
Pythagoræ specularia magia. 224. F
Pythagoræorum diuinatio. 250. 251. P
Pythia Delphica. 210. B
Pythones siue Pythonicorum varia nomina. 210. E
Pythonissa Francica. 210. B

Q

Quercetensium monialiũ prophetię. 163.
Queuedi Hispani Diuinationes, & vulnerum curatio. 227. G

R

Rabdomantia. 246. P
Ranæ oscillum. 3. A
Ranunculorum prægium. 270.
Rasis & aliorum medicorum praua remedia. 20. G
Ratio contra omnes orationum superstitiosarum formulas. 119. K
Rationes dignoscendi superstitiosas formulas orationum. 115. H
Rationale iudicij. 140. A
Regibus & Iudicibus sollertia quędam diuinandi

nandi à Deo data, & eius exempla varia. 134. B
Relapsi in hæresim pœna. 319. N
Remedijs vanis & superstitiosis vti non licere. 357. I
Remora. 3. A
Rerum magnarum & solidarum in corpus ingestio, probata exemplis, & examinatum quomodo ingerantur & egerantur. 55. cum seqq.
Retractio & abscessio genitalium an naturalis & vera. 68. D
Reuelationis veritas ab euentu quopacto dignoscatur. 283, R
Reuelationi vigilantis an plus tribuendum, quam dormientis. 177. K
Reuelationem vt quis diiudicet quę illi necessaria in genere. 156. A
Reuelationes sedulo discutiendæ antequam approbentur. 158. B
Reuelationes Sanctarum quanti faciendæ. 172. H
Reuelationes à Deo petere an licitum quæritur. 158.
Reuelationes alienæ quomodo discutiendę. 160. C
Reuelationes miraculis confirmari. 183 R
Reuelationes propriæ non propalandæ, sed tegendę. 193. Q
Reuelationes aliis confirmari, 188. P
Reuelationes vnde appareant esse à Deo, vel à dæmone. 178. K
Reuelationes quorum non credendæ. 164. B
Reuelationum discernendarum præcepta qui tradiderint. 156. A
Reuelationum finis perpendendus. 193. Q
Reuelationũ falsarum indicia respectu personæ. 165. E
Reuelationum qualitates quę considerandæ 177. K
Reuelationum pugnantium considerandarũ regula. 188. P
Reuelationum præced. & subsequentia perpendenda. 194. Q
Reuelationum prętexto olim hęretici & hodie se insinuant. 152
Reuelationum de immaculata concept. B. M. quæ certiores. 188 P
Reuelationum circumstantiæ quæ perpendendæ. ibid.
Reuelationibus assueti, sæpe opiniones suas putant reuelationes. 62.
Reuelationes proprias tuto quis possit reprobare, probatum exemplis. 160. C
Reuolutiones. 253. 254. B
Reuolutionum quæ certitudo. 254. B
Rhabdomantiæ species. 239. L 249. P
Rhenus explorator liberorum. 212. E
Rhombus magicus. 14. E
Rhytmi aut versus an superstitiosi. 120. K
Richarda Imperatrix 319. I
Richij sententia proponitur & examinatur à fol. 542. C. 543. item 546. E
Riffe vel raffe. 292. A
Ritus & gestus absoni, damnandi, 120. I
Robertus Abbas 182. K
Robertus Episc. Cantuariensis. 322. K
Rodolphus Habspurgius. 262. E
Rollonis Normani contra tiures rigor. 122. K
Romani nuptiis cum Venere despondebant. 66. C
Rostochiensis faber magus. 228. G
Rugiæ matrona. 319. I
Ruta salutaris contra fascinum cur. 26. C
Ruy Paez de Viedma duellum. 322. E

S

Sacerdotes Diabolus calumniatur. 210. B
Sacerdotum impurorum pœnæ. 74.
Sacha quid. 238. L
Sacrilegorum pœnæ. 89. & 90. H. I
Sacrorum & Sacramentorum irrisio, abususque. 89. H
Sacris rebus cur patiatur Deus maleficos abuti. 73. A
Sacris rebus abuuntur malefici ad nocendum. 3. B
Sadducæi athei. 76. A
Sagis necessitas nocendi. 89. H
Sagittarij seu balistarij malefici. 40. A
Salassiorum malefici venenarij quid cantent & quo modo deprehensi. 30. B
Saliguæ virgæ. 239. L
Salisatio & salisator. 104. C
Salmacis fons qualis explicatur. 69. B
Salomoni sapientia in somnis data 155. E
Salutatorum quædam superstitio. 114. H
Sambethe filia Noë. 211. B
Sancij Hispani & aliorum militum sacrilegorum pœnæ. 91. I
Sanguinis libatio magica. 219. C Sanguisuga

Sanguisuga venenatę. 117.
Sanguinatio cadaueris quale indicium: dissimile vulgari probationi ostenditur. 355. G
Saphat, quid. 121. L
Sare Sponsi. 79. E
Satur quidam Anglus à dæmone occupatus. 81. B
Satyriasis. 139. F detrectat probam ignis. 38. M
Saturnalæ reuelatio. & causa damnationis eius. 197. R
Saul multus propheta. 135. C à spiritu malo furi obsessus. 79. D. consulens Pythonissam. 207.
Saxones Sacerdotes filij. 76. B
Scenitæ Scythæ, 11. E
Scenitæ. 17. F
Schamatra quid. 219. C
Scotus defensus à calumnia. 357. I
Scotus Parmensis. 204. B
Scytharum diuinatio. 392. L
Sebastiani magi. 217. I
Secundi Silanus. 221. E
Semelli delusio. 184. M
Semi humanũ, & stercora præbẽt malefici 7
Semi filia. 210. B
Sensus & species facilè illuduntur. 166. F
Septenarius violant fagæ. 34. D
Septentrionales anus. 33. D
Septimus quis. 279. A
Sepulchri templum. 153. D
Sepulturæ non sublati ab Apostolis conceptus. 144. G
Serpentium ad hoc forma. 122. L
Serpentum feminei reuelationes, quanti faciendæ. 166. G
Sesostris quia, verò. 118. K
Sibyllæ quales, & vnde dictæ. 211. B
Sibyllæ folia. 236.
Sibylla & Balaam prophetæ. 135. C
Sibylla à Deo petere à Deo quando licitum. 206.
Sibylla Deo placere differt, ab omen acceptum ex S. S. 106. D
Sibylla maleficij amorum feliciter. 38. A
Sibylla amictio felix. 43. A
Sibylla à Deo petere exemplo veterum quomodo licitum. 166. L
Sidonius nobilis dęmones conuiuas iratus vocat, & illi venere specie equitum, &c. 86.
Simplicitatis vis contra illusiones. 180. K
Siricho Episcopus Spirensis. 304. C
Slauorum lex de purgat. vulgari. 358. H
Sobrietas. 187. P
Societatis Iesv Burdigalæ factum. 226. F
Socrates Physiognomus. 273. B
Socratis diuinatio. 247. Q
Soham & milluim. 142. B
Solymannus Imp. Turcarum. 136. B
Somnus. 21. G
Somnium quid. 279. A
Somnium, dæmonis nomen. 189. O
Somnia quædam licet obseruare, quædam non; item quædam vera, quædam falsa. quædam à Deo, quædam non. 280. 281.
Somniorum species ac diuisio. 279. A
Somniorum causæ quæ. 281. B
Somniorum portæ duæ. 280. B
Somniorum diuinatio. 278. cum seqq. A
Somniorum diuinorum causæ finales variæ, quæ. 154. E
Somniorum diuinorum examen. 286. F
Somniorum naturalium examen. 281. C
Somniorum Diabolicorum examen. 284. E
Somniorum certitudo vnde. 281. B
Somniorum naturalium causæ intrinsecæ & extrinsecæ quæ. 283. D
Somniorum propheticorum multa exempla. 155. E
Somniorum curiosi obseruatores calamitosi fuere. 287. P
Somnificum maleficium quale. 4. A
Soractini vates. 210. B
Soricinum auspicium. 108. D
Sors quotuplex. 244. P
Sors pro oraculo, vt Delia, Lycia, Prænestina. 244. P

Sors cõsultoria hodie quale peccatum. 252. A
Sors diuisoria vt licita quæ concurrere debeant. 289. A
Sortis diuinatoriæ & consultorię discrimen. 317. H
Sortis contractus. à pag. 291.
Sortis contractus duo genera. & periculosum id in quo statim sortiuntur singuli collata pecunia. 295. B
Sortes consultoriæ in S.S. excusatę quę. 206.
Sortes Apostolorum. 247. Q
Sortiens fraudator an iterum admittendus. 296. B
Sortitio gentilium qualis. & quę iure ciuili ac canonico permissa. 289. A. Sortitio veterum Christianorum hodie abolita, & quomodo illa peragi solita. 290. B
Sortitionis ministri & impensæ cui ferendæ. 296. C
Spannacensis hospes à dæmone visibiliter ablatus. 85. G
Spatulomantia. 105. C
Spectra militaris exercitus profiscentis ad locum delicti, pœnitentiæ causa. 92. I
Spicam excernens quidam 59. B
Spiritus quopacto se ingerant, doctrina P. N. Ignatij. 194. P
Sponsa à dæmone ablata, restitutaque eius vestimenta. 88. G
Sprengeri & Nideri quanta in his auctoritas. 47. A
Stadelein maleficus 38. A. 72. B
Stampani Comitis maleficium. 41. C
Stapedi affricarum venenum an ad cor hominis queat penetrare. 37 E
Stare ad crucem quid. 372. 373.
Stephanus eques Neapolitanus. 18. F
Stephanus Hagiochristophorita magus. 220.
D. Stephani reliquiæ. 78. D
Sternutationis omen. 108. D
Stoichiomantia. 247. Q. & 148.
Strenarum initio anni consuetudo an licita disceptatum. 108. A
Striges infantes an necent. 4. B
Stygis aquæ venenum. 37. E
Sudes per cutem prodeuntes. 17. A
Superbia exposita illusioni. 183. 184. M
Superciliorum spectio. 104. C
Superstitio in verbis aut orationibus sacris. 100. A
Superstitionum instrumenta tutò perdantur. 226. F
Superstitiosæ medicinæ. 101. B
Suspendiosi lanea vitta. 14. E
Suspendiosorum lipsana in magicis. 13. D
Sycomantia. 236. I
Syngrapha pacti extorta dęmoni. 56. I
Synelij consilium cauendum. 280. A. reprehensus. 281. B
Syrrhus vicus. 236. H

T

TAnaquil veratrix. 232. H
Tartarorum diuinatio. 236.
Telephron denatus à magis dæmiens. 35. D
Temixtitani Indi filios immolabant. 71. A
Temnia saga Athenis necata. 18. F
Templum augurum. 242. M
Templariorum de damnatione. 309. B
Temporariorum superstitiones. 108. B
Tephramantia vetus & noua. 234. H
Ternarius numerus in maleficijs. 13. 14. E
Tertulliani lapsus vnde natus. 16. G
Tetbaldi Pesetarij expurgatio per ignem. 317. H
Thallus. 46. A
Theagenis prædictio. 242. E
Theodoricus Rex Gotthorum. 135. B
Theodoricus maleficiatus. 68. D
D. Theodori Episc. Sedunensis factum sactum. 119. K
Theodosij somn. 286. F
Theophilus Oeconomus pœnitens. 91. I
Thessali cadauera contra magicas fraudes custodiebant. 35. D
Theurgia. 211. C
Thomas Munzerus. 278. A
Thomæ Anglici libri tributi D. Thomæ Doctori Angelico. 139. G
Thomæ de Kempis apertio contra tentationes. 248. Q
Topher sacrificium. 236. I
Thrasillus astrologus. 262. E
Thummim quid, & cur nostri doctrina & sacerdotes. 141. B
Thurisumia. 213. H
Thyrxeus Apollo. 222. E
Tiberius Gracchus. 107. D
Tiresiæ Magia. 215. C
Tiromantia. 235. H

Torquen-

Torquendus prior qui deformior. 273. B
Tridentini concilij Canon de duellis. 313. F
Tripodium solistimum. 242. M. soniuium ibidem.
Tartarorum diuinationes. 223. F. 227. G. 239. I
Tuscarum superstitio. 236. I

V

VAlaxcæ veneficium. 65. C
Valentis diuinatio. 248. P
Vana obseruantia quid. 98.
Vanæ obseruantiæ, quando lethale pecc. & veniale. 98.
Vanæ obseruantiæ quatuor species. 99.
Vanæ obseruantiæ dignoscendæ canones. 99. A
Vanæ obseruantiæ exempla. 100. A
Veporum præsagia. 268. B
Vespertinum quid significet. 134. A
Venefica quædam naturalia, quædam etiam maleficæ esse seu dæmoniaca contra hæreticos. 18. E
Venetij maleficus animas Dęmoni emens. 29. E
Venetę cur marę despondeant. 221. E
Ventorum præsagia. 268. B
Ventriloqui. 210. B
Venus dæmon succuba. 66. C
Veneris Gazęę somniantium. 285. E
Veneris Gazęę oraculum. 208. A
Verbum quid. 150. A
Verbis maleficiari nonnullos. 3. B
Vermis agnitę impugnatio. 81. E
Vestis virilis mulieribus non induenda. 95. I
Vilionaria diuinatio. 230. H
Vincentes vnde dicti prophetæ. 134. B
Vigilantia & attentio ad bonum. 187. P
Villa Viales Dij. 238. L
Vilella in Aragonia. 263. B
Vinum. 21. G
Vincentius Ferrerius. 189. O
Virginum an coniugatarum reuelationes pluris faciendę. 171. G
Visio, & *verbum* quopacto differant, & quid singula. 149. A
Vlricus Neuseisser. 56. A
Vnguentum Paganum, quid vocent 71. A
Vnguentis quibus & quomodo vtantur maleficæ. 3. B
Votum cassitatis ex pacto exorcistæ. 83. G
Vox leuis repugnat vitæ grauitati. 22. G
Vrim & Thummim, quid rei, & quæ forma disputatum fusè. à 141. B
Vrim & Thummim vnde dicta, & varię opiniones de nomine. 141. A
Vrim & Thummim significatio. 144. nominum ratio: & vsus prophetię. 145.
Vrim & Thummim responsio duplex. 148. B
Vrim & Thummim prophetia quando defecerit. 147. B
Vsuræ pœna. 88. H
Vsuras licitas esse vnquam, error. 110. K
Vulgares purgationes, quomodo vocatæ, & cur paribiles leges. 304. A
Vultricoli qui. 9. A

VV

VVArenis fons. 333. Q
VVencellai cum Radislao duellum. 311. E
VVilhelmus Lausanensis Episcopus. 216. I
S. VVinvvalocus. 183. R
VVittenburgense exemplum Iudicij. 321. I

X

XErxes. 287. F
Xylomantiæ genus. 246. P

Z

ZAbernensis mulier. 55. A
Zelotypiæ poculum. 330. P
Zingalæ seu Aegyptiæ. 217. G
Zita Princeps Arabum. 263. E
Zopyri iudicium de Socrate. 274. B
Zoroastris libri. 36. E

Finis Indicis Rerum & Verborum.

S. SCRIPTVRÆ ET VARIORVM SCRIPTORVM LOCA HIS LIBRIS EMENDATA VEL EXPLICATA.

Ex Veteri Testamento.

Genesis 1.v.14.260. D. & 49.v.13. 15.E.
Exodi 13.v.1.137.A.& 13.v.9.176.B. & 28.v.15.& 36.141.F.& v.17.142.B.
Leuitici 19.v.26.285.E.& 20.v.vlt.211.B. & 16.v.1.238.L.
Numerorum 5.330.P.& 12.v.6 154.E.& 27.v.21.141.F.
Deuteronomij 8.v.11.246.P. & 18 v. 0. 285.E. v 11 .11.B v.15.137. F. & 28.v. 59 24.B & 33.v.8 145 B.
Iudicum 5.v 20.261 D.
Hist. Regum lib.1.c-10 v.12 137. A & c. 18 137.A & cap.28 v.7. & 8.211.B 220. D.lib.2.Reg c.2 v 15 315 G lib.3.Reg. c.18.v 4 134.A v.29.137.A & c.20.v 33. 106.C. lib.4 Reg.c 3.v.15 152.C.
Paralipomen lib.1 cap.24 v.23.305.B. c. 25.v 3.& 5.137 A.
Esdræ lib.2.c.7.v 65.145.B.
Iob 4 v.13.& 7.v.14 & 33 v.15 154 E.& 37 v.7 277 B.
Psalmorum 15.v.16.291 B. & 18.v.2.26. D & 59.v.9.15.E.& 103.v.2.260.D.& 105.v.18.220.D.
Prouerbiorum 1. v. 3.141. F. & 6. v. 12. 272 A.& 16 v.10.134. 135.B. & 30. v. 17. 79. D.
Ecclesiastis 5.v.2 281.E.
Sapientiæ 4.v.12.24. B.
Ecclesiastici 31.v.15.26.C.& 34 6.286.F. v.7 284.E & 43.v 14.137 A.
Esaiæ 3.v.9.272 A.& 8.v 19 220.D.& 34. v.4 260.D.& 65.v 4.154.D.
Ieremiæ 13.v 33 150.B.
Baruch 6.v 42 12 13.E 15.E.
Ezechielis 11.v.21 152.C.& 21.v.21.245.P & 40.v.1.152.C.
Danielis 2.v.2.253.A.v.27.& 30.186.F.& 8.v 10 261.D.
Oseæ 1 21 G.& 4.v.11.12 D.246 P.
Ioel 2 v.28.154. E.
Nahum 3.v 4 11.D.
Machabeorum lib.2.c.7.v.17.& 19.305.B

Ex Nouo Testamento.

Matthæi 17.v.14.46 A.
Marci 9 v 17 46. A.
Lucæ 1 v 19 158.B & 8.v.17.46. A & 9 v 39 46.A & 13.v 11 46 A.
Ioannis 12.v.31.28.E.& 14.v.30 28.E.
Actorum 10.v.10 152.C.
1 Corinth.2. v.11.286. F.& c.14.v.34. 137.F & v 5.137.A.
2. Corinth. 4.v.4 28 E.
Galat 3.v.1.24.B.& 4.v.10 110.111 B.
Ephes.6.v.12. 28.E.
Colossens.2.v.2.256 C.
1 Timoth 4 15.305 B.
Titi 1.v.12 137.A.
Apocalypsis,1.v.10.252.C & 2.v.24.302 B.& 6.v.14.260. & 12.v.13.261.D.& 13.250.P.

Loca Iuris Canonici.

c. sententiam sanguinis. Ne Clerici vel Monachi sæcular. &c.334 P.& 364.K.
c. ex tuarum. de purgat. Canonica 364 P. 364. K.
Rub. de frigidis et maleficiat. 64.B.
c. vni. de sagittarijs. 40. A.
c. 2. de sortileg. 252.A
c. assassini. de homicid. in 6. 42.B.
Concilium Antisiodorense c.1 109.A.
Gregorij XIII. bulla de duello 215.F.G.
c. Nobilis 2.q.4.219.I. c. consuluisti 24. 4.319. et 364.K.
c. Mennam 1.q 5.329.N.364.K.
c. super causa 2.q 5.330.N.
c.1.16.q.1 289.A.
c.illud.26.q.2 102.B.
c.1.26.q.3.230. H.
c.fortes.26 q.5 252 A.
c.si quis Episcopus 16.q.5.252.A.
cap aliquanti. cap. si quis clericos.26 q.5. 248. Q.
c.non obseruetis.16 q 7.303 B. & 109.A. & 110 B & 280 A.
c.quis existimaret.26.q.7 110.B.
c.non licet.26.q.6.102 B. et 109.A.

Ex Iure Ciuili.

Iuisdem §.3.D de testib.250.E.
l.D.de ædilit.ed:&o 211 B.
l.§ aduersus.D de sepulc.viola.219.C.
l.final.C.de religios & sumpt. funerum 291. A.
Lqui sepulchrum. C.de sepulchr.violat. 219 C.
Rub.C.de malefic & mathemat. 262.E.
Leorum.C.de malefi & mathema.11.D. et 118.K. 357 I.
l.mali.C.de malef. et mathem. 119.C.
l.1.C.lib.XI.de gladiator. 313.F.

Loca Patrum & Ecclesiastic. Scriptorum.

Anastasij Nysseni 2 B.63.A.
Antonij Magni 183.R.
Arethæ Cæsarienſis 260. D
Auctoris libri de spiritu et animâ.151. C P 148 Q 160. D
Augustini 202 B.106 C.110 B.136.E.142.
Bernardi 362 I
Cassiodori 103.B.249.P
Damasceni 136. E
Dionysij Areopagitæ 136. E
Epiphanij 11. E
Eusebij 260.D
Gregorij Magni 137. E
Gregorij Turonensis 248.Q
Helinandi 11. G
Hieronymi 134.H.137.E.141. A.150,B. 246.P
Hildegardis 61
Isidori 130.A
Marci Historici Græci 200.A
Nicephori 249.P
Petri Cluniacensis 183. R
Simeonis Metaphrastæ 248.Q
Socratis 249.P
Sozomeni 249.P
Synesij 280 A. 281.B
Theodoreti 152 C
Theodori Lectoris 325. M
Theophilacti 151.B 152.C.246.P

Loca prophanæ Philosophiæ, historiæ, Poeseos Scriptorum

Acronis 240.L
Ammiani Marcellini 249.P
Aristotelis 26.C.241.M.281.B
Artemidori 279.A
Ausonij 104. C.267.F
Cassij medici 274.B
Catulli 105.C. 240.L
Cedreni 44.C
Claudiani 243. N
Constantini Geoponici 118, O
Firmici 46. A
Gellij 253. A
Glossarij vet. 3. B
Glyceæ 44.C. 63. A
Hippocratis 281.B.
Homeri 280.B
Horatij 33.D.43.C
Ioannis Curopalatæ 43.C
Ioan.Meieri 43. C
Ioannis Salisberiensis .9. B.106.D.256.C
Ioan.Zonaræ 44.C.249.
Iosephi 141.A.144.B.146.B
Iuuenalis 253. A
Luceni 33 D.cum seqq.216.C.217.et 218.
Macrobij 279. A

Mar-

Martialis. 272. A
Moschi. 234 H
Nemesiani. 20. G
Nicetæ. 202. A
Ouidij 3. B 9. B 43. C 69. E. 233. H
Petronij Arbitri. 240. L
Philonis Heb. 141. A 144. B 178. A
Pisidæ. 268. B
Platonis. 281. B
Plinij. 16. C
Porphyrij. 281. B
Propertij 14. E 66. c 240 L
Sapphûs 105. C
Saxonis nani. 69. E
Senecæ. 212. C 231. H 234. H 235. H
Sophoclis. 234. H 318. I
Statij Papinij. 215. C 233. H
Strabonis. 69. E
Suetonij. 263. E
Taciti. 218. G
Theocriti. 14. E 26. C 235. H
Tibulli. 19. G 26. C
Virgilij. 5. A 9. B 13. E 19. G 26. C 40. A 164. in fin. 165. in princip. 235. H 236. H 280. B

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca